

LIBRARY
UNIVERSITY OF CALIFORNIA



026000213387

UNIVERSITY OF CALIFORNIA
LIBRARY

Opus in totto moris et viciis
M. CICERONIS DE PHILOSOPHIA
VOLV MEN SECVNDVM,

De natura deorum, De diuinatione, De fato,
De legibus, De vniuersitate, Arati uersus in lati-
num conuersi, Q. Ciceronis de petitione consulatus.

Cum scholijs & coniecturis
Pauli Manutij.

Index rerum & uerborum plenissimus.



CORRIGENTE PAVLO MANVTIO, ALDI F.

VENETIIS, M. D. LV.

Andreas Bonvicinus

555



AD MARCELLUM CERVINUM,
Sanctæ Crucis Cardinalem, Pauli Manutii,
Aldi F. in alteram Ciceronis philo-
sophiæ partem præfatio.

EST genus hominum, qui ita sentiunt:
philosophari, aut totum nihil esse; aut
non eorum esse, qui rerum agendarum
in studio versantur. quorum in alte-
ro mihi videntur, cum homines sint,
bestiarum consuetudinem imitari; quæ tantum ea, quæ
pedibus teruntur, quæq; adsunt, intuentur, nihil al-
tum suspiciunt, nihil longinquum cogitant; in altero
res à natura copulatas velle seiungere. nam qui ab a-
ctione rerum philosophiam excludit, is, quantum in se
ipso est, corporis & animi societatem dirimit; cum &
corpus regimine animi, & animus ministerio corporis
indigeat. sed proferunt multos, quibus ignoratio phi-
losophiæ non obstat, quo minus ea, quæ volebant, re-
ctissime perficerent. quasi vero sit eadem rerum omni-
um natura, & quod uni aliqua in causa contigerit, id
cuiuslibet omnibus in causis posse contingere credibile
sit. naufragium facit natationis ignarus: arripit ta-
bulam, & amplexu tenens, ad litus incolumis à flucti-
bus appellitur. num ideo natandi peritiam negemus
esse utilem, quod, sine ea qui fuit, è periculo tempestatis
evaserit? incidit aliquis in febrem; non curatur, et
convalescit: tollemus igitur medicinam, quoniam sunt
qui sine eius ope sanentur? nihil minus: nisi si ea, quæ
in casu sita sunt, anteponimus iis, quæ ratio gubernat.

A 2. quod



quod idem de philosophia dicendum est. nam ut illud
demus, sine ea multos esse laudem consecutos: non
hoc dabimus, fore, ut sine eadem consequi omnes pos-
sint. non eiusdem semper generis agenda sunt res. est,
ubi prudentia uel mediocris abunde satisfaciat: est item,
ubi mentis altior speculatio requiratur. hoc extremum
qui poterit, sequitur ut & illud primum possit: sed qui
illud primum, non & hoc extremum. quod cum ita sit:
utrum præstet habere, facilis est diiudicatio. in optio-
ne enim, & eligendi potestate nemo fere est quin to-
tum partibus censeat esse præferendum: propterea quod
non totum in partibus, sed partes includuntur in toto.
Ergo cum perspicuum hoc sit, accidere & posse, & so-
lere, ut philosophiæ cognitio utilitatem afferat, ignori-
tio detrimentum: dubium non est, quin ea uideatur esse
cum rerum actione coniungenda. Sed iidem coniungi
posse negant: quo argumento? aiunt eas dissimili in ge-
nere uersari, alteram in otio, alteram in negotiis: ita-
que se non uidere, qui possit in utraque unus excellere.
Hic ego, Ceruine præstantissime, meam memoriam non
excutiam, ut ea, quæ legerim, aut audiuerim, remini-
scar. non est consilium, quæ ad illos redarguendos fa-
ciant, utrum e scriptis eruere. uolo, ut exemplo tuo
refellantur. Romæ uiuis, & uixisti multos iam an-
nos. nunquam omnino tua uirtus tam illustri loco la-
tuit: sed postea quam te Paulus III. incredibili Pon-
tifex non modo sapientia, sed bonitate etiam ornatus,
in altiore dignitatis gradu collocatum, suorum omnium
consiliorum & participem, & adiutorem esse uoluit;
tum uero clarissime sese ostendit lumen animi, inge-
nūq;



nijq; tui ; ut nullus esset honor tantus , qui in te collatus , non uideretur ei , qui contulisset , magnam esse iudicii laudem allaturus . itaque paulo post Cardinalis factus es , & factus tanto bonorum applausu , tantaq; lætitia , quantam in animis hominum recte sentientium summa dignitas uirtuti tributa potuit excitare . quo toto tempore ualde tu quidem fuisti , atque es etiam nunc , districtus à negotiis , maximeq; ab ijs , quæ & ad sedandas Christianorum principum discordias , & ad reprimendam Lutheranae hæresis immanitatem pertinent : sed te tamen à philosophiæ studio nulla res unquam potuit diuellere . sic & animo , & corpori suis utrique muneribus apte distributis , quotidie fere modo à cognitione ad res agendas , modo à rebus agendis ad cognitionem traductus , teq; ipse in hoc quasi circulo identidem reuoluens , effecisti quod ab ijs , de quibus initio dixi , fieri posse negatur , ut & in tractandis negotiis , & in considerandis rerum humanarum diuinarumq; causis occupatus , dispari in studio , pari tamen cum laude uerseris . ex quo intelligitur , ab ijs , qui rerum actioni se dant , & percipi philosophiam , & tractari posse : debere autem ostendimus : est igitur eorum , qui aliter existimant , sententia omnis explodenda . nos quidem & nostra sponte commoti , & tuo exemplo impulsī , quotidie magis philosophiam admirantes , in eius cognitione cupimus acquiescere , ad eamq; , magnis defatigati laboribus & molestiis , tanquam ad iucundissimum diuersorium properamus . quò si peruenero , uel potius cum peruenero ; (cur enim meam ipse cupiditatem ominibus optimis non prosequar ?) tum



ego quidem multo, quàm nunc, facilius tua in me me-
rita uel tuebor, uel etiam illustrabo. interea non sumus
otiosi: utinam potius aliquanto minus occupati. pro-
uinciam cepimus duram, atque difficilem, ueterum scri-
ptorum libros emendare dum uolumus. omnino in hoc
onere sistinendo ualde sudamus: sed animus tuarum
cohortationum memoria confirmatus, manet in offi-
cio, manebitq; dum id, quod instituimus, absoluitur.
nunc edimus Ciceronis libros de philosophia, sane mul-
tis à mendis, potissimum ex antiquo Bernardini Mas-
fei, qui te maxime obseruat, iuuenis eloquentissimi,
libro uindicatos. qui cum ita digesti essent, ut in duas
partes tributi legerentur; cumq; ego ex ijs partibus
eam maxime uellem tibi inscriptam emittere, quæ tuæ
personæ dignitatiq; aptissima uideretur: feci, ut eam
deligerem, in qua de natura deorum eleganter & acu-
te disputatur: ut, quoniam ualde tibi pro tua ueteri
erga me uoluntate, proq; summis officijs deberi fru-
ctus industriæ meæ uidentur; ij dum ad maturitatem
peruenirent, his te interim quasi floribus oblectares.



M. TULLII CICERONIS.

DE NATURA DEORVM,

AD M. IVNIUM BRVTVM,

LIBER I.

VM multæ res in philosophia nequa-
quam satis adhuc explicatæ sunt, tum
perdifficilis Brute, quod tu minime igno-
ras, et perobscura quæstio est de natura
deorum: quæ & ad agnitionem animi
pulcherrima est, & ad moderandam religionem neces-
saria. de qua tam uariæ sunt doctissimorum hominum,
tamq; discrepantes sententiæ, ut magno argumento esse
debeat, causam, idest principium philosophiæ, esse inscien-
tiam, prudenterq; Academicos à rebus incertis assensio-
nem cohibuisse. quid est enim temeritate fortius? aut
quid tam temerarium, tamq; indignum sapientis gra-
uitate, atque constantia, quam aut falsum sentire, aut,
quod non satis explore perceptum sit, & cognitum,
sine ulla dubitatione defendere? uelut in hac quæstio-
ne, plerique, quod maxime uerisimile est, & quò o-
mnes duce natura uehimur, deos esse dixerunt: dubi-
tare se, Protagoras: nullos esse omnino, Diagoras Me-
lius, & Theodorus Cyrenaicus putauerunt. qui uero
deos esse dixerunt, tanta sunt in uarietate, ac dissensio-
ne constituti, ut eorum molestum sit annumerare sen-
tentias. nam & de figuris deorum, & de locis, atque
sedibus, & actione uitæ multa dicuntur: deq; his
summa philosophorum dissensione certatur. quod uero

A 4 maxime



DE NATURA DEORVM

maxime rem, causamq; continet, utrum nihil agant, nihil moliantur, an ab omni curatione, & administratione rerum uacent; an contra ab his & à principio omnia facta, & constituta sint, & ad infinitum tempus regantur, atque moveantur: in primis magna dissensio est: eaq; nisi diiudicatur, in summo errore necesse est homines, atque in maximarum rerum ignorance uersari. Sunt enim philosophi, & fuerunt, qui omnino nullam habere censerent humanarum rerum procurationem deos. quorum si uera sententia est, quæ potest esse pietas? quæ sanctitas? quæ religio? hæc enim omnia pure, ac caste tribuenda deorum numini ita sunt, si animaduertuntur ab ijs, & si est aliquid à dijs immortalibus hominum generi tributum. sin autem dij neque possunt nos iuuare, nec uolunt, nec curant omnino, nec, quid agamus, animaduertunt, nec est quod ab his ad hominum uitam permanere possit: quid est, quòd ullos dijs immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus? in specie autem fictæ simulationis, sicut reliquæ uirtutes, ita pietas inesse non potest: cum qua simul & sanctitatem, et religionem tolli necesse est: quibus sublati, perturbatio uitæ sequitur, & magna confusio. atque haud scio, an, pietate aduersus deos sublata, fides etiam, & societas humani generis, & una excellentissima uirtus insititia tollatur. sunt autem alij philosophi, & hi quidem magni, atque nobiles, qui deorum mente, atque ratione omnem mundum administrari & regi censeant: neque uero id solum, sed etiam ab iisdem uitæ hominum consuli, & prouideri: nam & fruges, & reliqua, quæ terra pariat, & tempestates,



tempestates, ac temporum uarietates, cœliq; mutationes, quibus omnia, quæ terræ gignat, maturata pubescant, à dijs immortalibus tribui generi humano putant, multaq; , quæ dicentur in his libris, colligunt: quæ talia sunt, ut ea ipsa dij immortales ad usum hominum fabricati pene uideantur. contra quos Carneades ita multa disseruit, ut excitaret homines non socordes ad ueri inuestigandi cupiditatem: res enim nulla est, de qua tantopere non solum indocti, sed etiam docti dissentiant. quorum opiniones cum tam uariæ sint, tamq; inter se dissidentes: alterum fieri profecto potest, ut earum nulla; alterum certe non potest, ut plus uita uera sit. qua quidem in causa & beneuolos obiurgatores placare, & inuidos uituperatores confutare possumus, ut alteros reprehendisse poeniteat, alteri se didicisse gaudeant. nam qui admonent, amice docendi sunt: qui inimice insectantur, repellendi. multum autem fluxisse uideo de libris nostris, quos complures breui tempore edidimus, uariumq; sermonem, partim admirantium, unde hoc philosophandi nobis subito studium extitisset; partim, quid quique de re certi haberemus, scire cupientium. multis etiam sensi mirabile uideri, eam nobis potissimum probatam esse philosophiam, quæ lucem eripcret, & quasi noctem quandam rebus offunderet, desertæq; disciplinæ, & iam pridem relictæ patrocinium nec opinatum à nobis esse susceptum. nos autem nec subito coepimus philosophari: nec mediocrem à primo tempore ætatis in eo studio operam, curamq; consumpsimus, & , cum minime uidebamur, tum maxime philosophabamur. quod & orationes



DE NATURA DEORVM

tiones declarant refertæ philosophorum sententijs ; & doctissimorum hominum familiaritates , quibus semper domus nostra floruit ; & principes illi, Diodotus , Philo , Antiochus , Posidonius , à quibus instituti sumus . et , si omnia philosophiæ præcepta referuntur ad uitam ; arbitramur nos & publicis , & priuatis in rebus ea præstitisse , quæ ratio & doctrina præscripserit . sin autem quis requirit , quæ causa nos impulerit , ut hæc tam sero literis mandarem : nihil est , quod expedire tam facile possimus . nam cum otio langueremus ; & is esset reip. status , ut eam unius consilio , atque cura gubernari necesse esset : primum ipsius reip. causa philosophiam nostris hominibus explicandam putari , magni existimans interesse ad decus , & laudem ciuitatis , res tam graues , tamq; præclaras latinis etiam literis contineri . eoq; me minus instituti mei pœnitet , quòd facile sentio , quàm multorum non modo discendi , sed etiam scribendi studia commouerim . complures enim , græcis institutionibus eruditi , ea , quæ didicerant , cum ciuibus suis communicare non poterant , quòd illi , quæ à Græcis accepissent , latine dici posse diffiderent . quo in genere tantum profecisse uidemur , ut à Græcis ne uerborum quidem copia uinceremur . Hortata est etiam , ut me ad hæc conferrem , animi ægritudo , fortunæ magna , & graui commota iniuria . cuius si maiorem aliquam leuationem reperire potuissem , non ad hanc potissimum confugissem . ea uero ipsa nulla ratione melius frui potui , quàm si me non modo ad legendos libros , sed etiam ad totam philosophiam pertractandam dedissem . omnes autem eius partes , atque omnia



omnia membratum facillime nascuntur, cum totæ quæ-
stiones scribendo explicantur. est enim admirabilis quæ-
dam continuatio, seriesq; rerum, ut alia ex alia nexa,
& omnes inter se aptæ, colligatæq; uideantur. qui au-
tem requirunt, quid quaque de re ipsi sentiamus, curio-
sius id faciunt, quam necesse est: non enim tam aucto-
res in disputando, quam rationis momenta quærenda
sunt. quin etiam obest plerunque ijs, qui discere uolunt,
auctoritas eorum, qui se docere profitentur: desinunt e-
nim suum iudicium adhibere: id habent ratum, quod
ab eo, quem probant, iudicatum uident. nec uero pro-
bare soleo id, quod de Pythagoreis accepimus: quos fe-
rant, si quid affirmarent in disputando, cum ex ijs quæ-
reretur, quare ita esset, respondere solitos, ipse dixit.
ipse autem, erat Pythagoras. tantum opinio præiudica-
ta poterat, ut etiam sine ratione ualeret auctoritas. quæ
autem mirantur nos hanc potissimum disciplinam secu-
tos, his quatuor Academicis libris satis responsum ui-
detur. Nec uero desertarum, relictarumq; rerum patro-
cinium suscepimus. non enim hominum interitu senten-
tiæ quoque occidunt, sed lucem auctoris fortasse desi-
derant: ut hæc in philosophia ratio contra omnia disse-
rendi, nullamq; rem aperte iudicandi, profecta à so-
crate, repetita ab Arcesila, confirmata à Carneade, us-
que ad nostram uiguit ætatē: quam nunc propemodum
orbam esse in ipsa Græcia intelligo. quod non Acade-
miæ uitio, sed tarditate hominum arbitror contigisse. nā
si singulas disciplinas percipere magnum est, quanto ma-
ius omnes? quod facere ijs necesse est, quibus propositum
est, ueri reperiendi causa, & contra omnes philosophos,

&




DE NATURA DEORVM

Et pro omnibus dicere. cuius rei tantæ, tamq; diffi-
 lis facultatem consecutum esse me non profiteor, secutū
 esse præ me fero. nec tamen fieri potest, ut, qui hac ra-
 tione philosophentur, ij nihil habeant quod sequantur.
 dictum est hac de re alio loco diligentius: sed quia nimis
 indociles quidam, tardiq; sunt, admonendi videntur sæ-
 pius: non enim sumus ij, quibus nihil verum esse videa-
 tur; sed ij, qui omnibus ueris falsa quædam adiuncta es-
 se dicamus, tanta similitudine, ut in ijs nulla insit certa
 iudicandi, Et assentiendi nota. ex quo existit Et illud,
 multa esse probabilia: quæ quanquam non perciperen-
 tur, tamen quia uisum haberent quendam insignem,
 Et illustrem, his sapientis uita regeretur. sed iam, ut
 omni me inuidia liberem, ponam in medio sententias
 philosophorum de natura deorum. quo quidem loco
 conuocandi omnes videntur, qui, quæ sit earum uera,
 iudicent. tum demum mihi procax Academia uidebi-
 tur, si aut consenserint omnes, aut erit inuentus ali-
 quis, qui, quid uerum sit, inuenerit. itaque mihi libet
 exclamare, ut Staius in Synephebis:

Pro deum, popularium omnium, omniū adolescentium
 Clamo, postulo, obsecro, oro, ploro, atque imploro fidē:
 non leuissima de re, ut queritur ille fieri in ciuitate fa-
 cinora capitalia,

Ab amico amante argentū accipere meretrix non uult:
 sed ut adsint, cognoscant, animaduertant, quid de re-
 ligione, pietate, sanctitate, cerimonijs, fide, iureiu-
 rando, quid de templis, delubris, sacrificijsq; solen-
 nibus, quid de ipsis auspicijs, quibus nos præsumus,
 existimandum sit: hæc enim omnia ad hanc de dijs im-
 mortalibus



mortalibus quæstionem referenda sunt . profecto eos ipsos , qui se aliquid certi habere arbitrantur , addubitare coget doctissimorum hominum de maxima re tanta dissensio . quod cum sæpe aliàs , tum maxime animaduerti , cum apud C. Cottam familiarem meum accurate sane , et diligenter de dijs immortalibus disputatum sit . Nam cum ferijs Latinis ad eum ipsius rogatu , accersituq; uenissem , offendi eum sedentem in exhedra , & cum C. Velleio senatore disputantem , ad quem tum Epicuri primas ex nostris hominibus deferebant . aderat etiam Q. Lucilius Balbus : qui tantos progressus habebat in Stoicis , ut cum excellentibus in eo genere Græcis compararetur . tum ut me Cotta uidit , peropportune , inquit , uenis : oritur enim mihi magna de re altercatio cum Velleio : cui pro tuo studio non est alienum te interesse . Atqui mihi quoque uideor , inquam , uenisse , ut dicis , opportune : tres enim trium disciplinarum principes conuenistis : M. enim Piso si adesset , nullius philosophiæ , earum quidem , quæ in honore sunt , uacaret locus . Tum Cotta , si , inquit , liber Antiochi nostri , qui ab eo nuper ad Balbum missus est , uera loquitur : nihil est , quod Pisonem familiarẽ tuum desideres : Antiocho enim Stoici cum peripateticis re concinere uidentur , uerbis discrepare . quo de libro uelim scire Balbe quid sentias . Ego ne ? inquit ille . miror Antiochũ , hominem in primis acutum , non uidisse ; interesse plurimum inter Stoicos , qui honesta à cõmodis , non nomine , sed genere toto disiungerent ; et Peripateticos , qui honesta commiscerent commodis ; ut ea inter se magnitudine , & quasi gradibus , non genere differrent : hæc enim est

non



DE NATURA DEORVM

non uerborum parua, sed rerum permagna dissensio: uerum hæc alias. nunc, quod cœpimus; si uidetur. Mihi uero, inquit Cotta, uidetur. sed, ut hic, qui interuenit, me intuens, ne ignoret quæ res agatur, de natura agebamus deorum. quæ cum mihi uideretur perobscura, ut semper uideri solet: Epicuri ex Velleio sciscitabar sententiam. quamobrem, inquit, Vellei, nisi molestum est, repete quæ cœperas. Repetam uero: quanquam non mihi, sed tibi hic uenit adiutor: ambo enim, inquit arridens, ab eodem Philone nihil scire didicistis.

Tum ego, quid didicerimus, Cotta uiderit: tu autem nolo existimes me adiutorem huic uenisse, sed auditorem, & quidem æquum, libero iudicio, nulla eiusmodi astrictum necessitate, ut mihi, uelim, nolim, sit certa quædam tuenda sententia. Tum Velleius, fidenter sane, ut solent isti, nihil tam uerens, quam ne dubitare aliqua de re uideretur; tanquam modo ex deorum concilio, & ex Epicuri intermundiis descendisset; audite, inquit, non commenticias, futesq; sententias, non opificem, ædificatoremq; mundi Platonis de Timæo deum, nec anum fatidicam stoicorum *πρόνοον*, quam latine licet prouidentiam dicere, neque uero mundum ipsum animo, & sensibus præditum, rotundum, ardentem, colubilem deum, portenta, & miracula non differentium philosophorum, sed somniantium. quibus enim oculis intueri potuit uester Plato fabricam illam tanti operis, qua construi à deo, atque ædificari mundum facit? quæ molitio? quæ ferraamenta? qui uetres? quæ machinæ? qui ministri tanti muneris fuerunt? quemadmodum autem obedire, & parere uolun-

tati



tati architecti aer, ignis, aqua, terra potuerunt? unde
vero ortæ illæ quinque formæ, ex quibus reliquæ for-
mantur, apte cadentes ad animum efficiendum, parien-
dosq; sensus? longum est iter ad omnia. quæ talia sunt,
ut optata magis, quàm inuenta uideantur. sed illa pal-
maris quidem, quòd, qui non modo natum mundum
introduxerit, sed etiam manu pene factum, is eum di-
xerit fore sempiternum. hunc censes primis, ut dicitur,
labris gustasse physiologiam, qui quidquam, quod ortum
sit, putet æternum esse posse? quæ est enim coagmenta-
tio non dissolubilis? aut quid est, cuius principium ali-
quod sit, nihil sit extremum? περὶ τοιαῦτα uero si uestra est
L. cili; eadem requiro, quæ paulo ante, ministros, machi-
nas, omnem totius orbis designationem, atque appa-
ratum: sin alia est; cur mortalem fecerit mundum, non,
quemadmodum Platonius deus, sempiternum. ab utro-
que autem sciscitor, cur mundi ædificatores repete ex-
titerint; innumerabilia ante secula dormierint. non e-
nim, si mundus nullus erat, secula non erant. secula
nunc dico, non ea, quæ dierum noctiumq; numero an-
nuis cursibus conficiuntur: nam fateor ea sine mundi
conuersione effici non potuisse: sed fuit quædam ab infi-
nito tempore æternitas, quam nulla temporum circun-
scriptio metiebatur; spatio tamen, qualis ea fuerit, intel-
ligi non potest: quòd ne in cogitationem quidem cadit,
ut fuerit tempus aliquod, nullum cum tempus esset. isto
igitur tam immenso spatio, quaero Balbe, cur περὶ τοιαῦτα ue-
stra cessauerit. laborem ne fugiebat? at iste nec attingit
decum, nec erat ullus; cum omnes naturæ numini diui-
no, cælum, ignes, terræ, maria parerent. quid autem erat,
quod



DE NATURA DEORVM

quod concupisceret deus mundum signis, et luminibus
 tanquam ædilis ornare? si ut deus ipse melius habita-
 ret: antea uidelicet tempore infinito in tenebris inquā
 in gurgustio habitauerat. post autem, uarietate ne eum
 delectari putamus, qua cælum & terras exornatas ui-
 demus? quæ ista potest esse oblectatio deo? quæ si esset,
 non ea tandiu carere potuisset. An hæc, ut fere dicitis,
 hominum causa à deo constituta sunt? sapientū ne? pro-
 pter paucos ergo tanta est facta rerum molitio. an stul-
 torum? at primum causa non fuit, cur de improbis be-
 ne mereretur: deinde quid est assēcutus; cū omnes stulti
 sint sine dubio miserrimi, maxime quod stulti sunt? mi-
 serius enim stultitia quid possumus dicere? deinde quod
 ita multa sunt incommoda in uita, ut ea sapientes com-
 modorum compensatione leniant, stulti nec uitare ue-
 nientia possint, nec ferre præsentia. Qui uero mun-
 dum ipsum animantem, sapientemq; esse dixerunt, nul-
 lo modo uiderunt animi naturam, intelligent. s in quam
 figuram cadere posset: de quo dicam paulo post. nunc
 autem hætenus admirabor eorum tarditatem, qui ani-
 mantem, immortalem, & eundem beatum, & rotun-
 dum esse uelint, quod ea forma ullam neget esse pul-
 chriorem Plato. at mihi uel cylindri, uel quadrati, uel
 coni, uel pyramidis uidetur esse formosior. Quæ uero ui-
 ta attribuitur isti rotundo deo? nempe ut ea celeritate
 contorqueatur, cui par nulla ne cogitari quidem pos-
 sit. in qua non uideo ubinam mens constans, & uita
 beata possit insistere: quodq; in nostro corpore si mini-
 ma ex parte significetur, molestum sit; cur hoc idem
 non habeatur molestum in deo? terra enim profecto,
 quoniam

quoniam pars mundi est, pars est etiam dei. atqui terræ maximas regiones inhabitabiles, atque incultas uideamus, quod pars earum appulsū solis exarserit, pars obriguerit niue, pruinaq; longinquo solis abscessu. quæ, si mundus est deus, quoniā partes mundi sunt, dei membra partim ardentia, partim refrigerata dicendū sunt. Atque hæc quidē uestra, Lucili, qualia uero sint, ab ultimo repetam superiorum. Thales enim Milesius, qui primus de talibus rebus quæsiuit, aquam dixit esse initium rerum; deum autem eam mentem, quæ ex aqua cuncta fingeret. si dī possunt esse sine sensu, & mente; cur aquæ adiunxit, si ipsa mens constare potest uacans corpore? Anaximandri autem opinio est, natiuos esse deos, longis intervallis orientes, occidentesq; eoq; innumerabiles esse mundos. sed nos deum nisi sempiternum intelligere qui possumus? post Anaximenes aera deum statuit, eumq; gigni, esseq; immensum, & infinitum, & semper in motu. quasi aut aer sine ulla forma deus esse possit, cum præsertim deum non modo aliqua, sed pulcherrima specie esse deceat; aut non omne, quod ortum sit, mortalitas consequitur. inde Anaxagoras, qui accepit ab Anaximene disciplinam, primus omnium rerum descriptionem, & modum mentis infinitæ ui ac ratione designari, & confici uoluit: in quo non uidit, neque motum sensui coniunctum & continentem in infinito ullum esse posse, neque sensum omnino, quo nō ipsa natura pulsa sentiret. deinde si mentem istam quasi animal aliquod esse uoluit, erit aliquid interius, ex quo illud animal nominetur. quid autem interius mente? cingitur igitur corpore externo. quod

B

quoniam



DE NATURA DEORVM

quoniam non placet, aperta simplexq; mens nulla re adiuncta, quæ sentire possit, fugere intelligentiæ nostræ uirum & notionem uidetur. Crotoniates autem Alcmeo, qui soli, & lunæ, reliquisq; sideribus, animoq; præterea diuinitatem dedit, non sensit sese mortalibus rebus immortalitatem dare. nam Pythagoras, qui censuit animum esse per naturam rerum omnem intentum & commensantem, ex quo nostri animi caperentur, non uidit detractione humanorum animorum discerpi, & dilacerari deum; & cum miseri animi essent, quod plerisque contingeret, tum dei partem esse miseram: quod fieri non potest. cur autem quidquam ignoraret animus hominis, si esset deus? quo modo porro deus ipse, si nihil esset animus, aut infixus, aut infusus esset in mundo? tum Xenophanes, qui mente adiuncta omne præterea, quod esset infinitum, deum uoluit esse, de ipsa mente ita reprehenditur, ut ceteri; de infinitate autem uehementius, in qua nihil neque sentiens; neque coniunctum esse potest. nam Parmenides commenticium quiddam coronæ similitudine efficit: Stephanem appellat, continentem ardore lucis orbem, qui cingit cælum, quem appellat deum: in quo neque figuram diuinam, neque sensum quisquam suspicari potest. multaq; eiusdem menstra, quippe qui bellum, qui discordiam, qui cupiditatem, ceteraq; generis eiusdem ad deum reuocat: quæ uel morbo, uel somno, uel obliuione, uel uetustate delentur. eademq; de sideribus. quæ reprehensa iam in alio, in hoc omittantur. Empedocles autem multa alia peccans, in deorum opinione turpissime labitur. quatuor enim naturas, ex quibus omnia

constare

constare uult, diuinas esse censet: quas & nasci, & extinguere perspicuum est, & sensu omni carere. nec uero Protagoras, qui sese negat omnino de dijs habere quod liqueat, sint, non sint, quales ue sint, quidquam uidetur de natura deorum suspicari. quid Democritus, qui tum imagines, earumq; circuitus in deorum numero refert, tum illam naturam, quæ imagines fundat, ac mittat, tum scientiam, intelligentiamq; nostram, non ne in maximo errore uersatur? cum idem omnino, quia nihil semper suo statu maneat, neget esse quidquam sempiternum; non ne deum ita tollit omnino, ut nullam opinionem eius reliquam faciat? quid aer, quo Diogenes Apolloniates utitur deo, quem sensum habere potest, aut quam formam dei? iam de Platonis inconstantia longum est dicere: qui in Timæo, patrem huius mundi nominari negat posse; in legum autem libris, quid sit omnino deus, inquirendum oportere non censet. quod uero sine corpore ullo deum uult esse, ut Græci dicunt, ἀσώματον; id quale esse possit, intelligi non potest: careat enim sensu necesse est, careat prudentia, careat uoluptate: quæ omnia una cum deorum notione comprehendimus. idem & in Timæo dicit, & in legibus, & mundum deum esse, & cælum, & astra, & terram, & animos, & eos, quos maiorum institutis accepimus: quæ & per se sunt falsa perspicue, & inter sese uehementer repugnantia. atque etiam Xenophon paucioribus uerbis eadem fere peccat: facit enim in ijs, quæ à Socrate dicta retulit, Socratem disputantem, formam dei quaeri non oportere, eundemq; & solem, & animum deum dicere, & modo unum, tum au



DE NATURA DEORVM

tem plures deos . quæ sunt ijsdem in erratis fere , quibus ea , quæ de Platone dicimus . atque etiam Antisthenes in eo libro , qui physicus inscribitur , populares deos multos , naturalem unum esse dicens , tollit uim & naturam deorum . nec multo secus Speusippus , Platonem auunculum subsequens , & uim quandam dicens , qua omnia regantur , eamq; animalem , euellere ex animis conatur cognitionem deorum . Aristoteles quoque in tertio de philosophia libro multa turbat , à magistro Platone non dissentiens : modo enim menti tribuit omnem diuinitatem ; modo mundum ipsum deum dicit esse ; modo quandam alium præficit mundo ; eiq; eas partes tribuit , ut replicatione mundi quadam motum regat , atque tæatur : tum cœli ardorem deum dicit esse , non intelligens , cœlum mundi esse partem : quem alio loco ipse designarit deum . quo modo autem cœli diuinus ille sensus in celeritate tanta cōseruari potest ? ubi deinde illi tot dij , si numeramus etiam cœlum deum ? cum autem sine corpore idem uult esse deum , omni illum sensu priuat , & prudentia . quo porro modo mundus moueri potest carens corpore ? aut quo modo , semper se mouens , esse quietus & beatus potest ? nec uero eius condiscipulus Xenocrates in hoc genere prudentior : in cuius libris , qui sunt de natura deorum , nulla species diuina describitur : deos enim octo esse dicit ; quinque eos , qui in stellis uagi nominantur ; unum , qui ex omnibus sideribus , quæ infixæ cœlo sunt , ex dispersis quasi membris simplex sit putandus deus ; septimum solem adiungit , octauamq; lunam : qui quo sensu beati esse possint , intelligi non potest . ex eadem Platonis schola Ponticus Heraclides

· raclides puerilibus fabulis referat libros: et tamen modo mundum, tum mentem diuinam esse putat: errantibus etiam stellis diuinitatem tribuit, sensuq; deum priuat, & eius formam mutabilem esse uult: eodemq; libro rursus terram, & cælum refert in deos. nec uero Theophrasti inconstantia ferenda est: modo enim menti diuinum tribuit principatum, modo cælo, tum autem signis, sideribusq; cælestibus. nec audiendus eius auditor Strato, is qui physicus appellatur; qui omnem uim diuinam in natura sitam esse censet, quæ causas gignendi, augendi, minuendi ue habeat, sed careat omni sensu, & figura. Zeno autem, (ut iam ad uestros Balbe ueniam) naturalem legem diuinam esse censet, eamq; uim obtinere recta imperantem, prohibentemq; contraria. quam legem quo modo efficiat animantem, intelligere non possumus. deum autem animantem certe uolumus esse. atque hic idem alio loco æthera deum dicit, si intelligi potest nihil sentiens deus, qui nunquam nobis occurrit neque in precibus, neque in optatis, neque in uotis. alijs autem libris rationē quandam per omnem pertinentem naturam, ut diuinam, esse affectam putat. idem astris hoc idem tribuit, tum annis, mensibus, annorumq; mutationibus. cum uero Hesiodi theogoniam interpretatur, tollit omnino usitatas, perceptasq; cognitiones deorum: neque enim Iouem, neque Iunonem, neque Vestam, neque quenquam, qui ita appellatur, in deorum habet numero; sed rebus inanimatis, atque mutis per quandam significationem hæc docet tributa nomina. cuius discipuli Aristonis non minus magno in errore sententia est: qui neque formam dei in-



DE NATURA DEORVM

telligi posse cēseat, neque in dijs sensum esse dicat, dubi-
tetq; omnino deus animans nec ne sit. Cleanthes autem,
qui Zenonem audiuit una cum eo, quem proxime no-
minavi, tum ipsum mundum deum dicit esse, tum to-
tius naturæ menti, atque animo hoc nomen tribuit, tum
ultimum, & altissimū, atque undique circumfusum, &
extremum, omnia cingentem, atque complexum ardo-
rem, qui æther nominetur, certissimum deum indicat.
idem quasi delirans in ijs libris, quos scripsit contra uo-
luptatem, tum fingit formam quandam, & speciem
deorum, tum diuinitatem omnem tribuit astris, tum ni-
hil ratione censet esse diuinius. ita fit, ut deus ille, quē
mente noscimus, atque in animi notione, tanquam in ue-
stigio, uolumus reponere, nusquam prorsus appareat.
at Perseus eiusdem Zenonis auditor eos dicit esse habi-
tos deos, à quibus magna utilitas ad uitæ cultum esset
inuenta; ipsasq; res utiles, et salutare deorum esse uo-
cabulis nuncupatas: ut ne hoc quidem diceret, illa in-
uenta esse deorum, sed ipsa diuina. quo quid absurdius,
quàm aut res sordidas, atque deformes deorum honore
afficere; aut homines iam morte delectos reponere in
deos, quorum omnis cultus esset futurus in lucū? iam
uero Chrysippus, qui stoicorum somniorum uasferri-
mus habetur interpres, magnam turbam congregat
ignotorum deorum, atque ita ignotorum; ut eos ne con-
iectura quidem informare possimus, cum mens nostra
quiduis uideatur cogitatione posse depingere: ait enim
uim diuinam in ratione esse positam, & uniuersæ na-
turæ animo, atque mente; ipsamq; mundum deum di-
cit esse, & eius animi fusionem uniuersam: tum eius
ipsius



ipsius principatum, qui in mente & ratione uersetur, communemq; rerum naturam uniuersa, atque omnia continentem, tum fatalem umbram, & necessitatem rerum futurarum: ignem præterea, & eum, quem antea dixi, æthera: tum ea, quæ natura fluerent, atque manarent, ut aquam, & terram, & aera, solem, lunam, sidera, uniuersitatemq; rerum, qua omnia continerentur, atque homines etiam eos, qui immortalitatem essent consecuti. idemq; disputat, æthera esse eum, quem homines Iouem appellarent; quiq; aer per maria manaret, eum esse Neptunum; terram, eam quæ Ceres diceretur. similiq; ratione persequitur uocabula reliquorum deorum. idemq; etiam legis perpetuæ, & æternæ uim, quæ quasi dux uitæ, & magistra officiorum sit, Iouem dicit esse: eandemq; fatalem necessitatem appellat, sempiternam rerum futurarum ueritatem: quorum nihil tale est, ut in eo uis diuina inesse uideatur. & Hæc quidem in primo libro de natura deorum: in secundo autem uult Orphei, Musæi, Hesiodi, Homeriq; fabellas accommodare ad ea, quæ ipse primo libro de dijs immortalibus dixerit: ut etiã ueterrimi poetæ, qui hæc ne suspicati quidem sint, Stoici fuisse uideantur. quem Diogenes Babylonius consequens in eolibro, qui inscribitur de Minerva, partum Iouis, ortumq; uirginis ad physiologiam traducens disiungit à fabula. Exposui fere non philosophorum iudicia, sed delirantium somnia: nec enim multo absurdiora sunt ea, quæ poetarum uocibus fusa, ipsa suauitate nocuerunt, qui & ira inflammatos, & libidine furentes induxerunt deos, feceruntq; ut eorum bella, pugnas, prælia,



DE NATURA DEORVM

prælia, uulnera uideremus, odia præterea, dissidia, discordias, ortus, interitus, querelas, lamentationes, effusas in omni intemperantia libidines, adulteria, uincula, cum humano genere concubitus, mortalesq; ex immortali procreatos. cum poetarum autem errore coniungere licet portenta magorum, Aegyptiorumq; in eodem genere dementiam: tum etiam uulgi opiniones, quæ in maxima inconstantia, ueritatis ignoratione uersantur. ea, qui consideret, quàm inconsulte ac temere dicantur, uenerari Epicurum, & in eorum ipsorum numero, de quibus hæc quæstio est, habere debeat. solus enim uidit, primum, esse deos; quòd in omnium animis eorum notionem impressisset ipsa natura: quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum? quam appellat προληψιν Epicurus, id est anteceptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quidquam, nec quæri, nec disputari possit. cuius rationis uim atque utilitatem ex illo cœlesti Epicuri de regula, & iudicio uolumine accepimus. quod igitur fundamentum huius quæstionis est, id præclare iactum uidetis. cum enim non instituto aliquo, aut more, aut lege sit opinio constituta, maneatq; ad unum omnium firma consensus: intelligi necesse est, esse deos, quoniam insitas eorum, uel potius innatas cognitiones habemus. de quo autem omnium natura consentit, id uerum esse necesse est. esse igitur deos confitendum est. quod quoniam fere constat inter omnes non philosophos solum, sed etiam indoctos: fateamur constare illud etiam, hanc nos habere siue anticipationem,



nem, ut ante dixi, siue prænotationem deorum: sunt enim rebus nouis noua ponenda nomina, ut Epicurus ipse περὶ ἁλῶν appellauit, quam antea nemo eo uerbo nominarat. hanc igitur habemus, ut deos beatos, & immortales putemus. quæ enim nobis natura informationem deorum ipsorum dedit, eadem insculpsit in mentibus, ut eos æternos & beatos haberemus. quod si ita est, uere exposita illa sententia est ab Epicuro; quod æternum beatumque sit, id nec habere ipsum negotij quidquam, nec exhibere alteri; itaque neque ira, neque gratia teneri; quod, quæ talia essent, imbecilla essent omnia. si nihil aliud quæreremus, nisi ut deos pie coleremus, et ut superstitione liberaremur, satis erat dictum: nam & præstans deorum natura hominum pietate coleretur, cum & æterna esset, et beatissima; habet enim uenerationem iustam quidquid excellit: & metus omnis à ui atque ira deorum pulsus esset: intelligitur enim, à beata immortalique natura & iram & gratiam segregari: quibus remotis, nullos à superis impendere metus. sed ad hanc confirmandam opinionem inquirimus animus & formam, & uitam, & actionem mentis, atque agitationem in deo. ac de forma quidem partim natura nos admonet, partim ratio docet: nam à natura habemus omnes omnium gentium speciem nullam aliam, nisi humanam, deorum: quæ enim alia forma occurrit unquam aut uigilanti cuiquam, aut dormienti? sed ne omnia reuocentur ad primas notiones, ratio hoc idem ipsa declarat. nam cum præstantissimam naturam, uel quia beata est, uel quia sempiterna, conuenire uideatur eandem esse pulcherrimam, quæ cōpositio membrorum,



DE NATURA DEORVM

brorum, quæ conformatio lineamentorum, quæ figura, quæ species humana potest esse pulchrior? uos quidem, Lucili, soletis (nam Cotta meus modo hoc, modo illud) cum artificium effingitis, fabricamq; diuinam, quàm sint omnia in hominis figura non modo ad usum, uerum etiam ad uenustatem apta, describere. quòd si omnium animantium formam uincit hominum figura, deus autem animans est: ea figura perfectio est, quæ pulcherrima sit omnium. quoniamq; deos beatissimos esse constat; beatus autem esse sine uirtute nemo potest, nec uirtus sine ratione constare, nec ratio usquam inesse, nisi in hominis figura: hominis esse specie deos confitendum est. nec tamen ea species corpus est, sed quasi corpus; nec habet sanguinem, sed quasi sanguinem. hæc quanquam & inuenta sunt acutius, & dicta subtilius ab Epicuro, quàm ut quiuisset agnoscere: tamen fretus intelligentia uestra dissero breuius, quàm causa desiderat. Epicurus autem, qui res occultas, & penitus abditas non modo uiderat animo, sed etiam sic tractarat, ut manu, docet eam esse uim, & naturam deorum, ut primum non sensu, sed mente cernatur, nec soliditate quadam, nec ad numerum, ut ea, quæ ille propter firmitatem *στέρεα* appellat, sed imaginibus similitudine, & transitione perceptis, cum infinita simillimarum imaginum species ex innumerabilibus indiuiduis existat, & ad deos affluat, cum maximis uoluptatibus in eas imagines mentem intentam, infixamq; nostram intelligentiam, capere quæ sit & beata natura, & æterna. summa uero uis infinitatis, & magna, ac diligenti contemplatione dignissima est:

in



in qua intelligi necesse est, eam esse naturam, ut omnia omnibus paribus paria respondeant: hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, idest æquabilemtributionem. ex hac igitur illud efficitur, si mortalium tanta multitudo sit, esse immortalium non minorem: et, si, quæ, interimant, innumerabilia sunt, etiam ea, quæ conseruent, infinita esse debere. et quærere à nobis, Balbe, soleris, quæ uita decorum sit, quæq; ab ijs degatur ætas. ea uidelicet, qua nihil beatius, nihil omnino bonis omnibus affluentius excogitari potest: nihil enim agit: nullis occupationibus est implicatus: nulla opera molitur: sua sapientia, & uirtute gaudet: habet exploratum fore se semper tum in maximis, tum in æternis uoluptatibus. hunc deum rite beatum dixerimus, uestrum uero laboriosissimum, siue enim ipse mundus deus est, quid potest esse minus quietum, quàm nullo puncto temporis intermisso uersari circum axem cœli admirabili celeritate? nisi quietum autem nihil beatum est. siue in ipso mundo deus inest aliquis, qui regat, qui gubernet, qui cursus astrorum, mutationes temporum, rerum uicissitudines, ordinesq; conseruet, terras & maria contemplanis hominum commoda, uitasq; tueatur: næ ille est implicatus molestis negotijs, & operosis. nos autem beatam uitam in animi securitate, & in omnium uacatione munerum ponimus: docuit enim nos idem qui cætera, natura effectum esse mundum, nihil opus fuisse fabrica, eamq; rem ei esse tam facilem, quàm uos negatis effici sine diuina posse solertia, ut innumerabiles natura mundos effectura sit, efficiat, effecerit. quod quia quemadmodum natura efficere sine aliqua mente possit,



DE NATURA DEORVM

*sit, non uidetis: ut tragici poetæ, cum explicare argu-
 menti exitum non potestis, confugitis ad deum. cuius
 operam profecto non desideraretis, si immensam, &
 interminatam in omnes partes magnitudinem regio-
 num uideretis: in quam se iniiciens animus, & inten-
 dens, ita late, longeque peregrinatur, ut nullam tamen
 oram ultimi uideat, in qua possit insistere. in hac igitur
 immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum
 infinita uis innumerabilium uolitat atomorum: quæ, in
 teriecto inani, cohærescunt tamen inter se, et aliæ alias
 apprehendentes continuantur: ex quo efficiuntur hæ
 rerum formæ, atque figuræ: quas uos effici posse sine
 foliis, & incudibus non putatis. itaque imposuistis
 in ceruicibus nostris sempiternum dominum, quem di-
 es, & noctes timeremus: quis enim non timeat omnia
 providentem, & cogitantem, & animaduertentem,
 & omnia ad se pertinere putantem, curiosum, & ple-
 num negotij deum? hinc uobis extitit primum illa fa-
 talis necessitas, quam εἰς τὸ μέλλω dicitis: ut quicquid
 accidat, id ex æterna ueritate, causarumque continua-
 tione fluxisse dicatis. quanti autem philosophi æsti-
 manda est, cui, tanquam aniculis, & ijs quidem indo-
 ctis, fato fieri omnia uideantur? sequitur περὶ τῆς νε-
 στρα, quæ latine diuinatio dicitur: qua tanta imbuere-
 mur superstitione, si uos audire uellemus, ut haruspices,
 augures, arioli, uates, & coniectores nobis essent co-
 lendi. his terroribus ab Epicuro soluti, & in liberta-
 tem uindicati, nec metuimus eos, quos intelligimus nec
 sibi fingere ullam molestiam, nec alteri quærere; & pie
 sancteque colimus naturam excellentem, atque præstan-
 tem.*

tem. sed, elatus studio, uereor ne longior fuerim. erat autem difficile rem tantam, tamq; præclaram, incohatam relinquere. quanquam non tam dicendi mihi ratio habenda fuit, quàm audiendi. Tum Cotta comiter, ut solebat, Atqui, inquit, Vellei, nisi tu aliquid dixisses, nihil sane ex me quidem audire potuisses: mihi enim non tam facile in mentem uenire solet, quare uerum sit aliquid, quàm quare falsum. idq; cum sæpe, tum, cum te audirem, paulo ante contigit. roges me, qualem deorum naturam esse ducam: nihil fortasse respondeam. quæras, putem ne talem esse, qualis modo à te sit exposita: nihil dicam mihi uideri minus. sed antequam aggrediar ad ea, quæ à te disputata sunt, de te ipso; dicam, quid sentiam. sæpe enim de L. Crasso, familiari tuo illo, uideor audisse, cum te togatis omnibus sine dubio anteferet, & paucos tecum Epicureos è Græcia compararet. sed quòd ab eo te mirifice diligere intelligebam, arbitrabar illum propter beneuolentiam id uberius dicere. ego autem, & si uereor laudare præsentem, iudico tamen, de re obscura, atque difficili à te dictum esse dilucide; neque sententijs solum copiose, sed uerbis etiam ornatus, quàm solent uestri. Zenonem, quem Philo noster Coryphæum appellare Epicureorum solebat; cum Athenis essem, audiebam frequenter, & quidem ipso auctore Philone; credo ut facilius iudicaret, quàm illa bene refellerentur; cum à principe Epicureorum accepissem, quemadmodum dicerentur. non igitur ille, ut plerique, sed isto modo, ut tu, distincte, grauitate, ornate. sed quòd in illo mihi usu sæpe uenit, idem modo, cum te audirem, acciderat, ut moleste fer-

rem



DE NATURA DEORVM

rem tantum ingenium (bona uenia me audies) in tam leues, ne dicam in tam ineptas, sententias incidisse. nec ego nunc ipse aliquid afferam melius: ut enim modo dixi, omnibus fere in rebus, & maxime in physicis, quid non sit, citius, quàm quid sit, dixerim. roges me, quid, aut qualis sit deus: auctore utar Simonide: de quo cum quæsiuisset hoc idem tyrannus Hiero, deliberandi causa sibi unum diem postulauit: cum idem ex eo postridie quæreret, biduum petiuit: cum sæpius duplicaret numerum dierum, admiransq; Hiero quæreret cur ita faceret; quia quanto, inquit, diutius considero, tanto mihi res uidetur obscurior. sed Simonidē arbitror (non enim poeta solum suauis, uerum etiam ceteroqui doctus sapiensq; traditur) quia multa uenirent in mentem acta, atque subtilia, dubitantem quid eorum esset uerissimum, desperasse omnem ueritatem. Epicurus uero tuus (nam cum illo malo differere, quàm tecum) quid dicit, quod non modo philosophia dignum esset, sed etiam mediocri prudentia? quæritur primum in ea quæstione, quæ est de natura deorum, sint ne dii, nec ne sint. difficile est negare: credo, si in concione quærat: sed in huiusmodi sermone, & confesso, facillimum. itaque ego ipse pontifex, qui cerimonias, religionesq; publicas sanctissime tuendas arbitror, is hoc, quod primum est, esse deos, persuaderi mihi, non opinione solum, sed etiam ad ueritatem plane uelim. multa enim occurrunt, quæ conturbent, ut interdum nulli esse uideantur. sed uide, quàm tecum agam liberaliter. quæ cōmunia sunt uobis cum ceteris philosophis, non attingam, ut hoc ipsum; placet enim omnibus fere, mihiq; ipsi in primis, deos



deos esse: itaque non pugno: rationem tamen eam, quæ à te affertur, non satis firmam puto. quod enim omnium gentium, generumq; hominibus ita uideretur, id satis magnum esse argumentum dixisti, cur esse deos confiteremur. quod cum leue per se, tum etiam falsum est. primum enim unde notæ tibi sunt opiniones nationum? equidem arbitror, multas esse gentes sic immanitate effertas, ut apud eas nulla suspicio deorum sit. quid? Diagoras, Atheus qui dictus est, posteaq; Theodorus, non ne aperte deorum naturam sustulerunt? nam Abderites quidem Protagoras, cuius à te modo mentio facta est, sophistes temporibus illis uel maximus, cum in principij libri sui sic posuisset, de dijs neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere; Atheniensium iussu urbe atque agro est exterminatus, libriq; eius in concione combusti. ex quo equidem existimo tardiores ad hanc sententiam profitendam multos esse factos, quippe cum poenæ ne dubitatio quidem effugere potuisset. quid de sacrilegis, quid de impijs, periurisq; dicemus?

-Tubulus si Lucius unquam,

Si Lupus, aut Carbo, aut Neptuni filius, -

ut ait Lucilius, putasset esse deos, tam periurus, aut tam impius fuisset? nõ est igitur tam explorata ista ratio ad id, quod uultis, confirmandum, quàm uidetur. sed quia commune est hoc argumentum aliorum etiam philosophorum, emittam hoc tēpore; ad uestra propria uenire malo. Concedo esse deos: doce me igitur, unde sint, ubi sint, quales sint corpore, animo, uita. hæc enim scire de sidero. abuteris ad omnia atomorum regno & licentia. hinc, quodcūque in solum uenit, ut dicitur, effingis, atque

DE NATURA DEORVM

que efficiis. quæ primū nullæ sunt: nihil enim est, quod
 uacet corpore: corporibus autem omnis obsidetur locus:
 ita nullum inane, nihil esse indiuiduum potest. hæc ego
 nunc physicorum oracula fundo: uera an falsa, nescio;
 sed uerū tamen similia, quàm uestra. ista enim flagitia
 Democriti, siue etiam ante Leucippi, esse corpuscula
 quædam leuia, alia aspera, rotunda alia, partim angu-
 lata, curuata quædam, & quasi adunca; ex his effe-
 ctum esse cælum, atque terras, nulla cogente natura,
 sed concursu quodam fortuito. hanc tu opinionem, C.
 Vellei, usque ad hanc ætatem perduxisti, priusq; te quis
 de omni uitæ statu, quàm de ista auctoritate, deiecerit:
 ante enim iudicasti, Epicureum te esse oportere, quæ
 ista cognouisti. ita necesse fuit aut hæc flagitia animi
 concipere, aut susceptæ philosophiæ nomen amittere.
 quid enim mereas, ut Epicureus esse desinas? nihil equi-
 dem, inquis, ut rationem uitæ beatæ, ueritatemq; dese-
 ram. ista igitur est ueritas? nā de uita beata nihil repu-
 gno: quam tu ne in deo quidē esse censes, nisi plane otio
 langueat. sed ubi est ueritas? in mundis, credo, innume-
 rabilibus, omnibus minimis temporum punctis, alijs na-
 scentibus, alijs cadētibus; an in indiuiduis corpusculis,
 tam præclara opera, nulla moderante natura, nulla ra-
 tione, fingentibus? sed oblitus liberalitatis meæ, quæ te-
 cum paulo ante uti cōferam, plura complector. conce-
 dam igitur ex indiuiduis constare omnia: quid ad rem?
 deorū enim natura quæritur. sint sane ex atomis. non
 igitur æterni. quod enim ex atomis sit, id natū aliquan-
 do sit. si natū, nulli dū ante quàm nati. et, si ortus est deo-
 rū, interitus sit necesse est, ut tu paulo ante de Platonis
 mundo

mundo disputabas . ubi igitur illud uestrum beatum, et
eternum ? quibus duobus uerbis significatis deum .
quod cum efficere uultis, in diuinitatē corripitis: ita enim
dicebas, non corpus esse in deo, sed quasi corpus; nec
sanguinem, sed quasi sanguinem. hoc persepe facitis;
et, cum aliquid non uerisimile dicatis, et effugere re-
prehensionem uelitis, afferatis aliquid, quod omnino ne-
uari quidem possit: ut satius fuerit id ipsum, de quo am-
bigebatur, concedere, quàm tam imprudenter resistere.
Sicut Epicurus, cum uideret, si atomi ferrentur in lo-
cum inferiorem suo pte pondere, nihil fore in nostra po-
testate, quòd esset earum motus certus, et necessarius;
inuenit quo modo necessitatem effugeret: quod uideli-
cet Democritum fugerat: ait atomum, cum pondere et
trahitate directo deorsum feratur, declinare paulu-
m. hoc dicere turpius est, quàm illud, quod uult,
non posse defendere. idem facit contra dialecticos, à
quibus cum traditum sit, in omnibus disiunctionibus,
in quibus aut etiam, aut non, poneretur, alterutrum ue-
rum esse: pertimuit, ne, si concessum esset huiusmodi ali-
quid, aut uiuet cras, aut non uiuet Epicurus, alteru-
rum fieret necessarium: totum hoc aut etiam, aut non,
negauit esse necessarium. quo quid dici potest obtusius?
urgebat Arcesilas Zenonem, cum ipse omnia falsa dice-
ret, quæ sensibus uiderentur: Zeno autem nō nulla uisa
esse falsa, non omnia. timuit Epicurus, ne, si unum
uisum esset falsum, nullum esset uerum: omnes sensus
ueri nuncios dixit esse: nihil horum, nisi callide: gra-
uiorem enim plagam accipiebat, ut leuiorem repelle-
ret. idem facit in natura deorum: dum indiuiduorum
C corpo-



DE NATURA DEORVM

corporum concretionem fugit, ne interitus & dissipatio consequatur, negat esse corpus deorum, sed tãquam corpus, nec sanguinem, sed tanquam sanguinem. mirabile videtur, quod nō rideat haruspex, cum haruspicem uiderit: hoc mirabilius, quod uos inter uos risum teneri possitis. non est corpus, sed quasi corpus. hoc intelligerem quale esset, si id in cereis fingeretur, aut fictilibus figuris: in deo quid sit quasi corpus, aut quasi sanguis, intelligere non possum: ne tu quidem uellei: sed non uis fateri: ista enim à uobis quasi dictata redduntur: quæ Epicurus oscitans hallucinatus est, cum quidē gloriaretur, ut uidemus in scriptis, se magistrum habuisse nullum. quod & non prædicanti tam facile, quidem credam, sicut mali ædificij domino glorianti se architectum non habuisse: nihil enim olet ex Academiâ, nihil ex Lyceo, nihil ne è puerilibus quidē disciplinis. Xenocratem audire potuit: quem uirum dñ immortales: & sunt qui putant audiuisse, ipse non uult: credo plus nemini. Pamphilum quendam Platonis auditorem ait à se sami auditum: ibi enim adolescens habitabat cum patre & fratribus, quod in eam pater eius Neocles agripeta uenerat. sed cum agellus eum non satis aleret, ut opinor, ludi magister fuit. sed hunc Platonicum mirifice contemnit Epicurus. ita metuit, ne quid unquam didicisse uideatur. in Nausiphane Democriteo tenetur. quem cum à se non neget auditum, uexat tamen omnibus contumelijs. atqui si hæc Democritea nō audisset, quid audierat? quid est in physicis Epicuri non à Democrito? nem et si quædam commutauit, ut quod paulo ante de inclinatione atomorum dixi: tamen



men pleraque dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitatem locorum, innumerebilitatem mundorum, eorum ortus, & interitus, omnia fere, quibus naturæ ratio continetur. nunc istuc quasi corpus, & quasi sanguinem, quid intelligis? ego enim scire te ista melius quam me, nō fateor solum, sed etiam facile patior. cum quidem semel dicta sunt, quid est quod Velleius intelligere possit, Cotta non possit? itaque corpus quid sit, sanguis quid sit, intelligo: quasi corpus, & quasi sanguis quid sit, nullo prorsus modo intelligo. Nec tu me cælas, ut Pythagoras solebat alienos: nec consulto dicis occulte, tanquam Heraclitus: sed, quod inter nos liceat, ne tu quidē intelligis. illud uideo pugnare te, species ut quædam sit deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis, sitq; pura, levis, perlucida. dicemus ergo idem, quod in Venere Coa: corpus illud non est, sed simile corpori: nec ille fusus, & candore mixtus rubor sanguis est, sed quædam sanguinis similitudo: sic in Epicureo deo non res, sed similitudines rerum esse. fac id, quod ne intelligi quidem potest, mihi esse persuasum: cedò mihi istorum adumbratorum deorum lineamenta, atque formas. non deest hoc loco copia rationum, quibus docere uelitis humanas esse formas deorum: primum, quòd ita sit informatum, anticipatumq; mentibus nostris, ut homini, cum de deo cogitet, forma occurrat humana: deinde, ut, quoniam rebus omnibus excellat natura diuina, forma quoque esse pulcherrima debeat, nec esse humana ullam pulchriorem. tertiam rationem affertis, quòd nulla in alia figura domicilium mentis esse possit. primum igitur quidq; con-



DE NATURA DEORVM

sideremus quale sit. arripere enim mihi uidemini, quasi uestro iure, re, ~~ulla~~ modo probabilem. quis tam cæcus in contem^{pl}andis reb^{us} unquam fuit, ut non uideret species istas hominum collatas in deos aut consilio quodam sapientum, quo facilius animos imperitorum ad deorum cultum à uitæ prauitate conuerterent; aut superstitutione, ut essent simulacra, quæ uenerantes, deos ipsos se adire crederent? auxerunt autem hæc eadem poetæ, pictores, opifices. erat autem non facile agentes aliquid & molientes deos in aliarum formarum imitatione seruare. accessit etiam ista opinio fortasse, quod homini homine nihil pulchrius uideatur. sed tu hoc physice non uides, quàm blanda conciliatrix, & quasi sui sit lena natura. an putas ullam esse terra maris beluam, quæ non sui generis belua maxime delectetur? quod ni ita esset, cur non gestiret taurus equæ contrectatione, equus uaccæ? an tu aquilam, aut leonem, aut delphinum ullam anteferre censes figuram suæ? quid igitur mirum, si hoc eodem modo homini natura præscripsit, ut nihil pulchrius, quàm hominem, putaret, eam esse causam, cur deos hominum similes putaremus? quid censes, si ratio esset in beluis, non suo quasque generi plurimum tributuras fuisse? at mehercle ego (dicam enim, ut sentio) quamuis amem ipse me, tamen non audeo dicere pulchriorem esse me, quàm ille fuit taurus, qui uexit Europam. non enim hoc loco de ingenijs, aut de orationibus nostris, sed de specie; figuraq; quæritur. quod si fingere nobis, & iungere formas uelimus; qualis ille maritimus Triton pingitur, natan-
tibus inuehens beluis, adiunctis humano corpori, no-
lis

alis esse? difficili in loco uersor. est enim uis tanta natu-
rae, ut homo nemo uelit nisi hominis similis esse. et qui-
dem formica formicae. sed tamen cuius hominis? quo-
tus enim quisque formosus est? Athenis cuntessem, è
gregibus epheborum uix singuli reperiiebantur. ui-
deo, quid arriseris: sed ita tamen res se habet. dein-
de nobis, qui, concedentibus philosophis antiquis, ado-
lescentulis delectamur, etiam uitia saepe iucunda sunt.
naeuus in articulo pueri delectat Alcæum. at est corpo-
ris macula naeuus. illi tamen hoc lumen uidebatur. Qu-
catulus, huius collegæ & familiaris nostri pater,
dilexit municipem tuum Roscium: in quem etiam il-
lucet eius.

transieram exorientem auroram forte salutans,

• Cum subito à læua Roscius exoritur.

Pace mihi liceat coelestes dicere uestra,

Mortalis uisus pulchrior esse deo.

huic pulchrior deo? at erat, sicut hodie est, peruer-
sissimis oculis. quid refert? si hoc ipsum falsum &
uenustum illi uidebatur. redeo ad deos: ecquos si non
tam strabones, at petulos esse arbitramur? ecquos næ-
uum habere? ecquos silos, flaccos, frontones, capito-
nes; quæ sunt in nobis? an omnia emendata in illis?
videtur id uobis. num etiam est una omnium facies?
nam si plures, aliam esse alia pulchriorem necesse est.
igitur aliquis non pulcherrimus deus. si una omnium
facies est, florere in cælo Academiam necesse est. si enim
nihil inter deum, & deum differt: nulla est apud deos
cognitio, nulla perceptio. quid, si etiam, vellei, falsum
illud omnino est, nullam aliam nobis de deo cogitan-



DE NATURA DEORVM

tibus speciem nisi hominis occurrere: tamen ne ista tam absurda defendas? nobis fortasse si occurrit, ut dicis: Iouem, Iustonem, Mineruam, Neptunum, Vulcanum, Apollinem, reliquos deos ea facie nouimus, qua pictores, fictoresque uoluerunt; neque solum facie, sed etiam ornatu, etate, atque uestitu: at non Aegyptij, nec Syri, nec fere cuncta barbaries: firmiores enim uideas apud eos opiniones esse de bestiis quibusdam, quam apud nos de sanctissimis templis, & simulacris deorum. etenim fana multa expoliata, & simulacra deorum de locis sanctissimis ablata uidemus à nostris: at uero ne fando quidem auditum est, crocodilum, aut ibim, aut felem uielatum ab Aegypto. quid igitur censes? Apim illum sanctum Aegyptiorum bouem, non ne deum uideri Aegyptijs? tam hercle, quam tibi illam nostram Sospitanem, quam tu nunquam ne in somnis quidem uides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis. at non est talis Argiua, nec Romana Iuno. ergo alia species Iunonis Argiuis, alia Latinis. et quidem alia nobis Capitolini, alia Afris Ammonis Iouis. non pudet igitur physicum, id est speculatorem, uenatoremque naturæ, ab animis consuetudine imbutis petere testimonium ueritatis? isto enim modo dicere licebit Iouem semper barbaturum, Apollinem semper imberbem, cæsius oculos Mineruæ, cæruleos esse Neptuni. et quidem Athenis laudamus Vulcanum eum, quem fecit Alcamenes: in quo stante, atque uestito leniter apparet claudicatio non deformis. claudum igitur habebimus deum, quoniam de Vulcano sic accepimus. Age & his uocabulis deos esse facimus, quibus à nobis nominantur.



minantur. at primum quot hominum linguæ, tot nomina deorum. non enim, ut tu Velleius quocunque ueneris, sic idem in Italia Vulcanus, idem in Ægypto, idem in Hispania. deinde nominum non magnus numerus ne in Pontificijs quidem nostris, deorum autem innumerabilis. an sine nominibus sunt? istud quidem ita tibi dicere necesse est. quid enim attinet, cum una facies sit, plura esse nomina? quàm bellum erat Vellei, confiteri potius nescire quod nescires, quàm ista effutientem nauigare, atque ipsum sibi displicere? an tu mei similem putas esse, aut tui deum? profecto non putas. quid ergo? solem dicam, aut lunam, aut cælum deum? ergo etiam beatum. quibus fruente voluptatibus? et sapientem. potest esse in eiusmodi trunco sapientia? hæc uestra sunt. si igitur nec humano uisu, quod docui; nec tali aliquo, quod tibi persuasum est: quid dubitas negare deos esse? non audes. sapienter id quidem. etsi hoc loco non populum mortuis, sed ipsos deos. noui ego Epicureos omnia sigilla numerantes: quanquam uideo nonnullis uideri, Epicurum, ne in offensionem Atheniensium caderet, uerbis reliquisse deos, re sustulisse. itaque in illis selectis eius, breuib; sententijs, quas appellatis *κυρίως δόξας*, hæc, ut opinor, prima sententia est: Quod beatum et immortale est, id nec habet, nec exhibet cuiquam negotium. In hac ita exposita sententia, sunt qui existiment, quod ille inscitia plane loquendi fecerit, fecisse consulto. de homine minime uastro male existimant. dubium est enim, utrum aliquid dicat iste beatum et immortale, an, si quod sit beatum, id esse immortale, non animaduertunt, hic cum ambigue locutum esse,



DE NATURA DEORVM

esse, sed multis alijs locis & illum, & Metrodorum tam aperte, quàm paulo ante te. ille uero deos esse putat: nec queng. ~~in huius~~ ^{in huius} qui magis ea, quæ timenda esse negaret, imeret, mortem dico & deos. quibus medicres hōīnes non ita ualde mouentur, his ille clamat omniū mortalium mentes esse perterritas. tot milia latrocinantur morte proposita. alij omnia, quæ possunt, sana compilant. credo, aut illos mortis timor terret, aut hos religionis. sed quoniam non audes (iam enim cum ipso Epicuro loquar) negare esse deos, quid est quod te impediat aut solem, aut lunam, aut mundum, aut mentem aliquam sempiternam in deorum natura ponere? nunquam uidi, inquis, animam rationis consiliijq; participem in ulla alia, nisi humana figura. quid? solis nunquidnam, aut lunæ, aut quinque errantium siderum simile uidisti? sol duabus unius orbis ultimis partibus definiens motum, cursus annuos conficit. huius hanc illustrationem eiusdem incensa radijs menstruo spatio luna complet. quinque autem stellæ eundem orbem tenentes, aliæ propius à terris, aliæ remotius, ab ijsdem principijs, disparibus temporibus eadem spatia conficiunt. nunquid tale Epicure uidisti? ne sit igitur sol, ne luna, ne stellæ: quoniam nihil esse potest, nisi quod attingimus, aut uidimus. quid? deum ipsum num ne uidisti? cur igitur credis esse? tollamus ergo omnia, quæ aut historia nobis, aut noua ratio affert. ita sit, ut mediterranei mare esse non credant. quæ sunt tantæ animi angustiae; ut, si Seriphi natus esses, nec unquam egressus ex insula, in qua lepusculos, uulpeculasq; sæpe uidisses, non crederes leones, et pantheras.



theras esse, cum tibi, quales essent, diceretur? si uero de
elephanto quis diceret, etiam irrideri te putares? Et tu
quidem vellei non uestro more, sed à carere illis, quæ
funditus gens uestra non nouit, argumenti sententiam
conclusisti: beatos esse deos sumpsisti. concedimus. bea-
tum autem sine uirtute neminem esse posse, id quoque
damus, & libenter quidem. uirtutem autem sine ratio-
ne constare non posse, conueniat id quoque necesse est.
adiungis, nec rationem esse nisi in hominis figura. quæ
tibi hoc daturum putas? si enim ita esset, quid opus erat
te gradatim istuc peruenire? quid autem est istuc gra-
datum? sumpsisses tuo iure. nam à beatis ad uirtutem, à
uirtute ad rationem uideo te uenisse gradibus: à ratio-
ne ad humanam figuram quo modo accedis? præcipi-
tare istuc quidem est, non descendere. nec uero intelligo,
cur maluerit Epicurus deos hominum similes dicere,
quàm homines deorum. quæres, quid intersit. si enim
hoc illi simile sit, esse illud huic uideo. sed hoc dico, non
ab hominibus formæ figuram peruenisse ad deos: dij e-
nim semper fuerunt, & nati nunquam sunt, si quidem
æterni sunt futuri. at homines nati: ante igitur huma-
na forma, quàm homines, ea qua erant forma dij immor-
tales. non ergo illorum humana forma, sed nostra diui-
na dicenda est. uerum hoc quidē, ut uoletis. illud quæ-
ro, quæ fuerit tanta fortuna: nihil enim in rerum natu-
ra ratione factum esse uultis. sed tamen quis iste tantus
casus, unde tam felix concursus atomorum, ut repente
homines deorum forma nascerentur? semina deorum de-
cidisse de cælo in terras putamus, & sic homines patrū
similes extitisse? uellem diceretis: deorum cognationem
agnoscerem



DE NATURA DEORVM

agnoscerem non inuitus. nihil tale dicitis: sed casu esse factum, ut deorum similes essemus. Et nunc argumenta quaerenda sunt, quibus hoc refellatur? utinam tam facile usque inuenire possem, quam falsa convincere. etenim enumerasti memoriter, et copiose, ut mihi quidem admirari liberet in homine esse Romano tantam scientiam, usque à Thalete Milesio de natura deorum philosophorum sententias. omnes ne tibi illi delirare uisum sunt, qui sine manibus et pedibus constare deum posse decreuerunt? nec hoc quidem uos mouet considerantes quæ sit utilitas, quæque opportunitas in homine membrorum, ut iudicetis membris humanis deos non egere? quid enim pedibus opus est sine ingressu? quid manibus, si nihil comprehendatur? quid reliqua descriptione omnium corporis partium? in qua nihil inane, nihil sine causa, nihil superuacaneum est. itaque nulla ars imitari solertiam naturæ potest. habebit igitur linguam deus, et non loquetur; dentes, palatum, fauces nullum ad usum: quæque procreationis causa natura corpori affinxit, ea frustra habebit deus: nec externa magis, quam interiora. cor, pulmones, iecur, cæteraque, detracta utilitate, quid habent uenustatis? quandoquidem hæc esse in deo propter pulchritudinem uultis. istis ne fidentes somnijs non modo Epicurus, et Metrodorus, et Hermachus contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemque dixerunt, sed meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere ausa sit? scito quidem illa sermone, et Attico. sed cum tantum Epicuri hortus habuerit licentiæ, etiam soletis queri? Zeno quidem etiam litigabat. quid dicam Albutium? nam Phædro nihil elegantius, nihil



nihil humanius. sed stomachabatur senex, si quid aspe-
rius dixeram: cum Epicurus contumeliolissime Aristo-
elem uexarit, Phædoni Socratico turpissime maledixe-
rit, Metrodori sodalis sui fratrem Timocratem, quia
nescio quid in philosophia dissentiret, totis uoluntati-
bus conciderit, in Democritum ipsum, quem secutus est,
uerit ingratus, Nausiphanem magistrum suum, à quo
nihil didicerat, tam male acceperit. Zeno quidem non
eos solum qui tum erant, Apollodorum, Syllum, cete-
rosq; figebat maledictis, sed Socratem ipsum, paren-
tem philosophiæ, latino uerbo utens, scurram Atticum
fuisse dicebat, Chrysippum nunquam nisi Chesippum uo-
cabat. tu ipse paulo ante, cum tanquam senatum philo-
sophorum citares, summos uiros desipere, delirare, de-
mentes esse dicebas. quorum si nemo uerum uidit de na-
tura deorum, uerendum est ne nulla sit omnino. nam
ista, quæ uos dicitis, sunt tota commenticia, uix digna
elucubratione anicularum. non enim sentitis, quàm mul-
ta uobis suscipienda sint, si impetraueritis, ut conceda-
mus eandem esse hominum & deorum figuram. omnis
cultus, & curatio corporis erit eadem adhibenda deo,
quæ adhibetur homini; ingressus, cursus, accubatio, in-
clinatio, sessio, cōprehensio, ad extremum etiam sermo,
& oratio. Nam quòd & mares deos, & fæminas esse
dicitis, quid sequatur uidetis. equidem mirari satis non
possum, unde ad istas opiniones uester ille princeps ue-
nerit. sed clamare non desinitis, retinendum hoc esse,
deus ut beatus immortalisq; sit. quid autem obstat, quo-
minus sit beatus, si non sit bipes? aut ista siue beatitas,
siue beatitudo dicenda est (utrumque omnino durum,
sed



sed usu mollienda nobis uerba sunt) uerum ea, quaecun-
 que est, cur aut in solem illum, aut in hunc mūdum, aut
 in aliquam mentem eternam, figura membrisq; corpo-
 ris uacillam, cadere non potest? nihil aliud dicis, nisi,
 nunquam uidi solem, aut mundum beatum. quid? mun-
 dum præter hunc unquam ne uidisti? negabis. cur igi-
 tur non sexcenta millia esse mundorū, sed innumerabi-
 lia ausus es dicere? ratio docuit. ergo hoc te ratio nō do-
 cebit, cum præstantissima natura quærat, eaq; beata,
 & æterna, quæ sola in diuina natura sunt, ut immorta-
 litate uincamur ab ea natura, sic animi præstantia uin-
 ci; atque ut animi, item corporis? cur igitur, cum cete-
 ris rebus inferiores simus, forma pares sumus? ad simi-
 litudinem enim deo propius accedebat humana uirtus
 quàm figura. an quidquam tam puerile dici potest, (ut
 eundem locum diutius urgeā) quàm si ea genera belua-
 rum, quæ in rubro mari Indiaue gignantur, nulla esse
 dicamus? atqui ne curiosissimi quidem homines exqui-
 rēdo audire tam multa possunt, quàm sunt multa, quæ
 terra, mari, paludibus, fluminibus existunt. quæ nege-
 mus esse, quia nunquam uidimus. Ipsa uero quàm nihil
 ad rem pertinet, quæ uos delectat maxime, similitudo?
 quid? canis non ne similis lupo? atque, ut Ennius,
 Simia quàm similis, turpissima bestia, nobis?
 at mores in utroque dispares. elephanto beluarum nul-
 la prudentior. at figura quæ uastior? de bestiis loquor.
 quid? inter ipsos homines non ne & simillimis formis
 dispares mores, & moribus figura dissimilis? etenim si
 semel uellei suscipimus genus hoc argumenti, attende
 quò serpat. tu enim sumebas, nisi in hominis figurā ra-
 tionem

onem inesse non posse. sumet alius, nisi in terrestri; nē
in eo, qui natus sit; nisi in eo, qui adoleuerit; nisi in
eo, qui didicerit; nisi in eo, qui ex animo conuerteret, et cor
pure caduco, & infirmo; postremo nisi in homine, at-
que mortali. quod si in omnibus his rebus obsistat, quid
tamen, quod te una forma conturbet? his enim omnibus,
quæ proposui, adiunctis, in homine rationem esse, &
sententem uidebas. quibus detractis, deum tamen nosse
& dicis, modo lineamenta maneant. hoc est non consi-
derare, sed quasi sortiri quid loquere. nisi forte ne hoc
uidem attendis, non modo in homine, sed etiam in ar-
ore, quicquid superuacaneū sit, aut usum non habeat,
abscindere. quàm molestum est uno digito plus habere &
indidita? quia nec speciem, nec usum alium quinque
desiderant. tuus autem deus non digito uno redundat,
sed capite, collo, cervicibus, lateribus, aluo, tergo, po-
litibus, manibus, pedibus, feminibus, cruribus. si ut
immortalis sit, quid hæc ad uitam membra pertinent?
quid ipsa facies? magis illa, cerebrum, cor, pulmones,
recur: hæc enim sunt domicilia uitæ. oris quidem habi-
tus ad uitæ firmitatem nihil pertinet. at eos uitupera-
bas, qui ex operibus magnificis, atque præclaris, cum
ipsam mundum, cum eius membra, cælum, terras, ma-
ria, cumq; horum insignia solem, lunam, stellasq; uidis-
sent, cumq; temporum mutationes, maturitates, uicissi-
tudinesq; cognouissent; suspicati essent aliquam excel-
lentem esse, præstantemq; naturam, quæ hæc fecisset,
moueretur, regeretur, gubernaret. qui, etiam si aberrant à
coniectura, uideo tamen quid sequantur. tu quod opus
tandem magnum, & egregium habes, quod effectum
diuina

DE NATURA DEORVM

diuina mente uideatur, ex quo esse deos suspicere? habeo, inquis, in animo insitam informationem quandam dei. et ~~hæc~~ ^{hæc} orati quidem Iouis, galeatæ Mineræ. num igitur tales putas? quanto melius hæc uulgi imperitorum, qui non membra solum hominis deo tribuunt, sed usum etiã membrorum: dant enim arcum, sagittas, hastam, clypeum, fuscinam, fulmen: et si, actiones quæ sint deorũ, non uident, nihil agentem tamen deum non queunt cogitare. ipsi, qui irridentur, Aegyptij nullam beluam, nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, consecrauerunt. ibes maximam uim serpentium conficiunt, cum sint aues excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceroq; rostro: auertunt pestem ab Aegypto; cum uolucres angues ex uasitate Libyæ uento Africæ interitus interficiunt, atque consumunt. ex quo fit, ut illæ nec morsu uiuæ noceant, nec odore mortuæ. possum de Ichneumonum utilitate, de Crocodilorum, de Felium dicere: sed nolo esse longus. ita concludam tamen, beluas à barbaris propter beneficium consecratas, uestrorum deorum non modo beneficium nullum extare, sed ne factum quidem omnino. Nihil habet, inquit, negotij. profecto Epicurus, quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimat. at ipsi tamen pueri, etiam cum cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur: deum sic feriatum uolumus cessatione torpere, ut, si se commouerit, uereamur, ne beatus esse non possit. hæc oratio non modo deos spoliât motu, & actione diuina, sed etiam homines inertes efficit, si quidem agēs aliquid ne deus quidem esse beatus potest. uerum sit sane, ut uultis, deus effigies hominis, & imago: quod eius est domicilium?

niciium? quæ sedes? qui locus? quæ deinde actio uitæ?
quibus rebus, id quod uultis, beatus est? utatur enim
uis bonis oportet, & fruatur; quæ beatus fructurus est.
Iam locus quidem ijs etiam naturis, quæ sunt animis
sunt, sius est cuique proprius, ut terra infimum teneat,
hanc inundet aqua, superior aeri, ignibus altissima ora
reddatur. bestiarum autem terrenæ sunt aliæ, partim
aquatiles, aliæ quasi ancipites, in utraque sede uiuen-
tes: sunt quædam etiam, quæ igne nasci putentur, appa-
reantq; in ardentibus fornacibus sæpe uolitantes. quæ
pro igitur, uester deus primum ubi habitat: deinde quæ
causa cum loco moueat; si modo mouetur aliquando: po-
stremo, cum hoc proprium sit animantium, ut aliquid
appetant, quod sit naturæ accommodatum; deus quid
appetatur; ad quam denique rem motu mentis, ac ratio-
nis utatur; postremo, quo modo beatus sit, quo modo
eternus. quidquid enim horum attigeris, ulcus est. ita
male instituta ratio exitum reperire nō potest. sic enim
dicebas, speciem dei percipi cogitatione, non sensu, nec
esse in ea ullam soliditatem, neque eandem ad numerū
permanere, eamq; esse eius uisionem, ut similitudine et
transitione cernatur, neque deficiat unquam ex infini-
tis corporibus similium accessio; ex eoq; fieri, ut in hæc
intenta mens nostra beatam illam naturam, & sempi-
ternam putet. hoc, per ipsos deos, de quibus loquimur,
quale tandem est? nam si tantum modo ad cogitationem
ualent, nec ullam habent soliditatem, nec eminentiam:
quid interest, utrum de Hippocentauro, an de deo cogi-
temus? omnem enim talem confirmationem animi ce-
teri philosophi motum inanem uocant: uos autem ad-
uentum



DE NATURA DEORVM

uentum in animos, & introitum imaginum dicitis. ut igitur Ti. Gracchum cum uideor concionantem in Capitolio uiderē, de M. Octauio deferentem sitellam, tum eum motum animi dico esse inanem; tu autem & Gracchi et Octauij imagines remanere, quæ, in Capitolium cum peruenerint, tum ad animum meum referantur: hoc idem fieri in deo, cuius crebra facie pellantur animi, ex quo esse beati atque æterni intelligantur. fac imagines esse, quibus pulsantur animi: species duntaxat obijcitur quædam. num etiam, cur beata sit, cur æterna? quæ autem istæ imagines uestre, aut unde? à Democrito omnino hæc licentia. sed et ille reprehensus à multis est, nec uos exitum reperitis, totaq; res uacillat, & claudicat. nam quid est, quod minus probari possit, quàm omnium in me incidere imagines? Homeri, Archilochi, Romuli, Numæ, Pythagoræ, Platonis; nec ex forma, qua illi fuerunt? quo modo illi ergo? & quorum imagines? Orpheum poetam doce: Aristoteles nunquam fuisse, & hoc Orphicum carmen Pythagorici ferunt cuiusdam fuisse Cercopis. at Orpheus, id est imago eius, ut uos uultis, in animum meum sæpe incurrit. quid, quod eiusdem hominis in meum aliæ, aliæ in tuum? quid, quod earum rerum, quæ nunquam omnino fuerunt, neque esse potuerunt, ut Scyllæ, ut Chimeræ? quid, quod hominum, locorum, urbium earum, quas nunquam uidimus? quid, quod, simul ac mihi col libitum est, præsto est imago? quid, quod etiam ad dormientē ueniunt inuocatæ? tota res Vellei nugatoria est: uos autem non modo oculis imagines, sed etiam animis inculcatis: tantā est impunitas garriendi. at quā licenter?

enter? fluentium frequenter transitio fit uisionum, ut multis una uideatur. puderet me dicere non intelligere, si uos ipsi intelligeretis, qui ista defenditis. quo modo enim probas, continenter imagines ferri? aut, si continenter, quo modo æternæ? innumerabilitas, inquis, suppleat atomorum. num eadem ergo ista facient, ut sint omnia sempiterna? confugis ad æquilibritatem: c enim ἰσονομία, si placet, appellemus: & ais, quoniam sit natura mortalis, immortalem etiam esse oportere. isto modo, quoniam homines mortales sunt, sint aliqui immortales: et, quoniam nascuntur in terra, nascantur & in aqua: et, quia sunt quæ interimant, sint quæ conseruent. sint sane: sed ea conseruent, quæ sunt. deos has esse non sentio. omnis tamen ista rerum effigies ex indiuiduis quo modo corporibus oritur? quæ etiam si essent, quæ nulla sunt; pellere se ipsa et agitari inter se concursu fortasse possent; formare, figurare, colorare, uimare non possent. nullo igitur modo immortalem eum efficitis. Videamus nunc de beato. sine uirtute: certe nullo modo. uirtus autem actiuosa, & deus uer nihil agens: expers uirtutis igitur: ita ne beatus uidem. quæ ergo uita? suppeditatio, inquis, bonorum? nullo malorum interuentu. quorum tandem bonorum? voluptatum. credo: nempe ad corpus pertineñtium: nullam enim nouistis nisi profectam à corpore, & reuertentem ad corpus, animi voluptatem. non arbitror te, Meliei, similem esse Epicureorum reliquorum: quos putat earum Epicuri uocum, quibus ille testatur, se ne intelligere quidem ullum bonum, quod sit seiunctum à uicinis, & obscænis uoluptatibus: quas quidem non

D erube-



DE NATURA DEORVM

*erubescens persequitur omnes nominatim. quem cibum
 igitur, aut quas portiones, aut quas uocum & florum
 uarietates, aut quos tactus, quos odores adhibebis ad
 deos, sit eos perfundas uoluptatibus? at poetæ quidem
 nectar, ambrosiam epulas comparant, & aut Iuuenta-
 tem, aut Ganymedem pocula ministrantem. tu autem
 Epicure quid facies? neque enim, unde habeat ista deus
 tuus, uideo, nec quo modo utatur. locupletior igitur ho-
 minum natura ad beate uiuendum est, quàm deorum,
 quòd pluribus generibus fruitur uoluptatum. At has
 leuiiores ducis uoluptates, quibus quasi titillatio (Epi-
 curi enim hoc uerbum) sensibus adhibetur. Quousque
 ludis? nam philo noster ferre non poterat aspernari Epi-
 cureos molles & delicatas uoluptates: summa enim me-
 moria pronunciabat plurimas Epicuri sententias ijs ip-
 sis uerbis, quibus erant scriptæ: Metrodori uero, qui est
 Epicuri collega sapientiæ, multa imprudentiora recita-
 bat: accusat enim Timocratem fratrem suum Metrodo-
 rus, quòd dubitet omnia, quæ ad beatam uitam perti-
 neant, uentre metiri: neque id semel dicit, sed sæpius.
 annuere te uideo: nota enim tibi sunt. proferrè libros,
 si negares. neque nunc reprehendo, quòd ad uolupta-
 tem omnia referantur: alia est ea quæstio: sed doceo,
 deos uestros esse uoluptatis expertes: ita uestro iudicio
 ne beatos quidem. at dolore uacant. satine est id ad il-
 lam abundantem bonis, uitam beatissimam? cogitant,
 inquis, assidue beatos esse se: habent enim nihil aliud,
 quod agitent in mente. comprehende igitur animo, &
 propone ante oculos, deum nihil aliud in omni æterni-
 tate, nisi, mihi pulchre est, & ego beatus sum, cogitan-
 tem.*

tem. nec tamen uideo, quo modo uideatur iste deus beatus, cum sine ulla intermissione pulsetur, agiteturq; in-
cursione atomorum sempiterna, cumq; ex ipso imagi-
nes semper affluant. ita nec beatus est uester deus, nec
paterternus. At etiam de sanctitate, de pietate aduersus
deos, libros scripsit Epicurus. at quo modo in his loqui-
mur? ut Coruncanium, aut Scaeuolam Pontifices maxi-
mos te audire dicas; non eum, qui sustulerit omnem fun-
ditus religionem; nec manibus, ut Xerxes, sed rationi-
bus, deorum immortalium templa & aras euerterit.
quid est enim, cur deos ab hominibus colendos dicas,
cum dii non modo homines non colant, sed omnino ni-
hil curent, nihil agant? at est eorum eximia quaedam
praestansq; natura, ut ea debeat ipsa per se ad se colen-
tam allicere sapientem. an quidquam eximium potest
esse in ea natura, quae sua uoluptate laetans, nihil nec
cogitatura sit unquam, neque agat, neque egerit? quae por-
o pietas ei debetur, à quo nihil acceperis? aut quid o-
mnino, cuius nullum meritum sit, ei deberi potest? est
enim pietas, iustitia aduersum deos: cum quibus quid
potest nobis esse iuris, cum homini nulla cum deo sit cō-
nunitas? sanctitas autem, est scientia colendorum deo-
rum: qui quamobrem colendi sunt, non intelligo, nullo
nec accepto ab ijs, nec sperato bono. quid est autē, quod
uos ueneremur propter admirationem eius naturae, in
qua egregium nihil uidemus? Nam superstitione, quod
gloriarī soletis, facile est liberari, cum sustuleris omnem
timorem deorum. nisi forte Diagoram, aut Theodorum, qui
omnino deos esse negabant, censes supersticiosos esse po-
uisse. ego ne Protagoram quidem: cui neutrum lique-



DE NATURA DEORVM

rit, nec esse deos, nec non esse. horum enim sententiæ omnium non modo superstitionem tollunt, in qua inest timor inanis deorum; sed etiam religionem, quæ deorū cultu p̄p̄ cōtinetur. quid? ij, qui dixerunt, totam de dijs immortalibus opinionem fictam esse ab hominibus sapientibus reip. causa, ut, quos ratio non posset, eos ad officium religio duceret; non ne omnem religionem funditus sustulerunt? quid Prodicus Chius? qui ea, quæ prodesse hominum uitæ, deorum in numero habita esse dixit, quam tandem religionem reliquit? quid, qui aut fortes, aut claros, aut potentes viros tradunt post mortem ad deos peruenisse, eosq; esse ipsos, quos nos colere, precari, uenerariq; soleamus; non ne expertes sunt religionum omniū? quæ ratio maxime tractata ab Euhemero est: quem noster & interpretatus, & secutus est præter ceteros Ennius. ab Euhemero autem & mortes, & sepulturæ demonstrantur deorum. utrum igitur hic confirmasse religionem uidetur, an penitus totam sustulisse? omitto Eleusinam sanctam illam & augustam, Vbi initiantur gentes orarum ultimæ:

præterea Samothraciam, eaq; quæ Lemni nocturno aditu occulta coluntur siluestribus sepibus densa. quibus explicatis, ad rationemq; reuocatis, rerum magis natura cognoscitur, quàm deorum. mihi quidem etiam Democritus, uir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit, nutare uidetur in natura deorum. tum enim censet imagines diuinitate præditas inesse uniuersitati rerum: tum principia, mentesq;, quæ sunt in eodem uniuerso, deos esse dicit, tum animantes imagines, quæ uel prodesse nobis solent, uel nocere;

tum



tum ingentes quasdam imagines, tantasq; , ut uniuersum mundum complectantur extrinsecus. quæ quidem omnia sunt patria Democriti, quàm Democrito, digniora. quis enim istas imagines comprehendere animo potest? quis admirari? quis aut cultu, aut religione dignas iudicare? Epicurus uero ex animis hominum extraxit radicitus religionem, cum dñs immortalibus & opem, & gratiam sustulit: cum enim optimam & præstantissimam naturam dei dicat esse, negat idem esse in deo gratiam: tollit id, quod maxime proprium est optimæ præstantissimæq; naturæ: quid enim est melius, aut quid præstantius bonitate, & beneficentia? qua cum carere deum uultis, neminem deo nec deum, nec hominem carum, neminem ab eo amari, neminem diligere uultis. ita fit, ut non modo homines à dñs, sed ipsi dii inter se ab alijs alij negligantur. quanto Stoici melius, qui à uobis reprehenduntur. censent autem sapientes sapientibus etiam ignotis esse amicos: nihil est enim uirtute amabilius. quam qui adeptus erit, ubicunque erit gentium, à nobis diligetur. uos autem quid mali datis, cum imbecillitatem gratificationem, & beneuolentiam imponitis? ut enim omittam uim & naturam deorum, ne homines quidem censetis, nisi imbecilli essent, futuros beneficos, & benignos fuisse. nulla est caritas naturalis inter bonos? carum ipsum uerbum est amoris: ex quo amicitiae nomen est ductum: quam si ad fructum nostrum referemus, non ad illius commoda, quem diligimus; non erit ista amicitia, sed mercatura quædam utilitatum suarum. prata, & arua, & pecudum greges diliguntur isto modo, quòd fructus ex eis capiuntur.

D 3. hominum



DE NATURA DEORVM

hominum charitas, & amicitia gratuita est. quanto igitur magis deorum? qui nulla re egentes & inter se diligunt, & hominibus consulant. quod ni ita sit, quid ueneramur, quid precamur deos? cur sacris Pontifices, cur auspicijs Augures praesunt? quid optamus à dijs immortalibus? quid uicemus? at etiam Epicuri liber est de sanctitate. ludimur ab homine non tam faceto, quam ad scribendi licentiam libero. quæ enim potest esse sanctitas, si dij humana non curant? quæ autem animans natura, nihil curans? uerius est igitur illud nimirum, quod familiaris omnium nostrum Posidonius differuit in libro quinto de natura deorum, nullos esse deos Epicuro uideri; quæq; is de dijs immortalibus dixerit, inuidiæ detestandæ gratia dixisse: neque enim tam desipiens fuisset, ut homunculis similem deum fingeret, lineamentis duntaxat extremis, non habitu solido; membris hominis præditum omnibus, usu membrorum ne minimo quidem; exilem quendam, atque perlucidum, nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificantem, omnino nihil curantem, nihil agentem. quæ natura primum nulla esse potest: idq; uidēs Epicurus, re tollit, oratione relinquit deos. deinde si maxime talis est deus, ut nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur; ualeat; quid enim dicam, propitius sit? esse enim propitius potest nemini, quoniam, ut dicitis, omnis in imbecillitate est & gratia, & charitas.

M. TVLLII CICERONIS
DE NATVRA DEORVM,
LIBER II.

q Væ cum Cotta dixisset, tum Velleius,
Næ ego, inquit, incautus, qui cum Aca-
demico, & eodem rhetore congregari
conatus sum. nam neque indisertum
Academicum pertimuissem, nec sine

ista philosophia rhetorem quamvis eloquentem: neque
enim flumine conturbor inanum uerborum, nec subti-
litate sententiarum, si orationis est siccitas. tu autem
Cotta utraque re ualuisisti: corona tibi, & iudices de-
fuerunt. sed ad ista alias. nunc Lucilium, si ipsi com-
modum est, audiamus. Tum Balbus, Eundem equi-
dem, inquit, mallet audire Cottam, dum, qua eloquen-
tia falsos deos sustulit, eadem ueros inducat: est enim
& philosophi, & pontificis, & Cottæ, de dijs immor-
talibus habere non errantem, & uagam, ut Academi-
ci, sed, ut nostri, stabilem, certamq; sententiam. nam
contra Epicurum satis superq; dictum est. sed aueo au-
dire, tu ipse Cotta quid sentias. An, inquit, oblitus es,
quod initio dixerim, facilius me, talibus præsertim de
rebus, quid non sentirem, quam quid sentirem, posse di-
cere? quod si haberem aliquid, quod liqueret; tamen te
audire uicissim uellem, cum ipse tam multa dixissem.

Tum Balbus, Geram tibi morem, et agam quâ breuissi-
me potero: etenim cōiunctis Epicuri erroribus, longa de
mea disputatione detracta oratio est. Omnino diuidunt

DE NATURA DEORVM

nostri totam istam de dijs immortalibus quæstionem in partes quatuor. primum docent esse deos: deinde quales sint: tum mundum ab his administrari: postremo consulere eos rebus humanis. nos autem hoc sermone, quæ priora duo sunt, sumamus: tertium, & quartum, quia maiora sunt, puto in aliud esse tempus differenda. Minime uero, inquit Cotta: nam & otiosi sumus, & ijs de rebus agimus, quæ sunt etiam negotijs anteponendæ. Tum Lucilius, Ne egere quidem uidetur, inquit, oratione prima pars: quid enim potest esse tam apertum, tamque perspicuum, cum cælum suspeximus, cælestiaque contemplati sumus, quam esse aliquod numen præstantissimæ mentis, quo hæc regantur? quod ni ita esset, qui potuisset assensu omnium dicere Ennius,
 Aspice hoc sublime candēs, quem uocant omnes Ioueri.
 illum uero & Iouem, & dominatorem rerum, et omnia nutu regentem, et, ut idem Ennius,
 -patrem diuumque hominumque;
 & præsentem, ac præpotentem deum. quod qui dubitat, haud sane intelligo, cur non idem, sol sit, an nullus sit, dubitare possit. quid enim est hoc illo euidentius? quod nisi cognitum comprehensumque animis haberemus, non tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec una cum sæculis, ætatibusque hominum inueterare potuisset. etenim uidemus ceteras opiniones fictas, atque uanas diuturnitate extabuisse. quis enim hippocentaurum fuisse, aut chimæram putat? quæ ueanus tam excors inueniri potest, quæ illa, quæ quondam credebantur, apud inferos portenta extimescat? opinionum enim cōmenta delet dies, natura



auræ iudicia confirmat. itaque & in nostro populo, & in ceteris deorum cultus religionumq; sanctitates existunt in dies maiores, atque meliores. idq; euenit non temere, nec casu, sed quòd et præsentiam sæpe diui suam declarant: ut & apud Regillum bello Latiro, cum A. Postumius dictator cum Octauio Mamillio Tusculano prælio dimicaret, in nostra acie Castor, & Pollux ex equis pugnare uisi sunt: & recentiore memoria eodem Tyndaridæ Persen uictū nunciauerunt: P. enim Vatienus, auus huius adolescentis, cum è præfectura Reatina Romam uenienti noctu duo iuuenes cum equis albis dixissent, regem Persen illo die captum, senatui nunciauit: & primo, quasi temere de rep. locutus esset, in carcerem coniectus est, post à Paulo literis allatis, cū eadem dies constitisset, & agro à senatu, & uacatione donatus est. atque etiam cum ad fluuium Sacram Crotoniatas Locri maximo prælio deuicissent, eo ipso die autilitam esse eam pugnam ludis Olympiæ, memoriæ prolitum est. sæpe Faunorū uoces exaudita, sæpe uisæ fornæ deorū, quemuis aut non hebetem, aut impium, deos præsentem esse, confiteri coegerunt. prædictiones uero, et præensiones rerum futurarum quid aliud declarant, nisi hominibus ea, quæ sint, ostendi, monstrari, portendili, prædici? ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur. quòd si ea ficta credimus licentia fabularum, Mopsum, Tiresiam, Amphiaræum, Calchantem, Telenum, quos tamen augures ne ipsæ quidem fabulæ uisciuissent, si res omnino repudiaret: ne domesticis quidem exēplis docti, numen deorū comprobabimus? nihil nos P. Claudij bello unico primo temeritas mouebit? qui

DE NATURA DEORVM

qui etiam per iocum deos irridens, cum cauea liberati pulli non pascerentur, mergi eos in aquam iussit, ut biberent, quoniā esse nollent. qui risus classe deuicta multas ipsi lacrymas, magnam populo R. cladem attulit. quid? collega eius Iunius eodem bello non ne tempestate classem amisit, cum auspicijs non paruisset? itaque P. Claudius à populo condemnatus est, Iunius necem sibi ipse conscivit. C. Flaminium Celius religione neglecta cecidisse apud Thrasimenum scribit, cū magno reip. uulnere. quorum exitio intelligi potest, eorum imperijs, reip. amplificatam, qui religionibus paruissent. et, si conferre uolumus nostra cum externis, ceteris rebus aut pares, aut etiam inferiores reperiemur; religione, id est cultu deorum, multo superiores. an Actij Nauij lituus ille, quo ad inuestigandum suam regiones uinæ terminauit, contemnendus est? crederem, nisi eius augurio rex Hostilius maxima bella gessisset. sed negligentia nobilitatis augurij disciplina omissa, ueritas auspiciorum spreta est, species tantum retenta. itaque maximæ reip. partes, in his bella, quibus reip. salus continetur, nullis auspicijs administrantur, nulla perennia seruantur, nulla ex acuminibus, nulli uiri uocantur: ex quo in procinctu testamenta perierunt. tum enim bella gerere nostri duces incipiunt, cum auspicia posuerunt. at uero apud maiores tanta religionis uis fuit, ut quidam imperatores etiam se ipsos dijs immortalibus capite uelato uerbis certis pro rep. deuouerent. multa ex sibyllinis uaticinationibus, multa ex haruspicum responsis commemorare possum, quibus ea confirmentur, quæ dubia nemini debent esse, atqui et nostrorum au-

gurum



rum, & Hetruscorum, & haruspicum disciplinam
 Scipione, C. Figulo consulibus res ipsa probauit.
 uos cum Ti. Gracchus consul iterum crearet, pri-
 us rogatorum, ut eos retulit, ibidem est repente mor-
 tus. Gracchus cum comitia nihilo minus peregisset,
 m̄q; illam in religionē populo uenisse sentiret, ad se-
 natum retulit. senatus, quos ad soleret, referendum cen-
 sit. haruspices introducti, responderunt, non fuisse iu-
 um comitiorum rogatorem. tum Gracchus, ut è patre
 uidebam, incensus ira, ita ne uero? ego non iustus, qui
 consul rogavi, & augur, & auspicato? an uos Thu-
 aci ac barbari auspiciorum populi R. ius tenetis, & in-
 terpreses esse comitiorum potestis? itaque tum illos exi-
 iussit. post autem è prouincia literas ad collegium mi-
 si, se, cum legeret libros, recordatum esse uitio sibi ta-
 ernaculum captum fuisse haruspictionis, quòd, cum
 pomerium postea intrasset habendi senatus causa, in
 redeundo, cum idem pomerium transiret, auspicari es-
 set oblitus: itaque uitio creatos esse consules. augures
 rem ad senatum. senatus, ut abdicarent: consules abdi-
 cauerunt. quæ quærimus exempla maiora? uir sapien-
 tissimus, atque haud scio an omnium præstantissimus,
 peccatum suum, quod cæleri posset, confiteri maluit,
 quàm hæere in rep. religionem: consules summum im-
 perium statim deponere, quàm id tenere punctum tēpo-
 ris contra religionem. magna augurum auctoritas.
 quid haruspicum ars, non ne diuina? hæc innumerabi-
 lia ex eodem genere qui uideat, non ne cogatur confi-
 teri deos esse? quorum enim interpretes sunt, eos ipsos
 esse certe necesse est, deorum autem interpretes sunt:
 deos

DE NATURA DEORVM

deos igitur esse fateamur . at fortasse non omnia eueniunt , quæ prædicta sunt . ne ægri quidem quia non omnes conualescunt , iccirco ars nulla medicina est . signa ostenduntur à dijs rerum futurarum . in his si qui errauerunt , non deorum natura , sed hominum coniectura peccauit . itaque inter omnes omnium gentium sententia constat : omnibus enim innatum est , & in animo quasi insculptum , esse deos . quales sint , uarium est : esse nemo negat . Cleanthes quidem noster quatuor de causis dixit in animis hominum informatas deorum esse notiones . primam posuit eam , de qua modo dixi ; quæ orta esset ex præsensu rerum futurarum : alteram , quam ceperimus ex magnitudine commodorum , quæ percipiuntur cæli temperatione , fecunditate terrarum , aliarumq; commoditatum complurium cupiditatem : tertiam , quæ terreret animos fulminibus , tempestatibus , nimbis , niuibus , grandinibus , uastitate , pestilentia , terræ motibus , et sæpe fremitibus , lapideisq; imbribus , & guttis imbrum quasi cruentis , tum lapidibus , aut repentinis terrarum hiatibus , tum præter naturam hominum , pecudumq; portentis , tum facibus uisis cælestibus , tum stellis ijs , quas Græci cometas , nostri crinitas uocant : quæ nuper bello Octauiano magnarum fuerunt calamitatum prænunciæ : tum sole geminato , quod , ut è patre audiui , Tuditano , & Aquillio consilibus euenerat : quo quidem anno P . Africanus , sol alter , extinctus est . quibus exterriti homines uim quandam esse cælestem , & diuinam suspicati sunt . quartam causam esse , eamq; uel maximam , æquabilitatem motus , conuersionem cæli , solis , lunæ , siderumq; omnium distin-



inctionem, uarietatem, pulchritudinem, ordinem:
tarum rerum aspectus ipse satis indicaret, non esse
rtuita. ut si quis in domum aliquam, aut in gymna-
um, aut in forum uenerit; cum uideat omnium rerum
ctionem, modum, disciplinam, non possit ea sine cau-
fieri iudicare, sed esse aliquem intelligat, qui præsit,
cui pareatur: multo magis in tantis motibus, tan-
q; uicissitudinibus, tam multarum rerum, atque tan-
rum ordinibus, in quibus nihil unquam immensa, et
ifinita uetustas mentita sit; statuatur necesse est, ab ali-
sa mente tantos naturæ motus gubernari. Chrysip-
us quidem, quanquam est acerrimo ingenio, tamen ea
icit, ut ab ipsa natura didicisse, non ut ipse reperisse
ldeatur. si enim, inquit, est aliquid in rerum natura,
od hominis mens, quod ratio, quod uis, quod potestas
umana efficere non possit: est certe id, quod illud effi-
t, homine melius. atqui res cælestes, omnesq; eæ, qua-
um est ordō sempiternus, ab homine confici non pos-
unt: est igitur id, quo illa conficiuntur, homine me-
us. id autem quid potius dixerim, quàm deum? etc-
um si dij non sunt, quid esse potest in rerum natura ho-
ine melius? in eo enim solo ratio est, qua nihil potest
se præstantius. esse autem hominem, qui nihil in o-
ni mundo melius esse, quàm se, putet, desipientis ar-
gantie est. ergo est aliquid melius. est igitur profe-
to deus. an uero, si domum magnam, pulchramq; ui-
eris, non possis adduci, ut, etiam si dominum non ui-
eas, muribus illam, et mustelis ædificatam putes: tan-
um uero ornatum mundi, tantam uarietatem, pulchri-
udinemq; rerum cælestium, tantam uim, & magnitu-
dinem

DE NATURA DEORVM

dinem maris, atque terrarum, si tuum, ac non deorum
 immortalium domicilium putes, non ne plane desipere
 uideare? an ne hoc quidem intelligimus, omnia super
 esse meliora? terram autem esse infimam, quam crassif-
 simus circumfundat aer, ut ob eam ipsam causam, quod
 etiam quibusdam regionibus, atque urbibus continge-
 re uidemus, hebetiora ut sint hominum ingenia propter
 cœli plenioram naturam, hoc idem generi humano eue-
 nerit, quod in terra, hoc est in crassissima regione mun-
 di, collocati sint. et tamen ex ipsa hominum solertia es-
 se aliquam mentem, & eam quidem acriorem, & diui-
 nam, existimare debemus. unde enim hanc homo arri-
 puit? ut ait apud Xenophontem Socrates. quin & hu-
 morem, & calorem, qui est fusus in corpore, & terre-
 nam ipsam uiscerum soliditatem, animum denique il-
 lum spirabilem si quis quærat unde habemus; apparet,
 quod aliud à terra sumpsimus, aliud ab humore, aliud
 ab igne, aliud ab aere eo, quem spiritu ducimus. illud
 autem, quod uincit hæc omnia, rationem dico, et, si
 placet pluribus uerbis, mentem, consilium, cogitatio-
 nem, prudentiam ubi inuenimus? unde sustulimus? an
 cetera mundus habebit omnia, hoc unum, quod pluri-
 mi est, non habebit? atqui certe nihil omnium rerum
 melius est mundo, nihil præstabilius, nihil pulchrius:
 nec solum nihil est, sed ne cogitari quidem quicquam
 melius potest. et si ratione & sapientia nihil est melius,
 necesse est hæc inesse in eo, quod optimum esse concedi-
 mus. quid uero tanta rerum consentiens, conspirans,
 continuata cognatio? quem non coget ea, quæ à me di-
 cuntur, comprobare? posset ne uno tempore florere, de-
 inde



inde uicissim horrere terra? aut, tot rebus ipsis se immutantibus, solis accessus, discessusq; solstitijs, brumisque cognosci? aut aestus maritimi, fretorumq; angustiae oritur, aut obitu lunae commoueri? aut una totius caeli conuersione cursus astrorum dispares conuersari? haec ita fieri omnibus inter se concinentibus mundi partibus profectio non possent, nisi ea uno diuino, & continuo spiritu continerentur. atque haec cum uberius disputantur, & fusius, ut mihi est in animo facere, facilius effugiunt Academicorum calumniam: cum autem, ut Zeno solebat, breuius, angustiusq; concluduntur, tum pertiora sunt ad reprehendendum. nam ut profluens omnis aut uix, aut nullo modo, conclusa autem aqua facile corrumpitur: sic orationis flumine reprehensoris litia diluuntur, angustia autem conclusae orationis non facile se ipsa tutatur. haec enim, quae dilatantur à nobis, Zeno sic premebat. quod ratione utitur, id melius est, quam id, quod ratione non utitur. nihil autem mundo melius: ratione igitur mundus utitur. similiter efficere potest, sapientem esse mundum; similiter, beatum; similiter, æternum. omnia enim haec meliora sunt, quam ea, quae sunt his carentia: nec mundo quicquam melius: ex quo efficitur esse mundum deum. idemq; hoc nodo. nullius sensu carentis pars aliqua potest esse sentiens. mundi autem partes sentientes sunt: non igitur caret sensu mundus. pergit idem, & urget angustius. nihil, inquit, quod animi, quodq; rationis est expers; id generare ex se potest animantem, compotemq; rationis. mundus autem generat animantes, compotesq; rationis: animans est igitur mundus, composq; rationis. idemq;

DE NATURA DEORVM

idemq; similitudine, ut sæpe solet, rationem conclusit hoc modo. si ex oliua modulate canentes tibiæ nascerentur; non dubitares, quin inesset in oliua tibiæ quædam scientia. quid, si platani fidiculas ferrent numerose sonantes? idem scilicet censeretur, in platanis inesse musicam. cur igitur mundus non animans, sapiensq; iudicetur, cum ex se procreet animantes, atque sapientes? sed quoniam cœpi secus agere, atque initio dixeram; negaram enim hanc primam partem egere oratione, quod esset omnibus perspicuum, deos esse: tamen id ipsum rationibus physicis confirmari uolo. sic enim res se habet, ut omnia, quæ alantur, & crescant, contineant in se uim caloris: sine qua neque ali possunt, neque crescere. nam omne, quod est calidum, & igneum, cietur, & agitur motu suo: quod autem alitur, & crescit, motu quodam utitur certo, & æquabili: qui quandiu remanet in nobis, tandiu sensus, & uita remanet: refrigerato autem, et extincto calore, occidimus ipsi, et extinguimur. quod quidem Cleanthes his etiam argumentis docet, quanta uis insit caloris in omni corpore: negat enim ullum esse cibum tam grauem, quin is die, et nocte concoquatur: cuius etiam in reliquijs inest calor, ijs, quas natura respuerit. iam uero uenæ, et arteriæ micare non desinunt quasi quædam igneo motu: animaduersumq; sæpe est, cum cor animantis alicuius euulsum, ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem. omne igitur, quod uiuit, siue animal, siue terra editum, id uiuit propter inclusum in eo calorem. ex quo intelligi debet, eam caloris naturam uim in se habere uitalem per omnem mundum pertinentem. atque id facilius cerne-

mus



is, toto genere hoc igneo, quod tranat omnia, subti-
s explicato. omnes igitur partes mundi tangam,
æ maximo calore fulctæ sustinentur. quod primum
terrena natura perspicui potest. nam & lapidum
infractu, atque tritu elici ignem uidemus: & recen-
sione

erram fumare calentem:

que etiam ex puteis iugibus aquam calidam trahi, &
maxime hibernis fieri temporibus, quod magna uis
eræ cauernis contineatur caloris, eaq; hieme sit den-
r, ob eamq; causam calorem insitū in terris contineat
ictius. longa est oratio, multæq; rationes, quibus de-
i possit, omnia, quæ terra concipiat, semina, quæq;
sa ex se generata stirpibus infixæ contineat, ea tempe-
tione caloris & oriri, & augescere. atque aquæ etiā
mistum esse calorem, primum ipse liquor, tum aquæ
clarat effusio, quæ neque congelaret frigoribus, ne-
te niue priuinaq; concrederet, nisi eadem se admisto ca-
re liquefacta & dilapsa diffunderet. itaque & aqui-
ribus, reliquisq; frigoribus adiectis durefcit humor:
idem uicissim mollitur tepesfactus, & tabescit calo-
atque etiam maria agitata uentis ita tepescunt, ut in-
iligi facile possit in tantis illis humoribus inclusum
è calorem: nec enim ille externus, et aduentioius ha-
ndus est tepor, sed ex intimis maris partibus agita-
me excitatus; quod nostris quoque corporibus contin-
et, cum motu atque exercitatione recalescunt. ipse ue-
aer, qui natura est maxime frigidus, minime est ex-
rs caloris. ille uero & multo quidem calore admixtus
: ipse enim oritur ex respiratione aquarum: earum

E

enim



DE NATURA DEORVM

enim quasi uapor quidam aer habendus est. is autē existit motu eius caloris, qui aquis continetur. quam similitudinem cernere possumus in ijs aquis, quæ effervescent subditis ignibus. iam uero reliqua quarta pars mundi, ea & ipsa tota natura feruida est, & ceteris naturis omnibus salutarem impertit, & uitalem calorem, ex quo concluditur, cum omnes mundi partes sustineantur calore, mundum etiam ipsum simili, pariq; naturam in tanta diuturnitate seruari, eoq; magis, quod intelligi debet, calidum illud, atque igneum ita in omni fuisum esse natura, ut in eo insit procreandi uis, & causa gignendi: à quo & animantia omnia, & ea, quorum stirpes terra continentur, & nasci sit necesse, & augescere. natura est igitur, quæ cōtineat mundum omnem, eumq; tueatur, & ea quidem non sine sensu, atque ratione: omnem enim naturam necesse est, quæ non solitaria sit, neque simplex, sed cum alio coniuncta, atque connexa, habere aliquem in se principatum, ut in homine mentem, in belua quiddam simile mentis, unde oriatur rerum appetitus. in arborum autem, & earum rerum, quæ gignuntur è terra, radicibus inesse principatus putatur. principatum autem id dico, quod Græci ἡγεμονίαν uocant: quo nihil in quoque genere nec potest, nec debet esse præstantius. itaque necesse est, illud etiam, in quo sit totius naturæ principatus, esse omnium optimum, omniumq; rerum potestate dominatuq; dignissimum. uidemus autem in partibus mundi (nihil enim in omni mundo, quod nō pars uniuersi sit) inesse sensum & rationem, in ea parte igitur, in qua mundi est principatus, hæc inesse necesse est, et acriora quidem,



atque maiora. quocirca sapientem esse mundū ne-
cessē est, naturamq; eam, quæ res omnes cōplexa teneat,
fectione rationis excellere, eoq; deum esse mundum,
nemq; uim mundi diuina natura contineri. atque
mundi feruor ille purior, perlucidior, mobiliorq; mul-
tib; easq; causas aptior ad sensus commouēdos, quā
noster calor, quo hæc, quæ nota nobis sunt, retinen-
t, & uigent. absurdum est igitur dicere, cum homi-
nibus, bestiæq; hoc calore teneantur, et propterea mouean-
t, & sentiant, mundum esse sine sensu, qui integro,
puro, & libero, eodemq; acerrimo, & mobilissimo
ardore teneatur, præsertim cum is ardor, qui est mundi,
agitatus ab alio, neque externo pulsu, sed per se ip-
sac sua sponte moueatur. nam quid potest esse mundo
sensitius, quod pellat, atque moueat calorem eum, quo
reteneatur? audiamus enim platonem, quasi quēdam
eum philosophorum: cui duos placet esse motus, unum
internum, alterum externum; esse autem diuinius, quod ip-
sū ex se sua sponte moueatur, quā quod pulsu agite-
tur a alieno. hunc autem motum in solis animis esse po-
tē, ab hisq; principium motus esse ductum putat. qua-
propter quoniam ex mundi ardore motus omnis oritur,
autem ardor non alieno impulsu, sed sua sponte moue-
atur: animus sit necesse est. ex quo efficitur, animantem
esse mundum. atque ex hoc quoque intelligi poterit, in-
uēnisse intelligentiam, quod certe est mundus melior,
quā ulla natura. ut enim nulla pars corporis nostri
est, quæ nō sit minor, quā nosmet ipsi sumus: sic mun-
dum uniuersum pluris esse necesse est, quā partem ali-
quam uniuersi. quod si ita est, sapiens sit mundus ne-
cessē

DE NATURA DEORVM

cesse est: nam ni ita esset, hominem, qui est mundi pars
 quoniam rationis est particeps, pluris esse, quàm mun-
 dum omnem, oporteret. atque etiam, si à primis incoh-
 tisq; naturis ad ultimas perfectasq; uolumus procede-
 re, ad deorum naturam perueniamus necesse est. primo
 enim animaduertimus à natura sustineri ea, quæ gi-
 gnuntur è terra, quibus natura nihil tribuit amplius,
 quàm ut ea alendo, atque augendo tueretur. bestiis au-
 tem sensum & motum dedit, & cum quodam appetitu
 accessum ad res salutare, à pestiferis recessum: homini
 hoc amplius, quòd addidit rationē, qua regerentur ani-
 mi appetitus, qui tum remitterentur, tum contineren-
 tur. quartus autem gradus, et altissimus, eorum, qui na-
 tura boni, sapientesq; gignuntur: quibus à principio
 innascitur ratio recta, constansq;, quæ supra hominem
 putanda est, deoq; tribuenda, id est mundo: in quo ne-
 cesse est perfectam illam, atque absolutam inesse ratio-
 nem. neque enim dici potest, in ulla rerum institutione
 non esse aliquid extremum, atque perfectum. ut enim
 in uite, ut in pecude, nisi quæ uis obstitit, uidemus natu-
 ram suo quodam itinere ad ultimum peruenire; atque
 ut pictura, et fabrica, ceteraq; artes habent quendam
 absoluti operis effectum: sic in omni natura, ac multa
 etiam magis, necesse est absolui aliquid ac perfici. cete-
 rim ceteris naturis multa externa, quo minus perficiantur,
 possunt obsistere: uniuersam autem naturam nulla
 res potest impedire: propterea quòd omnes naturas ipse
 sa cohibet, et continet. quo circa necesse est esse illū qua-
 tum, & altissimum gradum, quò nulla uis possit accede-
 re. is autem gradus est, in quo rerum omnium natura
 ponitur:

ponitur:



utur: quæ quoniam talis est, ut præsit omnibus, & nulla res possit impedire, necesse est intelligentem mundum, & quidem etiam sapientem. quid autem inscitius, quam aut eam naturam, quæ omnes res sit complexa, non optimam dici; aut, cum sit optima, non animantem esse, deinde rationis, & consilij. apotem, postremo sapientem? qui enim aliter potest optima? neque enim, si stirpium similis sit, aut etiam arborum, optima putanda sit potius, quam deterrima: uero, si rationis particeps sit, nec sit tamen à principio sapiens, non sit deterior mundi potius, quam humana conditio: homo enim sapiens fieri potest: mundus autem, si in æterno præteriti temporis spatio fuit insipiens, nunquam profecto sapientiam consequetur: ita erit hoc deterior. quod quoniam absurdum est, & sapiens à principio mundus, & deus habendus est. neque enim quidquam aliud præter mundum, cui nihil absit, illique undique aptum, atque perfectum, expletumque omnibus suis numeris, et partibus. scite enim Chrysostomus, ut clypei causa inuolucrum, uaginam autem gladius, sic præter mundum cetera omnia aliorum causa est: generata, ut eas fruges, atque fructus, quos terra gignit, animantium causa, animantes autem hominum, equum uehendi causa, arandi bouem, uenandi, et currendi canem. ipse autem homo ortus est ad mundum exemplandum, & imitandum, nullo modo perfectus, sed quadam particula perfecti. sed mundus, quoniam omnia complexus est, nec est quidquam quod non in eo, perfectus undique est. quid igitur potest esse, quod est optimum? nihil autem est mente & ratione.

DE NATURA DEORVM

tione melius: ergo hæc mundo deesse non possunt. bene
 igitur idem Chrysippus, qui similitudines adiungens,
 omnia in perfectis, & maturis docet esse meliora; ut in
 equo, quàm in equulo; in cane, quàm in catulo, in ui-
 ro, quàm in puero: iam quod in omni mundo optimum
 sit, id in perfecto aliquo, atque absoluto esse debere. est
 autem nihil mundo perfectius, nihil uirtute melius: igitur
 mundi est propria uirtus. nec uero hominis natura
 perfecta est: & efficitur tamen in homine uirtus. quæ
 to igitur in mundo facilius? est ergo in eo uirtus: sapi-
 piens igitur est, et propterea deus. atque hac mundi di-
 uinitate perspecta, tribuenda est sideribus eadem diui-
 nitas: quæ ex mobilissima, purissimaq; ætheris parti-
 gignuntur, neque ulla præterea sunt admista natura,
 totaq; sunt calida, atque perlucida, ut ea quoque rectissi-
 sime & animantia esse, & sentire, atque intelligere di-
 cantur. atque ea quidem tota esse ignea, duorum sensuum
 testimonio confirmari Cleanthes putat, tactus, & oculorum.
 nam solis candor illustrior, quàm ullus ignis;
 quippe qui immenso mundo tam lōge, lateq; colluceat:
 & is eius tactus est, non ut tepesciat solum, sed etiam
 sæpe comburat. quorum neutrum faceret, nisi esset
 igneus. ergo, inquit, cum sol igneus sit, oceaniq; alacris
 humoribus, quia nullus ignis sine pastu aliquo possit
 permanere: necesse est, aut ei similis sit igni, quem adhi-
 bemus ad usum, atque ad uictum; aut ei, qui corpori-
 bus animantium continetur. atque hic noster ignis, qui
 usus uitæ requirit, confector est, et cōsumptor omnium,
 idemq;, quocunque inuasit, cuncta disturbat, ac dissi-
 pat. contra ille corporeus, uitalis, & salutaris omnia
 conser-

ſeruat, alit, auget, ſuſtinet, ſenſuq; afficit. negat er-
eſſe dubium, horum ignium ſol utri ſimilis ſit, cum is
quoque efficiat, ut omnia floreant, & in ſuo quæque ge-
re pubeſcant. quare cum ſolis ignis ſimilis eorum
ignium ſit, qui ſunt in corporibus animantium: ſolem
quoque animantem eſſe oportet, & quidem reliqua
astra, quæ oriantur in ardore cœleſti, qui æther, uel cœ-
lum nominatur. cum igitur aliorum animantium ortus
in terra ſit, aliorum in aqua, in aere aliorum: abſurdum
ſe Ariſtotele uidetur, in ea parte, quæ ſit ad gignenda
animalia aptiſſima, animal gigni nullum putare. Side-
ra autem æthereum locum obtinent: qui quoniam te-
nuiſſimus eſt, & ſemper agitatur, & uiget; neceſſe eſt,
quod animal in eo gignatur, idem & ſenſu acerrimo,
& mobilitate celerrima eſſe. quare cum in æthere aſtra
ſignantur, conſentaneum eſt, in iſis ſenſum ineſſe, &
intelligentiam. ex quo efficitur, in decorum numero aſtra
ſſe ducenda. etenim licet uidere acutiora ingenia, &
ad intelligendum aptiora eorum, qui terras incolant
as, in quibus aer ſit purus, ac tenuis, quàm illorum,
qui utantur craſſo cœlo, atque concreto. quin etiam;
libo quo utare, intereſſe aliquid ad mentis aciem pu-
ant. probabile eſt igitur, præſtantem intelligentiam in
sideribus eſſe, quæ & ætheream mundi partem inco-
lant, et marinis, terrenisq; humoribus longo interuallo
extenuatis alantur. ſenſum autem aſtrorum, atque in-
telligentiam maxime declarat ordo eorum, atque con-
ſtantia: nihil eſt enim, quod ratione, & numero moue-
ri poſſit ſine conſilio: in quo nihil eſt temerarium, ni-
hil uarium, nihil fortuitum. ordo autem ſiderum, et in

DE NATURA DEORVM

omni æternitate constantia, neque naturam significat, est enim plena rationis; neque fortunam, quæ amica uarietati constantiam respuit. sequitur ergo, ut ipsa sua fonte, suo sensu, ac diuinitate moueantur. Nec uero Aristoteles non laudandus in eo, quòd omnia, quæ mouentur, aut natura moueri censuit, aut ui, aut uoluntate: moueri autem solem, & lunam, & sidera omnia: quæ autem natura mouerentur, hæc aut pondere deorsum, aut leuitate in sublime ferri: quorum neutrum astris contingeret, propterea quòd eorum motus in orbem circumferretur. nec uero dici potest, ui quadam maiore fieri, ut contra naturam astra moueantur: quæ enim potest maior esse? restat igitur, ut motus astrorum sit uoluntarius. quæ qui uideat, non indocte solum, uerum etiam impie faciat, si deos esse neget. nec sane multum interest, utrum id neget, an eos omni procuratione, atque actione priuet: mihi enim, qui nihil agit, esse omnino non uidetur. esse igitur deos ita perspicuum est, ut, id qui neget, uix eum sanæ mentis existimem. Restat, ut, qualis eorum natura sit, consideremus: in quo nihil est difficilius, quàm à consuetudine oculorum aciem mentis abducere. ea difficultas induxit. & uulgo imperitos, & similes philosophos imperitorum, ut, nisi figuris hominum constitutis, nihil possent de dijs immortalibus cogitare. cuius opinionis leuitas confutata à Cotta, non desiderat orationem meam. sed cum talē esse deum certa notione animi præsentiamus, primum ut sit animans, deinde ut in omni natura nihil eo sit præstantius: ad hanc præensionem, noticnemq; nostram, nihil uideo, quod potius accommodem, quàm

ut



crimū hunc ipsum mundum, quo nihil fieri excel-
sius potest, animantem esse, & deum iudicem. hic
non uolet Epicurus iocetur, homo non aptissimus ad
iudicandum, minimeq; respiciens patriam; & dicat se
non posse intelligere, qualis sit uolubilis, & rotundus
sit: tamen ex hoc, quod ipse etiam probat, nunquam
remouebit. placet enim illi esse deos, quia necesse sit
existantem aliquam esse naturam, qua nihil sit melius,
quando autem certe nihil est melius. nec dubium, quin,
ad animans sit, habeatq; sensum, & rationem, &
mentem, id sit melius, quam id, quod his careat. ita ef-
ficetur, animantem, sensus, mentis, rationis mundum
esse compotem. qua ratione, deum esse mundum, con-
ciliatur. Sed hæc paulo post facilius cognoscentur ex
rebus ipsis, quas mundus efficit. interea, vellei, noli
pro te præ te ferre uos plane expertes esse doctrinæ. co-
muni tibi ais, & cylindrum, & pyramidem pulchrio-
rem, quam sphaeram, uideri. nouum etiam oculorum
iudicium habetis. sed sint ista pulchriora, duntaxat aspe-
ctu: quod mihi tamen ipsum non uidetur: quid enim
pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras cõple-
re continet, quæq; nihil asperitatis habere, nihil offen-
dis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus,
nihil eminens, nihil lacunosum? cumq; duæ formæ
constantes sint, ex solidis globus, (sic enim σφαῖρα
interpretari placet) ex planis autem circulus, aut or-
bis, qui κύκλος græce dicitur: his duabus formis con-
stitit solis, ut omnes earum partes sint inter se simili-
tudinæ, à medioq; tantum absit extremum, quantum idem
est immo: quo nihil fieri potest aptius. sed si hæc non
uidetis,

DE NATURA DEORVM

videtis, quia nunquam eruditum illum puluerem attigistis: an ne hoc physici quidem intelligere potuistis, hanc æqualitatem motus, constantiamq; ordinum in ista figura non potuisse seruari? itaque nihil potest esse indoctius, quàm quod à uobis affirmari solet. nec enim hunc ipsum mundum pro certo rotundum esse dicitis: nam posse fieri, ut sit alia figura: innumerabilesq; mundos, alios aliarum esse formarum. quæ, si, bis bina quod essent, didicisset Epicurus, certe non diceret. sed dum palato, quid sit optimum, iudicat, cæli palatum (ut ait Ennius) non suspexit. nam cum duo sint genera siderum, quorum alterum spatijs immutabilibus ab ortu ad occasum commeans, nullum unquam cursus sui uestigium inflectat; alterum autem continuas conuersiones duarum ipsdem spatijs cursibusq; conficiat: ex utraque re et mundi uolubilitas, quæ nisi in globosa forma esse non posset, & stellarum rotundi ambitus cognoscuntur; primusq; sol, qui astrorum obtinet principatûm, ita mouetur, ut cum terras larga luce compleuerit, easdem modo his, modo illis partibus opacet: ipsa enim umbra terræ soli officiens, noctem efficit: nocturnorum autem spatiorum eadem est æquabilitas, quæ diurnorum. eiusdemq; solis tum accessus modici, tum recessus, & frigoris, & caloris modum temperant: circuitus enim solis orbium v defectibus & LX & CCC, quarta fere diei parte addita, conuersionem conficiunt annuam: inflectens autem sol cursum tum ad septentriones, tum ad meridiem, æstates, & hiemes efficit, & ea duo tempora, quorum alterum hiemi senescenti adiunctum est, alterum æstati. ita ex quatuor tēporum mutationibus,

omnium,

713



inium, quæ terra, mariq; gignuntur, initia, causæq;
 cuntur. iam solis annuos cursus spatijs mensuris lu-
 a consequitur: cuius tenuissimum lumen facit proxi-
 us accessus ad solem, digressus autem longissimus quis-
 pe plenissimū. neque solum eius species ac forma mu-
 tur tum crescendo, tum defectibus in initia recurren-
 , sed etiam regio, quæ tum est aquilonalis, tum au-
 talis. in lunæ quoque cursu est & brumæ quædam, et
 lstitij similitudo: multaq; ab ea manant, & fluunt,
 uibus & animantes alantur, augecantq; ; & pube-
 ant, maturitatemq; assequantur, quæ oriuntur è ter-
 a. maxime uero admirabiles sunt motus earum quin-
 ue stellarum, quæ falso uocantur errantes: nihil enim
 rat, quod in omni æternitate conseruat progressus,
 r regressus, reliquosq; motus cōstantes, et ratos. quod
 est admirabilius in his stellis, quas dicimus, quia tum
 occultantur, tum rursus aperiuntur; tum abeunt, tum
 ccedunt, tum accedunt, tum subsequuntur; tum cele-
 ius mouentur, tum tardius; tum omnino ne mouentur
 uidem, sed ad quoddam tempus insistant. quarum ex
 lissparibus motionibus magnum annum mathematici
 nominauerunt: qui tum efficitur, cum solis, & lunæ,
 & quinque errantium ad eandem inter se comparatio-
 nem confectis omnium spatijs est facta conuersio. quæ
 quam longa sit, magna quæstio est: esse uero certam, et
 definitam, necesse est. nam ea quæ Saturni stella dici-
 tur, φαιώνq; à Græcis nominatur, quæ à terra abest
 plurimum, XXX fere annis cursum suum confi-
 git. in quo cursu multa mirabiliter efficiens tum ante-
 cedendo, tum retardando, tum uestertinis temporibus
 declite-



DE NATURA DEORVM

delitescendo, tum matutinis rursum se aperiendo, nihil immutat sempiternis sæculorum ætatibus, quin eadem iisdem temporibus efficiat. infra autem hanc propius à terra Iouis stella fertur, quæ $\phi\alpha\epsilon\iota\omega\nu$ dicitur; eaq; eundem XII. signorum orbem annis XII. conficit; eademq; quas Saturni stella, efficit in cursu uarietates. huic autem proximum inferiorem orbem tenet $\pi\upsilon\rho\acute{o}\epsilon\iota\varsigma$, quæ stella Martis appellatur; eaq; IIII. & XX. mensibus, VI, ut opinor, diebus minus eundem lustrat orbem, quem duæ superiores. infra hanc autem stella Mercurij est: ea $\sigma\iota\lambda\epsilon\omega\nu$ appellatur à Græcis: quæ anno fere uertente signiferum lustrat orbem, neque à sole longius unquam unius signi intervallo discedit, tum anteuertens, tum subsequens. infima est quinque errantium, terræq; proxima stella Veneris: quæ $\phi\acute{\omega}\phi\omicron\varsigma$ græce, Lucifer latine dicitur, cum antegreditur solem; cum subsequitur autem, Hesperos. ea cursum anno conficit, & latitudinem lustrans signifer orbis, & longitudinem: quod idem faciunt stellæ superiores: neque unquam ab sole duorum signorum intervallo longius discedit, tum antecedens, tum subsequens. hanc igitur in stellis constantiam, hanc tantam tam uarijs cursibus in omni æternitate conuenientiam temporum non possum intelligere sine mente, ratione, consilio. quæ cū in sideribus inesse uideamus, non possumus ea ipsa non in deorum numero reponere. nec uero eæ stellæ, quæ inerrantes uocantur, non significant eandem mentem, atque prudentiam; quarum est quotidiana, conueniens, constansq; conuersio: nec habent æthereos cursus, neque cælo inhærentes, ut plerique dicunt physicae ratio-

nis



ignari: non est enim ætheris ea natura, ut ui sua stel-
la complexa contorqueat: nam tenuis, ac perlucens, et
quabili calore suffusus æther, non satis aptus ad stel-
la continendas uidetur. habent igitur suam sphaeram
illæ incerrantes ab ætherea coniunctione secretam, et
obscuram. earum autem perennes cursus, atque perpetui,
et admirabili, incredibiliq; constantia, declarant in-
tellectum suum, et mentem esse diuinam: ut, hæc ipsa qui non
sentiat decorum suum habere, is nihil omnino sensurus esse
uideatur. nulla igitur in cælo nec fortuna, nec temeri-
tas, nec erratio, nec uanitas inest: contraq; omnis ordo,
veritas, ratio, constantia. quæq; his uacant, ea menti-
tis, et falsa, plenaq; erroris eunt circum terras, in fralu-
m: quæ omnium ultima est, in terrisq; uersatur. cæ-
lestem ergo admirabilem ordinem, incredibilemq; con-
stantiam, ex qua conseruatio, et salus omnium omnis
consistit, qui uacare mente putat, is ipse mentis expers ha-
bendus est. haud ergo, ut opinor, errauero, si à princi-
pio inuestigandæ ueritatis huius disputationis princi-
pium duxero. Zeno igitur ita naturam diffinit, ut eam di-
cat ignem esse artificiosum ad gignendum progredien-
tem uia: censet enim artis maxime proprium esse, crea-
re, et gignere; quodq; in operibus nostrarum artium
manus efficiat, id multo artificiosius naturam efficere, id
est, ut dixi, ignem artificiosum, magistrum artium reli-
quarum. atque hac quidem ratione omnis natura artifi-
ciosa est, quod habet quasi uiam quandam, et sectam,
quam sequatur. ipsius uero mundi, qui omnia comple-
ctitur suo coercet, et continet, natura non artificiosa so-
let, sed plane artifex, ab eodem Zenone dicitur consul-
trix,



DE NATURA DEORVM

trix, & prouida utilitatum, opportunitatumq; omnium. atque ut ceteræ naturæ suis seminibus quæque gignuntur, augescunt, continentur. sic natura mundi omnes motus habet uoluntarios; conatusq;, et appetitiones, quas ὁρμῆς Græci uocant, & his consentaneas actiones sic adhibet, ut nosmet ipsi, qui animis mouemur, & sensibus. talis igitur mens mundi cum sit, ob eamq; causam prouidentia appellari recte possit (græce enim πρὸνοια dicitur) hæc potissimum prouidet, et in his maxime est occupata, primum ut mundus quamaptissimus sit ad permanendum, deinde ut nulla re egeat, maxime autem ut in eo eximia pulchritudo sit, atque omnis ornatus. Dictum est de uniuerso mundo: dictum est etiam de sideribus: ut iam propemodum appareat multitudo nec cessantium decrum, nec ea, quæ agant, molientium cum labore operoso, ac molesto. non enim uenis, & neruis, & cossibus continentur, nec ijs escis aut portionibus uestiuntur, ut aut nimis acres, aut nimis concretos humores colligant: nec ijs corporibus sunt, ut aut casus, aut ictus extimescant, aut morbos metuant ex defatigatione membrorum. quæ uerens Epicurus, monogrammos deos, & nihil agentes commentus est. illi autem pulcherrima forma præditi, purissimaq; in regione cæli collocati, ita feruntur, moderanturq; cursus, ut ad omnia conseruanda, & tuenda conseruisse uideantur. multæ autem aliæ naturæ deorum ex magnis beneficijs eorum non sine causa & à Græciæ sapientibus, & à maioribus nostris constitutæ, nominatæq; sunt: quidquid enim magnam utilitatem generi afferret humano, id non sine diuina bonitate erga homines fieri arbitrabantur.



ababantur. itaque tum illud, quod erat à deo natum,
omne ipsius dei nuncupabant: ut cum fruges Cere-
æ appellamus, uinum autem Liberum: ex quo illud
uentum,

de Cerere, & Libero friget Venus.

At autem res ipsa, in qua uis inest maior aliqua, sic
pellatur, ut ea ipsa nominetur deus, ut Fides, ut
Iustitia, quas in Capitolio dedicatas uidemus proxime à
M. Aemilio Scauro: ante autem ab Atilio Calatino erat
Iustitia consecrata. uides Virtutis templum, uides Hono-
ri à M. Marcello renouatum: quod multis ante annis
et bello Ligustico à Q. Maximo dedicatum. quid
Iustitiae? quid salutis? quid Concordiae? Libertatis? Vi-
ctoriae? quarum omnium rerum quia uis erat tanta, ut
et deo regi non posset, ipsa res decorum nomen obtinuit.
Quae ex genere Cupidinis, & Voluptatis, et Lubentinae
meritis uocabula consecrata sunt, uitiosarum rerum,
etque naturalium: quanquam Velleius aliter existimat:
tamen ea ipsa uitia naturam uehementius saepe pul-
sat. utilitatum igitur magnitudine constituti sunt ij
qui utilitates quasque gignebant. atque his quidem
minibus, quae paulo ante dicta sunt, quae uis sit in
eoque declaratur deo. suscepit autem uita hominum,
consuetudoque communis, ut beneficij excellentes ui-
ti in caelum fama, ac uoluntate tollerent. hinc Hercu-
les, hinc Castor, & Pollux, hinc Aesculapius, hinc Li-
ber etiam: hunc dico Liberum semele natum, non cum,
et nostri maiores auguste, sancteque Liberum cum
Cere, & Libera consecrauerunt: quod quale sit, ex
historijs intelligi potest. sed quod ex nobis natos libe-
ros

DE NATURA DEORVM

ros appellamus, iccirco Cerere nati nominati sunt Libera
 & Libera: quod in Libero seruant, in Libera non item.
 hinc etiam Romulus, quem quidem eundem esse Quirinum
 putant. quorum cum remanerent animi, atque
 æternitate fruerentur, dii rite sunt habiti, cum & opti-
 mi essent, & æterni. alia quoque ex ratione, & qui-
 dem physica, magna fluxit multitudo deorum: qui in-
 duti specie humana fabulas poetis suppeditauerunt, ho-
 minum autem uitam superstitione omni refererunt.
 atque hic locus à Zenone tractatus, post à Cleanthe, &
 Chrysippo pluribus uerbis explicatus est. nam uetus
 hæc opinio Græciam oppleuit, exectum Celum à filio
 Saturno, uinctum autem Saturnum ipsum à filio Iou-
 ue. physica ratio non inelegans inclusa est in impijs
 fabulas: cœlestem enim altissimam, æthereamq; natu-
 ram, id est igneam, quæ per sese omnia gigneret, uas-
 care uoluerunt ea parte corporis, quæ coniunctione al-
 terius egeret ad procreandum. Saturnum autem eum
 esse uoluerunt, qui cursum, & conuentionem spatiorum,
 ac temporum contineret: qui deus græce id ipsum
 nomen habet: κρόνος enim dicitur: qui est idem
 χρόνος. Saturnus autem est appellatus, quod sature-
 tur annis: ex se enim natos comesse fingitur solutus,
 quia consumit ætas temporum spatia, annisq; præte-
 ritis insaturabiliter expletur. uinctus est autem à Iou-
 ue, ne immoderatos cursus haberet, atque ut eum sice-
 rum uinculis alligaret. sed ipse Iupiter, quem, conuersis
 casibus, appellamus à iuuando Iouem, à poetis pater di-
 uumq; hominumq; dicitur, à maioribus autem nostris
 optimus, maximus, & quidem ante optimus, id est be-
 neficentissimus,



centissimo, quàm maximus; quia maius est, cer-
gratius prodesse omnibus, quàm opes magnas ha-
hunc igitur Ennius, ut supra dixi, nuncupat ita
ns.

hic hoc sublime candens, quē innuocant omnes Iouē.
huiusq; alio loco idem,

, quod in me est, execrabor hoc, quo lucet quidquid
hūc etiam augures nostri cum dicunt, Ioue fulgēt,
ante: dicunt enim cælo fulgente, tonante. Euripi-
autem, ut multa præclare, sic hoc breuiter,
res sublime fūsum, immoderatum æthera:

tenero terram circumuectu amplectitur:

ac summum habeto diuum: hunc perhibeto Iouem.
autem, ut Stoici disputant, interiectus inter mare
cælum Iunonis nomine consecratur: quæ est soror,
coniux Iouis, quod & similitudo est ætheris, &
eo summa coniunctio. efformarunt autem eum,
oniq; tribuerunt, quod nihil est eo mollius. sed
onem à iuuando credo nominatam. Aqua resta-
& terra, ut essent ex fabulis tria regna diui-
datum est igitur Neptuno alterum Iouis, ut uolunt,
vi maritimum omne regnum: nomenq; produ-
n, ut Portunus à portu, sic Neptunus à nando,
lum primis literis immutatis. Terrena autem, uis o-
is, atque natura Diti patri dedicata est: qui Dis,
apud Græcos πλούτων, quia & recidant omnia in
as, & oriantur è terris. is rapuit Proserpinam,
d Græcorum nomen est: ea enim est, quæ πέρτερό-
ræce nominatur, quam frugum semen esse uolunt,
conditamq; quæri à matre fingunt. mater autem



DE NATURA DEORVM

est à gerendis frugibus Ceres, tanquam gerēs: casus
prima litera itidem immutata, ut à Græcis: nam ab illis
quoque Δημήτηρ, quasi Ζημήτηρ nominata est. iam
qui magna uerteret Maiores, Minerva autem quæ uer-
minueret, uel minaretur. cumq; in omnibus rebus uim
haberent maximā prima, & extrema, principem in sa-
crificando Ianum esse uoluerunt: quod ab eundo no-
men est ductum: ex quo transitiones peruiæ, Iani; for-
resq; in liminibus profanarum ædium, iannæ nomen
tur. nam Vestæ nomen à Græcis: ea est enim quæ ab illa
Ἑστία dicitur. uis autem eius ad aras, & focos pertinet.
itaque in ea dea, quæ est rerum custos intimarum, om-
nis & precatio, & sacrificatio extrema est. nec longe
absunt ab hac uis dii penates, siue à penu ducto no-
mine (est enim omne, quo uescuntur homines, penus)
siue ab eo, quod penitus insident, ex quo etiam pene-
trales à poetis uocantur. Iam Apollinis nomen est græ-
cum: quæ solem esse uolunt: Dianam autem, & Lunam
eandem esse putant: cum sol dictus sit, uel quia sol
ex omnibus sideribus est tantus, uel quia, cum est exor-
tus, obscuratis omnibus solus apparet; Luna à lucendo
nominata sit: eadem est enim Lucina: itaque ut apud
Græcos Dianam, eamq; Luciferam, sic apud nostros Ia-
nonem, Lucinam in pariendo inuocant: quæ eadem Di-
na omniuaga dicitur, non à uenando, sed quod in so-
ptem numeratur tanquam uagantibus. Diana dicta,
quia noctu quasi diem efficeret. adhibetur autē ad par-
tus, quod uero maturescunt aut septem non nunquam, au-
plerunque nouem lunæ cursibus: qui quia mensa spū
conficiunt, menses nominantur. concinneq; ut multa

Timæus:



maeus: qui cum in historia dixisset, qua nocte natus
alexander esset, eadem Dianæ Ephesiæ templum defla-
uuisse; adiunxit, minime id esse mirandum, quòd Dia-
a, cum in partu Olympiadis adesse uoluisset, abfuisset
mo. Quæ autem dea ad res omnes ueniret, Venerem
ltri nominauerunt: atque ex ea potius uenustas, quã
nus ex uenustate. Videtis ne igitur, ut à physicis re-
s bene, atque utiliter inuentis tracta ratio sit ad com-
nticios, & fictos deos? quæ res genuit falsas opinio-
, erroresq; turbulentos, & superstitiones penè ani-
et formæ enim nobis deorum, & ætates, & uesti-
, ornatusq; noti sunt: genera præterea, coniugia, co-
ationes, omniaq; traducta ad similitudinem imbecil-
tis humanæ: nam & perturbatis animis inducuntur:
pimus enim deorum cupiditates, ægritudines, ira-
dias: nec uero, ut fabulæ ferunt, bellis, prælijsq; ca-
runt; nec solum; ut apud Homerum, cum duos exer-
s contrarios alij dij ex alia parte defenderent; sed
m, ut cum Titanis, ut cum gigantibus, sua propria
a gesserunt. hæc & dicuntur, & creduntur stultif-
, & plena sunt futilitatis, summæq; leuitatis.
tamen his fabulis spretis, ac repudiatis, deus per-
ns per naturam cuiusque rei, per terras Ceres,
maria Neptunus, alij per alia, poterunt intelligi
qualesq; sunt, quoq; eos nomine consuetudo nun-
auerit, quos deos & uenerari, & colere debemus.
us autem deorum est optimus, idemq; castissimus,
ue sanctissimus, plenissimusq; pietatis, ut eos semper
s, integra, incorrupta & mente & uoce uenerem-
s: non enim philosophi solum, uerum etiam maio-



DE NATURA DEORVM

res nostri superstitionem à religione separauerunt. nam qui totos dies precabantur, et immolabant, ut sibi sui liberi superstitēs essent, superstitiēs sunt appellati. quod nomen postea Latius patuit. qui autem omnia, quae ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent, & tanquam relegerent, sunt dicti religiosi ex relegendō, ut elegantes ex eligendo, tanquam à diligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes: his enim in uerbis omnibus inest uis legendi eadem, quae in religio-
so. ita factum est in superstitioso, & religioso, alterum uisij nomen, alterum laudis. Ac mihi uideor satis, & esse deos, & quales essent, ostendisse. Proxi-
mum est, ut doceam, deorum prouidentia mundum administrari. magnus sane locus, & à uestris Cotta uexatus: ac nimirum uobiscum omne certamen est. nam uobis Vellei minus notum est, quemadmodum quidque dicatur. uestra enim solum legitis, uestra am-
tis: ceteras causa incognita cōdemnatis. uelut à te ipso hesterno die dictum est, anum fatidicā πρύτανην à Sto-
cis induci, id est prouidentiam. quod eo errore dixisti, quia existimas ab his prouidentiam fingi, quasi quan-
dam deam singularem, quae mundum omnem guber-
net, & regat. sed id praecise dicitur. ut, si quis dica-
t Atheniensium Remp. cōsilio regi: desit illud, Ariopa-
gi: sic, cum dicimus prouidentia mundum adminis-
trari, deesse arbitrator, deorum: plene autem & perfe-
ctē sic dici existimato, prouidentia deorum mundum
administrari. ita salem istum, quo caret uestra natio,
in irridendis nobis nolite censurare. & mehercle,
me auditis, ne experiamini quidem. non decet: non
datur



tum est : non potestis . nec uero hoc in te unum con-
nit moribus domesticis , ac nostrorum hominum urba-
late limatum ; sed cum in reliquos uestros , tum in eū
proxime , qui ista peperit , hominem sine arte , sine literis ,
sultantem in omnes , sine acumine ullo , sine auctori-
le , sine lepore . dico igitur providentia deorum mun-
m , & omnes mundi partes & initio cōstitutas esse ,
omni tempore administrari : eamq; disputationem
in partes nostri ferè diuidunt : quarum pars pri-
est , quæ ducitur ab ea ratione , quæ docet esse deos :
concesso , cōfitendum est eorū consilio mundum ad-
ministrari . secunda est autē , quæ docet omnes res subie-
s esse naturæ sentienti , ab eaq; omnia pulcherrime
i . quo cōstituto , sequitur ab animantibus principijs
n esse generatam . tertius locus est , qui ducitur ex ad-
ratione rerum cælestium , atque terrestriū . Primū igi-
aut negandum est deos esse , quod & Democritus si-
lactra , & Epicurus imagines inducens quodā pacto
tat : aut , qui deos esse cōcedant , ijs fatendum est , eos
uid agere , idq; præclarum . nihil est autem præcla-
mundi administratione : deorū igitur cōsilio admi-
ratur mundus . quod si aliter est , aliquid profecto
necesse est melius , & maiore ui præditū , quàm deos ;
ile id cunque est , siue inanima natura , siue necessi-
ui magna incitata , hæc pulcherrima opera efficiēs ,
uidemus . nō est igitur natura deorū præpotēs , ne-
excellēs , siquidem ea subiecta est ei uel necessitati ;
naturæ , qua cælū , maria , terræq; regūtur . nihil au-
st præstātius deo : ab eo igitur necesse est mūdum re-
nulli igitur est naturæ obediens , aut subiectus deus .



omnem ergo regit ipse naturam . etenim si concedimus
intelligentes esse deos, cōcedimus etiam providentes, &
rerum quidem maximarum . ergo utrum ignorant, quæ
res maximæ sint, quoq; hæ modo tractandæ, & tuen-
dæ, an vim non habent, quæ tantas res sustineant, &
gerant? at & ignoratio rerum aliena naturæ deorum
est, & suslinendi muneris propter imbecillitatem dif-
ficultas minime cadit in maiestatem deorum . ex quo
efficitur id, quod uolumus, deorum providentia mun-
dum administrari . atqui necesse est, cum sint dī, si-
modo sint, ut profecto sunt, animantes esse, nec so-
lum animantes, sed etiam rationis compotes, inter seq;
quasi civili conciliatione & societate coniunctos, unum
mundum, ut communem remp. atque urbem aliquam
regentes . sequitur, ut eadem sit in his, quæ in genere
humano, ratio, eadem ueritas utrobique sit, eademq;
lex: quæ est recti præceptio, prauiq; depulsio . ex quo
intelligitur, prudentiam quoque, & mentem à dijs ad
homines peruenisse: ob eamq; causam maiorum institu-
tis mens, fides, uirtus, concordia, consecratæ, & pu-
blice dedicatæ sunt . quæ qui conuenit penes deos esse
negare, cum eorum augusta, & sancta simulacra ue-
neremur? quod si inest in hominum genere mens, fi-
des, uirtus, concordia: unde hæc in terras, nisi à su-
peris, defluere potuerunt? cumq; sit in nobis consilium,
ratio, prudentia, necesse est deos hæc ipsa habere ma-
iora, nec habere solum, sed etiam his uti in maximis,
& optimis rebus . nihil autem est nec maius, nec melius
mundo: necesse est ergo eum deorum consilio, & provi-
dentia administrari . postremo, cum satis docuerimus hos
esse



deos, quorum insignem uim, & illustrem faciem
aeremus, solem dico, & lunam, & uagas stellas,
inerrantes, & caelum, & mundum ipsum, & ea-
rum rerum uim, quae incessent in omni mundo cum ma-
gis usu, & commoditate generis humani: efficitur,
quia regi diuina mente atque prouidentia. Ac
a prima quidem parte satis dictum est. Sequitur, ut
etiam, omnia subiecta esse naturae, eaque ab ea pulcherri-
mi regi. sed quid sit ipsa natura, explicandum est an-
tebreuiter, quo facilius id, quod docere uolumus, intelli-
gi possit. namque alij naturam censent esse uim quan-
do sine ratione, cientem motus in corporibus necessarios:
et autem uim participem rationis, atque ordinis: tan-
tam uia progredientem, declarantemque, quid cuius-
que rei causa efficiat, quid sequatur, cuius solertiā nul-
lus, nulla manus, nemo opifex consequi possit imitari.
seminis enim uim esse tantam, ut id, quanquam sit
exiguum, tamen, si inciderit in concipientem, com-
prehendentemque naturam, nactumque sit materiam, qua
augeri queat, possit, ita fingat, & efficiat in suo quidque
operire, partim ut tantum modo per stirpes alantur
res, partim ut moueri etiam, & sentire, & appetere
possint, & ex sese similia sui gignere. sunt autem,
omnia naturae nemine appellent, ut Epicurus, qui
diuidit, omnium, quae sint, naturam esse, corpora,
inane, quaeque his accidunt. sed nos cum dicimus na-
tura constare, administrarique mundum, non ita dicimus,
ut plebā, aut fragmentum lapidis, aut aliquid eiusmodi
illa cohaerendi natura, sed ut arborem, ut animal, in
rebus nulla temeritas, sed ordo apparet, & artis quae-
dam



DE NATURA DEORVM

dam similitudo. quòd si ea, quæ à terra stirpibus continetur, arte naturæ uiuunt, & uigent: profecto ipsa terra eadem ui continetur & arte naturæ, quippe quæ grauidata seminibus omnia pariat, & fundat ex sese; stirpes amplexa alat, & augeat, ipsaq; alatur uicissim à superis, externisq; naturis. eiusdemq; expirationibus aer alitur, & æther, & omnia sidera. ita si terra natura tenetur, & uiget, eadem ratio in reliquo mundo est: stirpes enim terræ inhærent: animantes autem expiratione aeris sustentantur: ipseq; aer nobiscum uidet, nobiscum audit, nobiscum sonat: nihil enim eorū sine eo fieri potest. quin etiam mouetur nobiscum: quacunque. n. imus, quacunque mouemur, uidetur quasi locum dare, & cedere. quæq; in medium locum mundi, qui est infimus, & quæ à medio in superum, quæq; conuersione rotunda circum medium feruntur, ea continentem mundi efficiunt, unamq; naturam. et, cum quatuor sint genera corporum, uicissitudine eorum mundi continuata natura est. nam ex terra aqua, ex aqua oritur aer, ex aere æther: deinde retrorsum uicissim ex æthere aer, ex aere aqua, ex aqua terra infima. sic naturis his, ex quibus omnia constant, sursum, deorsum, ultro, citroq; commeantibus, mundi partium coniunctio continetur. quæ aut sempiterna sit necesse est, hoc eodem ornatu, quem uidemus; aut certe per diuturnam permanens ad longinquum, & immensum pene tempus. quorum utrumuis ut sit; sequitur, natura mundum administrari. quæ enim classium nauigatio, aut quæ instructio exercitus, aut rursus (ut ea, quæ natura efficit, conferamus) quæ procreatio uitis, aut arboris,

quæ



¶ porro animatis figura conformatioq; membrorum
tam naturæ solertiam significat, quantam ipse mun-
dus? aut igitur nihil est, quod sentiente natura rega-
tur: aut mundum regi confitendum est. etenim qui
quas naturas omnes, earumq; semina contineat, qui
est ipse non natura administrari? ut si quis dentes,
pubertatem natura dicat existere, ipsum autem ho-
minem, cui ea existant, non constare natura; non intel-
ligit ea, quæ efferant aliquid ex sese, perfectiorem habere
naturam, quam ea, quæ ex ijs efferantur. omnium
nam rerum, quæ natura administrantur, seminator,
creator, & parës, ut ita dicam, atque educator, & al-
ter est mundus: omniaq; sicut mēbra, & partes suas,
regitur, & continet. quòd si mundi partes natura
administrantur, necesse est mundum ipsum natura ad-
ministrari: cuius quidē administratio nihil habet in se,
quod reprehendi possit: ex ijs enim naturis, quæ erant,
effici potuit optimum, effectum est. doceat ergo
quis potuisse melius. sed nemo unquam docebit. &
quis corrigere aliquid uolet, aut deterius faciet, aut
aliquid fieri non potuit, desiderabit. quòd si omnes
mundi partes ita constitutæ sunt, ut neque ad usum
maiores potuerint esse, neque ad speciem pulchriores:
interrogamus, utrum ea fortuita sint, an eo statu, quo co-
ncrevere nullo modo potuerint, nisi sensu moderante, di-
uinaq; providentia. si ergo meliora sunt ea, quæ na-
tura, quam illa, quæ arte perfectæ sunt, nec ars ef-
ficere quidquam sine ratione: ne natura quidem ratio-
is expertus est habēda. qui igitur conuenit, signū, aut ta-
m pictā cum affexeris, scire adhibitam esse artem;
cumq;



DE NATURA DEORVM

quidem nos non quasi græce loquentem audiamus. dicitur
cet idem alio loco,

Graiugena de isto aperit ipsa oratio.

sed ad maiora redeamus. Ex æthere igitur innumera-
biles flammæ siderum existunt: quorū est princeps sol
omnia clarissima luce collustrans, multis partibus ma-
ior atque amplior, quā terra uniuersa: deinde reli-
qua sidera magnitudinibus immensis. atque hi tantū
ignes, tamq; multi nō modo nihil nocent terris, rebusq;
terrestribus, sed ita presunt, ut, si meta loco sint, confla-
grare terras necesse sit à tantis ardoribus, moderatione
& temperatione sublata. hic ego non mirer esse quē-
quam, qui sibi persuadeat corpora quædā solida, atque
indiuia, ui & gravitate ferri, mundumq; effici or-
natissimū, & pulcherrimum ex eorum corporū concen-
sione fortuita? hoc qui existimat fieri potuisse, non in-
telligo cur non idem putet, si innumerabiles unius, &
uiginti formæ literarum uel aureæ, uel quales libet, ab
quo coniungantur, posse ex his in terrā excussis annales
Ennii, ut deinceps legi possint, effici: quod nescio an-
ne in uno quidem uersu possit tantum ualere fortuna:
isti autem quemadmodum asseuerāt ex corpusculis non
colore, non qualitate aliqua, quam ποιότης Græci uo-
cant, non sensu præditis, sed concurrentibus temere,
atque casu mundum esse perfectum? uel innumerabi-
les potius in omni puncto temporis alios nasci, alios in-
terire? quod si mundum efficere potest concursus ato-
morum, cur porticum, cur templum, cur domum,
cur urbem non potest? quæ sunt minus operosa, &
multo quidem facilia. certe ita temere de mundo es-
sunt,



unt, ut mihi quidem nunquam hunc admirabilem
ornatum, qui locus est proximus, suspexisse ui-
ntur. præclare ergo Aristoteles, Si essent, inquit,
sub terra semper habitauissent, bonis, & illustribus
vicilijs, quæ essent ornata signis, atque picturis, in-
lectaq; rebus ijs omnibus, quibus abundat ij, qui bea-
utantur, nec tamen exissent unquam supra terram,
epissent autem fama, & auditione, esse quoddam
men, & uim deorum, deinde aliquo tempore, pa-
ctis terræ faucibus, ex illis at ditis sedibus euadere
hæc loca, quæ nos incolimus, atque exire potuissent;
repente terram, & maria, cælumq; uidissent,
ium magnitudinem, uentorumq; uim cognouis-
; aspexissentq; solem, eiusq; tum magnitudinem,
litudinemq; tum etiam efficiētiam cognouissent,
d is diem efficeret, toto cælo luce diffusa; cum au-
terras nox opacasset, tum cælum totum cernerent
is distinctum, & ornatum, lunæq; luminum uarie-
m tum crescentis, tum senescentis, eorumq; omni-
ortus, & occasus, atque in omni æternitate ratos,
mutabilesq; cursus: hæc cum uiderent, profecto &
ideos, & hæc tanta opera deorum esse arbitrarētur.
que hæc quidem ille. nos autē tenebras cogitemus tā
l, quantæ quondam eruptione Aetnæorum igniū fi-
mas regiones obscurauisse dicuntur, ut per biduum
mo hominem homo agnosceret: cum autem tertio die
luxisset, tum ut reuixisse sibi uiderentur. quod si
idem ex æternis tenebris contingeret, ut subito
em aspiceremus: quanam species cæli uideretur?
assiduitate quotidiana, & consuetudine oculorum
assuescunt



assuescunt animi: neque admirantur, neque requirunt rationes earum rerum, quas semper uidet: perinde quasi nouitas nos magis, quam magnitudo rerum debeat exquirendas causas excitare. quis enim hunc hominem dixerit, qui cum tam certos cœli motus, tam ratos astro- rum ordines, tamq; omnia inter se connexa, et apta- derit, neget in his ullam inesse rationem, eaq; casu fieri dicat, quæ quanto consilio gerantur, nullo consilio assequi possumus? an cum machinatione quadam moueri aliquid uidemus, ut sphaera, ut horas, ut alia permulta, non dubitamus, quin illa opera sint rationis: cum autem impetum cœli admirabili cum celeritate moueri uertiq; uideamus, constantissime conficientem uicissit- dines anniuersarias, cum summa salute, et conserva- tione rerum omnium; dubitamus, quin ea non solu ratione fiat, sed etiam excellenti quadam diuinaq; ratione. licet enim iam, remota subtilitate disputandi, oculis quodam modo contemplari pulchritudinem rerum earum, quod diuina prouidentia dicimus constitutas. ac principio ter- ra uniuersa cernatur, locata in media mundi sede, solida, et globosa, et undique ipsa in sese nutibus suis con- globata, uestita floribus, herbis, arboribus, frugibus. quorum omnium incredibilis multitudo insatiabili uarie- tate distinguitur. adde huc fontium gelidas perennita- tes, liquores perlucidos amnium, riparum uestitus uiri- dissimos, speluncarum concavas altitudines, saxorum asperitates, impendentium montium altitudines, immen- sitatesq; camporum. adde etiam reconditas auri, argen- tiq; uenas, infinitamq; uim marmoris. quæ uero, et quam uaria genera bestiarum, uel cicurum, uel fera- rum?



qui uolucrum lapsus, atque cantus? qui pecudum
us? quæ uita siluestrium? quid iam de hominum ge-
ne dicam? qui quasi cultores terræ constituti, non pa-
utur eam nec immanitate beluarum efferrari, nec stir-
am asperitate uastari, quorumq; operibus agri, insu-
litoraq; collucent, distincta tectis, & urbibus. quæ
et animis, sic oculis uidere possemus, nemo cunctam
uens terrā, de diuina ratione dubitaret. at uero quā-
naris est pulchritudo? quæ species uniuersi? quæ mul-
tudo, & uarietas insularum? quæ amœnitates orarū,
litorū? quot genera, quamq; disparia partim submer-
sum, partim fluitantium, & innatantium beluarum,
atque ad saxa natiuis testis inherētium? ipsum autem
ut sic terram appetēs litoribus cludit, ut una ex dua-
bus naturis cōflata uideatur. exinde mari finitimus aer,
ut & nocte distinguitur: isq; tū fusus & extenuatus
in blime fertur; tum autem concretus in nubes cogi-
tur, humoremq; colligens terram auget imbribus; tum
uens huc & illuc uentos efficit. idem annuas frigo-
res, & calorum facit uarietates: idemq; & uolatus
uū sustinet, & spiritu ductus alit & sustentat animā
Restat ultimus, & à domicilijs nostris altissimus, o-
ra cingens & coercēs cœli cōplexus, qui idem æther
latur, extrema ora, & determinatio mundi; in quo
u admirabilitate maxima igneæ formæ cursus ordi-
nis definiunt. è quibus sol, cuius magnitudine multis
tribus terra superatur, circum eam ipsam uoluitur;
oriens & occidens, diem, noctemq; cōficit; & modo
adens, tum autē recedens, binas in singulis annis re-
giones ab extremo cōtrarias facit: quarum interval-

DE NATURA DEORVM

lo tum quasi tristitia quædam cōtrahit terram, tum uicissim lætificat, ut cum cœlo hilarata uideatur. luna autem, quæ est, ut ostendunt mathematici, maior quàm dimidia pars terræ, iisdem spatijs uagatur, quibus sol: sed tum cōgrediens cum sole, tum digrediens, & eā lucem, quā à sole accepit, mittit in terras, & uarias ipsa mutationes lucis habet: atque etiam tū subiecta, atque opposita soli, radios eius, & lumen obscurat; tum ipsa incidens in umbram terræ, cum est è regione solis, interpositu, interiectuq; terræ repēte deficit: iisdēq; spatijs eas stellæ, quas uagas dicimus, circum terram feruntur, eodēq; modo oriuntur & occidunt. quarum motus tum incitantur, tum retardantur, sæpe etiam insistant, quo spectaculo nihil potest admirabilius esse, nihil pulchrius. Sequitur stellarū inerrantiū maxima multitudo, quarū ita descripta distinctio est, ut ex notarū figurarū similitudine nomina inuenerint. atque hoc loco me intuens, utar, inquit, carminibus Arati, eis, quæ à te admodū adolescentulo cōuersa, ita me delectant, quia Latina sunt, ut multa ex ijs memoria teneam. ergo, ut oculis assidue uidemus sine ulla mutatione, aut uarietate, Cetera labuntur celeri cœlestia motu.

Cum cœloq; simul noctesq; diesq; feruntur.

quorum contemplatione nullius expleri potest animi naturæ constantiam uidere cupientis.

Extremusq; adeo duplici de cardine uertex

Dicitur esse polus. -

hunc circum αὐτὰ τοι δὲ ferūtur, nunquam occidēt

Ex his altera apud Graios Cynosura uocatur,

Altera dicitur esse Helice. -



his quidē clarissimis stellis totis noctibus cernimus.
 has nostri septem soliti uocitare Triones.
 quibusq; stellis similiter distinctis eundem cœli uerticē
 ornat parua Cynosura.
 confidunt duce nocturna Phœnices in alto.
 prior illa magis stellis distincta resulget,
 uel prima confestim à nocte uidetur.
 haec uero parua est: sed nautis usus in hac est:
 in cursu interiore breui conuertitur orbe.
 quo sit earum stellarum admirabilior aspectus,
 sicut inter, ueluti rapido cum gurgite flumen,
 sic Draco serpit subter, supraq; reuoluens
 et conficiensq; sinus ē corpore flexos.
 cum totius est præclara species, tū in primis suspi-
 canda est figura capitis, atque ardor oculorum.
 hic non una modo caput ornans stella relucet,
 cum tempora sunt duplici fulgore notata,
 oculisq; oculis duo feruida lumina flagent.
 hic uno mentum radianti sidere lucet:
 ipsum caput & tereti ceruice reflexum
 utrum in cauda maioris figere dicas.
 reliquum quidem corpus draconis totis noctibus cer-
 nitur.
 hic caput hic paulum sese subitoq; recondit,
 hic ubi atque obitus parte admiscetur in una.
 hic item caput,
 ingens defessa uelut mœrentis imago
 uidetur. — quam quidem Græci
 Protonasin uocitant, genibus quia nixa feratur.
 nulla eximio posita est fulgore corona.

G

atque



DE NATURA DEORVM

atq; hæc quidē à tergo. propter caput autē Anguitenēs.
 Quem claro perhibent oꝝioū xēv nomine Graū.
 Hic pressu duplici palmarum continet Anguem,
 Eius & ipse manet religatus corpore toto:
 Nanque uirum medium serpens sub pectora cingit.
 Ille tamen nitens grauiter uestigia ponit,
 Atque oculos urget pedibus, pectusq; Nepai.
 septentriones autem sequitur
 Arctophylax uulgo qui dicitur esse Bootes:
 Quod quasi temone adiunctam præ se quatit Arctum
 dein quæ sequuntur. huic Booti enim
 - Subter præcordia fixa uidetur
 Stella micans radijs Arcturus nomine claro:
 cui subiecta fertur,
 spicū illustre tenens splendenti corpore Virgo:
 atq; ita demetata signa sunt, ut in tātis descriptionib;
 diuina solertia appareat.
 Et natos Geminos inuises sub caput Arcti.
 Subiectus media est cancer, pedibusq; tenetur
 Magnū Leo tremulam quatiens è corpore flammam.
 Auriga
 Sub læua Geminorum obductus parte feretur.
 Aduersum caput huic Helice truculenta tuetur.
 At Capra læuum humerum claro obtinet. -
 tum quæ sequuntur.
 Verum hæc est magno atque illustri prædita signo.
 Contra Hædi exiguum iaciunt mortalibus ignem.
 cuius sub pedibus
 Corniger est ualido connexus corpore Taurus.
 eius caput stellis conspersum est frequentibus.



Es Græci stellas Hyadas uocitare suerunt:
 clucendo: Vēv enim est pluere. nostri imperite succu-
 ti: quasi à suis essent, nō ab imbris nominatæ. mi-
 nem autem septentrionem Cepheus passis palmis ter-
 ris subsequitur.

Inque ipsum ad tergum Cynosuræ uertitur Arcti.
 hinc antecedit

Obscura specie stellarum Cassiopea.
 hinc autem illustri uersatur corpore propter
 Andromeda, aufugiens aspectum mœsta parentis.
 Sic Equus ille iubam quatiens fulgore micanti-
 mum contingit caput aluo: stellaq; iungens
 sua, tenet duplices communi lumine formas,
 æternum ex astris cupiens connectere nodum.
 in contortis Aries cum cornibus hæret.

semper propter
 sces, quorum alter paulum prælabitur ante,
 magis horriferis aquilonis tangitur alis.
 pedes Andromedæ Perseus describitur.
 nem summa ab regione aquilonis flamina pulsant.
 ius propter læuum genu
 vergilias tenui cum luce uidebis,
 de Fides leuiter posita & connexa uidetur.
 de est ales auis lato sub tegmine cœli.
 piti autem Equi proximat Aquarij dextra, totusq;
 princeps Aquarius.

um gelidum ualido de pectore frigus anhelans,
 corpore semifero magno Capricornus in orbe.
 nem cum perpetuo uestiuit lumine Titan,
 humali flectens contorquet tempore currum.



DE NATURA DEORVM

hinc autem aspicitur,
 Vt sese emergens ostendat Scorpius alte
 Posteriore trahens flexum vi corporis arcum.
 Quem propter nitens pennis conuoluitur ales.
 At propter se Aquila ardenti cum corpore portat.
 deinde Delphinus.
 Exinde Orion obliquo corpore nitens.
 quem subsequens
 Feruidus ille Canis stellarum luce refulget.
 Post Lepus subsequitur,
 Curriculum nunquam defesso corpore sedans.
 At Canis ad caudam serpens prolabitur Argo.
 Hanc Aries tegit, & squamoso corpore Pisces,
 Fluminis illustri tangentem corpore ripas.
 quam longe serpentem & manantem
 —afficies, proceraq; uinclu uidebis,
 Quæ retinent Pisces caudarum à parte locata.
 Inde Nepæ cernes propter fulgentis acumen
 Aram, quam flatu permulcet spiritus austri.
 propter quæ Centaurus
 Cedit Equi partis properans submergere Chelis.
 Hinc dextram porgens, quadrupes quæ uasta tenetur,
 Tendit, & illustrem truculentus cædit ad aram.
 Hic sese infernis è partibus erigit Hydra:
 cuius longe corpus est fusum:
 In medioq; sinu fulgens cratera relucet.
 Extremam nitens plumato corpore Coruus
 Rostrum tundit: & hic Geminis est ille sub ipsis
 Ante Canem, graio Procyon qui nomine fertur.
 hæc omnis descriptio siderum, atque hic tantus cæli orna-
 tus,



ex corporibus huc, et illuc casu, et temere cōcursan-
tibus potuisse effici, cuiquā sano uideri potest? aut ue-
nabilia quæ natura, mentis & rationis ex pers, hæc effi-
ci potuit, quæ non modo ut fierent, ratione eguerūt,
sed intelligi qualia sint, sine summa ratione non pos-
set? nec uero hæc solum admirabilia, sed nihil maius,
nam quod ita stabilis est mundus, atque ita cohæret
permanendum, ut nihil ne excogitari quidem possit
maius: omnes enim partes eius undique medium locum
descentes, nituntur æquabiliter: maxime corpora au-
tem inter se iuncta permanent, cum quodam quasi uin-
culo circumdata colligantur: quod facit ea natura, quæ
per omnem mundum omnia mente, & ratione confi-
das funditur, & ad medium rapit, & conuertit ex-
tremia. quocirca si mundus globosus est, ob eamq; cau-
sam omnes eius partes undique æquales ipsæ per se, at-
que inter se continentur: contingere idem terræ necesse
est, ut omnibus eius partibus in mediū uergentibus (id
em medium infimū in sphaera est) nihil interrūpat,
ut labefactari possit tanta contentio grauitatis, et pon-
derum. eademq; ratione mare, cum supra terram sit,
medium tamen terræ locum expetens, conglobatur un-
de æqualiter, neque redūdat unquā, neque effundi-
tur. huic autē continens aer fertur ille quidem leuitate
limi, sed tamen in omnes partes se ipse fundit: ita-
que & mari cōtinuatus, & iunctus est, & natura fer-
at ad cælū; cuius tenuitate, & calore temperatus, ui-
tam, & salutarem spiritū præbet animantibus. quem
plexa summa pars cœli quæ æther dicitur, et suū re-
tinet ardorem tenuem, & nulla admisione concretū, et

DE NATURA DEORVM

cum aeris extremitate coniungitur. In æthere autem
 astra voluuntur: quæ se & rixu suo conglobata conti-
 nent; & forma ipsa figuraq; sua momenta sustentant
 sunt enim rotunda: quibus formis, ut ante dixisse vi-
 deor, minime noceri potest. sunt autem stellæ natura flæ-
 mee: quocirca terræ, maris, aquarum uaporibus alim-
 tur ipsæ, qui à sole ex agris tepesactis, & ex aquis ex-
 tantur: quibus altæ, renouatæq; stellæ, atque omnis æ-
 ther, refundunt eadem, et rursus trahunt in idem, ni-
 hil ut ferè intereat, aut admodum paululum, quod astru-
 rum ignis, et ætheris flamma consumat. ex quo euentura
 nostri putant id, de quo Panætium adducitare diceba-
 nt ad extremum omnis mundus ignesceret, cum, humo
 consumpto, neque terra ali posset, neque remeiret ac-
 cuius ortus aqua omni exhausta esse non posset: ita
 linqui nihil præter ignem: à quo rursus animante,
 deo renouatio mundi fieret, atque idem creatus orireti-
 nelo in stellarum ratione multis uobis uideri, maxime
 earum, quæ errare dicuntur: quantum tantus est concentus
 ex dissimilibus motibus, ut cum summa Saturni res-
 geret, media Martis incendat, his interiecta Iouis illu-
 stre, & temperet, infraq; Martem duæ soli obedi-
 ipse sol mundum omnem sua luce compleat, ab eoq;
 na illuminata grauiditates, & partus afferat, mar-
 tatesq; gigneret. quæ copulatio rerum, & quasi conse-
 tiens ad mundi incolumitatem coagmentatio natura
 quem non mouet, hanc horum nihil unquam reputau-
 certo scio. Age ut à celestibus rebus ad terrestres ue-
 mus: quid est in his, in quo non naturæ ratio intelligi-
 tis appareat? principio, eorum, quæ gignuntur è ter-
 stris



stres & stabilitatē dant ijs, quæ sustinent, & ex ter-
minum trahunt, quo alantur ea, quæ radicibus con-
feruntur, obducunturq; libro aut cortice trunci, quo
se à frigoribus, & à caloribus tutiores. iam uero uites
per clauiculis adminicula, tanquam manibus, apprehen-
dunt, atque ita se erigunt, ut animantes. quin etiā à cau-
tius, brassicisq; , si prope sati sint, ut à pestiferis, &
periculis refugere dicuntur, nec eos ulla ex parte cō-
tingere. animantium uero quanta uarietas est? quāta ad
rem uis, ut in suo quoque genere permaneāt? qua-
m alia corijs tectæ sunt, alia uillis uestitæ, alia spinis
arsutæ: pluma alias, alias squama uidemus obductas,
alias esse cornibus armatas, alias habere effugia penna-
rum. pastum autem animantibus large & copiose natu-
ræ eū, qui cuique aptus erat, cōparauit. enumerare pos-
sum, ad eum pastum capeffendum, conficiendumq; quæ
in figuris animantium, et quā solers subtilisq; descri-
ptio partium, quāq; admirabilis fabrica membrorum: o-
mnia enim, quæ quidē intus inclusa sunt, ita nata, atq;
ita locata sunt, ut nihil eorum superuacaneū sit, nihil ad
ita retinendam nō necessarium. dedit autem eadem na-
tura beluis & sensum, & appetitū, ut altero conatum
haberent ad naturales pastus capeffendos, altero secerne-
re pestifera à salutaribus. iam uero alia animalia gra-
tando, alia serpendo ad pastum accedūt, alia uolando,
aliam nando, cibumq; partim oris hiatu, & dentibus ip-
sis capeffunt, partim unguum tenacitate arripiunt, par-
tim adūcitatem rostrorum: alia sugunt, alia carpunt, alia
porant, alia mandunt. atque etiā aliorū ea est humilitas,
ut cibum terrestrem rostris facili contingant. quæ au-

tem altiora sunt, ut anseres, ut cygni, ut grues, ut cameli, adiuuantur proceritate collorum. manus etiam data elephantis, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebant ad pastum. at quibus bestiis erat is cibus, ut alius generis bestiis uescerentur; aut uires natura dedit, aut celeritatem: data est quibusdam etiam machinatio quædam atque solertia: ut in araneolis, aliæ quasi rete texunt, ut, si quid inhæserit, conficiant; aliæ autem ut ex inopinato observant, et, si quid incidit, arripiunt, idque consumunt. Pinna uero (sic enim græce dicitur) duabus grandibus patula conchis, cum parua squilla quasi societatem coit comparandi cibi. itaque cum pisciculi parui in concham hiantem innatauerint, tum admonita à squilla pinna morsu comprimit conchas. sic dissimillimis bestiis communiter cibus quæritur. in quo admirandum est, congressu ne aliquo inter se, an iam inde ab ortu naturæ ipsæ congregatæ sint. est etiam admiratio non nulla in bestiis aquatilibus ijs, quæ gignuntur in terra: ueluti crocodili, fluuiatilesque testudines, quædamque serpentes ortæ extra aquam, simul ac primum niti possunt, aquam persequuntur. quin etiam anatum oua gallinis sæpe supponimus: ex quibus pulli orti primum aluntur ab ijs, ut à matribus; deinde eas relinquunt, à quibus exclusi, fotti que sunt, et effugiunt, cum primum aquam quasi naturalem domum uidere potuerunt. tantam ingenit animantibus conseruandi sui natura custodiam. legi etiam scriptum, esse auem quandam, quæ Platalea nominetur: eam sibi cibum quærere aduolantem ad eas aues, quæ se in mari mergerent: quæ cum emerissent,



ussissent, piscemq; cepissent, usque eo premere ca-
 pita mordicus, dum illæ captum amitterent :
 quod ipsa inuaderet. eademq; hæc auis scribitur
 his se solere complere, easq; cum stomachi calo-
 rino coxerit, euomere, atque ita eligere ex ijs, quæ
 esculenta. Rana autem marinæ dicuntur obrue-
 se arena solere, & moueri prope aquam; ad quas
 si ad escam pisces cum accesserint, confici à ranis
 que consumi. Miluo est quoddam bellum naturale
 coruo. ergo alter alterius, ubicunque nactus est,
 frangit. illud uero ab Aristotele animaduersum,
 quo pleraque, quis potest non mirari? Grues, cum
 calidiora petentes maria transmittunt, trianguli
 nam efficere: eius autem summo angulo aer ab ijs
 versus pellitur: deinde sensim ab utroque latere,
 quam remis, ita pennis cursus auium leuatur. ba-
 sitem trianguli, quam grues efficiunt, ea tanquam
 appi uentis adiuuatur, hæq; in tergo præuolantium
 & capita reponunt. quod quia ipse dux facere
 potest, quia non habet ubi nitatur, reuolat, ut
 quoque quiescat. in eius locum succedit ex ijs quæ
 uenerunt: eaq; uicissitudo in omni cursu con-
 tatur. Multa eiusmodi proferre possum: sed ge-
 n ipsum uidetis. Iam uero illa etiam notiora, quan-
 to opere custodiant bestiae, ut in paslu circumspe-
 ctat, ut in cubilibus delitescant. atque illa mirabilia.
 ea, quæ nuper, id est paucis ante sæculis, medi-
 am ingenijs reperta sunt? uomitione canis purgare
 sibes Aegyptiæ curât. auditum est, pãtheras, quæ
 barbaria uenenata carne caperetur, remediũ quod-
 dam

dam habere; quo cum essent usæ, non morerentur: capras autem in Creta feras, cum essent confixæ uenenatis sagittis, herbam quærere, quæ Dictamnus uocaretur quam cum gustauissent, sagittas excidere dicunt è corpore. ceruæq; paulo ante partum perpurgant se quadam herbula, quæ seselis dicitur. iam illa cernimus, contra metum, & uim suis se armis quæque defenda cornibus tauri, apri dētibus, morsu leones, aliæ fuga, alia occultatione tutantur: atramenti effusione sepi torpore torpedines. multæ etiam insectantes odoris inlerabili fœditate depellūt. ut uero perpetuus mundi esset ornatus, magna adhibita cura est à prouidentia rerum, ut semper essent & bestiarum genera, & arborum, omniumq; rerum, quæ altæ aut radicibus à terra aut stirpibus continerentur. quæ quidem omnia equum seminis habent in se, ut ex uno plura generentur idq; semen inclusum est in intima parte earum bacorum, quæ ex quaque stirpe funduntur: iisdemq; senibus & homines affatim uescuntur, & terræ eiusdem generis stirpium renouatione complentur. quid quær, quanta ratio in bestiis ad perpetuam conseruationem earum generis appareat? nam primum amares, aliæ fœminæ sunt. quod perpetuitatis causa machinata natura est. deinde partes corporis & procreandum, & ad concipiendum aptissimæ, & mari, & in fœmina commiscendorum corporum raræ libidines. cum autem in locis semen insedit, rationem omnem fere cibum ad sese, eoq; septum fingit animal: quod cum ex utero elapsum excidit, in ijs amantibus, quæ lacte aluntur, omnis fere cibus mater lactescit.



discere incipit, eaq; quæ paulo ante nata sunt, sine astro, duce natura mammas appetunt, carūq; uber saturantur. atque ut intelligamus nihil horum esse vitium, & hæc omnia esse providæ, solertisq; naturæ multiplices fœtus procreant, ut sues, ut canes, mammarum data est multitudo: quas easdem pavabent cæ bestiae, quæ pauca gignunt. quid dicam, utus amor bestiarum sit in educandis custodiendisq; quæ procreaverint, usque ad eum finem, dum posse ipsa defendere? etsi pisces, ut aiunt, ova cum gerunt, relinquunt: facile enim illa aqua et sustinent, & fœtum fundunt. testudines autem, & crocodilicunt, cum in terra partum ediderint, obruere ova, adde discedere. ita & nascuntur, & educantur ipsa sese. iam gallinæ, avesq; reliquæ & quietum requirunt ad pariendum locum, & cubilia sibi, nidosq; conant, eosq; quam possunt mollissime substernunt, ut tam facillime ova seruentur. ex quibus pullos cum exierint, ita tuentur, ut & pennas foueant, ne frigore laesantur; et, si est calor, à sole se opponant. cum autem ipsi pinnulis uti possunt, tū uolatus eorum matres prouidentur, reliqua cura liberantur. accedit etiam ad nonnulorum animantium, & earum rerum, quas terra gignit, conservationem, & salutem, hominum etiam societas, & diligentia. nam multæ & pecudes, & stirpes sunt, quæ sine procuratione hominum saluæ esse non possunt. magnæ etiam opportunitates ad cultum hominum, atque abundantiam aliæ alijs in locis reperiuntur. Egyptum Nilus irrigat; & cum tota æstate obrutam, obletamq; tenuit, tum recedit, mollitosq; & oblima-

tos agros ad serendum relinquit. Mesopotamiam fert
 lem efficit Eufrates : in quam quotannis quasi non
 agros inuehit. Indus uero, qui est omnium fluminū
 ximus, non aqua solum agros latificat, & mitiga
 sed eos etiam conserit: magnam enim uim seminum
 cum frumenti, et similiū dicitur deportare. multa q;
 lia in alijs locis commemorabilia proferre possum, mu
 tos fertiles agros alios aliorum fructuum. sed illa qu
 ta benignitas naturæ, quòd tam multa ad uescendun
 tam uaria, tamq; iucunda gignit? neque ea uno temp
 re anni: ut semper & nouitate delectemur, & copi
 quàm tempestiuos autem dedit, quàm salutare non i
 do hominum, sed etiam pecudum generi, ijs deniq
 omnibus, quæ oriuntur e terra, uentos etesias? quori
 flatu nimij temperantur calores. ab iisdem etiam mar
 timi cursus celeres, & certi diriguntur. multa præ
 reunda sunt: & tamen multa dicuntur. enumer
 ri enim non possunt fluminum cportunitates, æst
 maritimi, multum accedentes, & recedentes, mont
 uestiti, atque siluestres, salinæ ab ora maritima remo
 simæ, medicamentorum salutarium plenissimæ terra
 artes denique innumerabiles ad uictum, & ad uita
 necessariæ. iam diei noctisq; uicissitudo conseruat an
 mantes, tribuens aliud agendi tempus, aliud quiescer
 di. sic undique omni ratione concluditur, mente, cons
 lioq; diuino omnia in hoc mundo ad salutem omnium
 conseruationemq; admirabiliter administrari. sin qua
 ret quispiam, cuiusnam causa tantarum rerum mol
 tio facta sit, arborum ne & herbarum, quæ quan
 quam sine sensu sunt, tamen à natura sustentur?

id quidei

huiusmodi absurdum est. an bestiarum? nihilo pro-
lius, deos mutarum, & nihil intelligentium causa
eum laborasse. quorum igitur causa quis dixerit esse
esse mundum? eorum scilicet animantium, quæ
vive utuntur. hi sunt dii, & homines: quibus pro-
pter nihil est melius: ratio est enim, quæ præstat omni-
a itaque fit credibile, deorum & hominum causa fa-
ctum esse mundum, quæq; in eo sint omnia. faciliusq;
colligetur, à dijs immortalibus hominibus esse proui-
dum, si erit tota hominis fabricatio perspecta, omnisq;
vitalis naturæ figura, atque perfectio. nam cum tri-
bus animantium uita teneatur, cibo, potione, spi-
ritu, ad hæc omnia percipienda os est aptissimum, quod
sanctis naribus spiritu augetur. dentibus autem in-
constructis manditur, atque ab his extenuatur, &
mutatur cibus. eorum aduersi acuti morsu diuidunt
cibus, intimi autem cōficiunt, qui genuini uocantur: quæ
etiam à lingua adiuvantur uidetur. linguam au-
tem ad radices eius hærens excipit stomachus: quod pri-
mo collabuntur ea, quæ accepta sunt ore. is utraque ex
de tonsillas attingens, palato extremo, atque intimo
vinatur. atque is agitatione & motibus linguæ cum
pulsum, & quasi detrusum cibum accipit, depellit.
is autem partes eæ, quæ sunt infra id, quod denota-
tum dilatantur; quæ autem supra, contrahuntur. sed
aspera arteria (sic enim à medicis appellatur) o-
mnino habeat adiunctum linguæ radicibus, paulo supra,
et ad linguam stomachus annectitur; eaq; ad pul-
mones usque pertineat, excipiatq; animam eam, quæ du-
cit spiritum, eademq; à pulmonibus respiret, & red-
dat



DE NATURA DEORVM

dat: tegitur quasi quodam operculo. quod ob eam causam datum est, ne, si quid in eam cibi forte incidisset spiritus impediretur. sed cum alui natura, subiecta stomacho, cibi, & portionis sit receptaculum, pulmones item, & cor extrinsecus spiritum adducant: in aluo nta sunt mirabiliter effecta: quæ constant fere è nervo est autem multiplex, & tortuosa, arcetq; , & continet siue illud aridum est, siue humidum, quod recipit, ut mutari, & concoqui facile possit: eaq; tum astringitur, tum relaxatur, atque omne, quod accepit, digerit, & confundit: ut facile & calore, quem multum habet, & terendo cibo, & præterea spiritu omnia cocta, atque confecta in reliquum corpus diuidantur in pulmonibus autem inest raritas quædam, & assuavis spongiosæ mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima: qui tum se contrahunt aspirantes, tum spiritu dilatantur, ut frequenter ducatur cibus animalis, quo maxime aluntur animantes. ex intestinis autem & aluo cretus à reliquo cibo succus is, quo alimur, per meadum ad iecur per quasdam à medio intestino usque ad portas iecoris (sic enim appellant) ductas, & direuias, quæ pertinent ad iecur, eiq; adhærent. atque de aliis pertinentes sunt, per quas cadit cibus à iecore dilapsus. ab eo cibo cum est secreta bilis, & humores, ex renibus profunduntur, reliqua se in sanguinem intunt, ad easdemq; portas iecoris confluunt, ad quas vias eius pertinet: per quas lapsus cibus ex hoc loco in eam venam, quæ cava appellatur, confunditur, per eam ad cor confectus iam coctusq; perlabitur: à corde item in totum corpus distribuitur per venas admodum



tas, in omnes partes corporis pertinentes. quemad-
modum autem reliquæ cibi depellantur tum astringenti-
bus intestinis, tum relaxantibus, haud sane difficile
est, sed tamen prætereundum est, nequid habeat
secunditatis oratio. illa potius explicetur incredibilis
vera naturæ. nā quæ spiritu in pulmones anima du-
citur, ea calefit primum ab ipso spiritu, deinde coagi-
tione pulmonum: ex eaq; pars redditur respirando,
et concipitur cordis parte quadam, quam uentricu-
li cordis appellant: cui similis alter adiunctus est, in
quem sanguis à iecore per uenam illam cauam influit,
et modo ex his partibus et sanguis per uenas in o-
mnem corpus diffunditur, et spiritus per arterias. utræq;
uim crebræ, multæq; toto corpore intextæ uim quan-
tu incredibilem artificiosi operis, diuiniq; testantur.
Nunc dicam de ossibus? quæ subiecta corpori mirabiles
commissuras habent, et ad stabilitatem aptas, et ad
usus finiendos accommodatas, et ad motum, et ad o-
mnem corporis actionem. huc adde nervos, à quibus
omnes continentur; eorumq; implicationem toto corpo-
re pertinentem: qui, sicut uenæ, et arteriæ à corde
eunt, et profectæ, in corpus omne ducuntur. ad
hanc prouidentiam naturæ tam diligentem, tamq; so-
lem adiungi multa possunt, è quibus intelligatur,
quantæ res hominibus à deo, quamq; eximie tributæ
sunt: qui primum eos humo excitatos celsos, et erectos
constituit, ut deorum cognitionem, cælum intuentes,
admirari possent. sunt enim è terra homines, non ut inco-
natque habitatores, sed quasi spectatores superarum
mundi, atque caelestium: quarum spectaculum ad ni-
lum



DE NATURA DEORVM

lum aliud genus animantium pertinet. sensus autem interpretes ac nuncij rerum, in capite tanquam in armirifice ad usus necessarios & facti, & collocati sumnam oculi, tanquam speculatores, altissimū locū obtinē ex quo plurima conspicientes, fungantur suo munere & aures cum sonum recipere debeant, qui natura sublimē fertur; recte in altis corporum partibus collocatæ sunt. itemq; nares, eo quod omnis odor ad superiora fertur, recte sursum sunt: & quod cibi & potus iudicium magnum earum est, non sine causa uinitatem oris secutæ sunt. iā gustatus, qui sentire eor quibus uescimur, genera debet, habitat in ea parte or qua esculentis, & poculentis iter natura patefecit. tactus autem toto corpore æquabiliter fusus est, ut omni tactus, omnesq; nimios & frigoris, & caloris appul sentire possimus. atque ut in aedificijs architecti auer ab oculis & naribus dominorum ea, quæ profluen necessario tetri essent aliquid habitura: sic natura similes procul amandauit à sensibus. quis uero opif præter naturā, qua nihil potest esse callidius, tantam lertiam persequi potuisset in sensibus? quæ primum olos membranis tenuissimis uestiuit, & sepsit: quas p mū perlucidas fecit, ut per eas cerni posset; firmas a tem, ut cōtinerentur. sed lubricos oculos fecit, & m les, ut & declinarent, si quid noceret; & aspectum, uellent, facile conuertrent. aciesq; ipsa, qua cernim quæ pupilla uocatur, ita parua est, ut ea, quæ noc possint, facile uitet. palpebræq;, quæ sunt tegume oculorum, mollissimæ tactu, ne læderent aciem, ap si me factæ & ad claudēdas pupillas, ne quid incider



ad apericendas: idq; providit, ut identidem fieri pos-
sum maxima celeritate. munitæq; sunt palpebræ
quam uallo pilorum: quibus et apertis oculis, si quid
aderet, repelleretur; & somno conuiuentibus, cum
his ad cernendum non egeremus, ut qui tãquam in-
tati quiescerent. latent præterea utiliter, & excelsis
que partibus sepiuntur. primum enim superiora
arcilijs obducta sudorem à capite, & fronte defluen-
tem repellunt, genæ deinde ab inferiore parte tutan-
tibus, leuiterq; eminentes. nasus ita locatus est,
quasi murus oculis interiectus esse uideatur. auditus
semper patet: eius enim sensu etiam dormientes
caus. à quo cum sonus est acceptus, etiam è somno
saturamur. flexuosum iter habet, ne quid intrare possit,
plex & directum pateret. prouisum etiam, ut si
minima bestiola conaretur irrumpere, in sordibus
eum, tanquam in uisco, inhæresceret. extra autem
patent, quæ appellantur aures, & tegendi causa fa-
tutandiq; sensus, & ne adiectæ uoces laberentur,
ne errarent, priusquam sensus ab his pulsus esset.
turos, & quasi corneolos habent introitus, multisq;
flexibus, quod his naturis relatus amplificatur so-
quocirca & in fidibus testudine resonatur, aut cor
& ex tortuosis locis, & inclusis referuntur amplio
similiter nares, quæ semper propter necessarias uti-
les patent, contractiores habent introitus, ne quid
is, quod noceat, possit peruadere: humoremq; sem-
habent ad puluerem multaq; alia repellenda non
dem. gustatus præclare septus est: ore enim conti-
, & ad usum apte, & ad incolumitatis custodiam.

H

omnisq;

DE NATURA DEORVM

omnisq; sensus hominum multo antecellit sensibus b
stiarum. primum enim oculi in ijs artibus, quarum in
cium est oculorum, in pictis, fictis, cælatiſq; formis,
corporum etiã motione, atque gestu multa cernunt su
tilius: colorum etiam, & figurarum tum uenustaten
atque ordinem, et, ut ita dicam, decentiam oculi iui
cant: atque etiam alia maiora: nam & uirtutes,
uitia cognoscunt; iratum, propitium, lætantem, dole
tem, fortem, ignauum, audacem, timidumq; cog
scunt. aurium item est admirabile quoddam artific
sumq; iudicium, quo iudicatur & in uocis, & in tib
rum, neruorumq; cantibus uarietas sonorum, interu
la, distinctio, & uocis genera permulta, canorum,
scum; leue, asperum; graue, acutum; flexibile, duru
quæ hominum solum auribus iudicantur. narium
item, & gustandi pariter, et tangendi magna iud
sunt. ad quos sensus capiendos, & persfruendos pli
etiam, quàm uellem, artes repertæ sunt. perſficuum
enim, quò compositionem unguentorum, quò cibi
conditiones, quò corporum lenocinia processerint.
uero animum ipsum, mentemq; hominis, ratione
consilium, prudentiam, qui non diuina cura perf
esse perspicit, is his ipsis rebus mihi uidetur carere
quo dum disputarem, tuam mihi dari uelim, Cotta,
quentiam. quo enim tu illa modo diceres? quanta
mum intelligentia, deinde consequentium rerum
primis coniunctio, & comprehensio esset in nobis
quo uidelicet, quid ex quibusque rebus efficiatur,
ratione, concludimus: singulasq; res definimus,
cumſcripteq; complectimur: ex quo sciētia intellig

uim habeat, qualis sit : quæ ne in deo quidem est
illa præstantior . quanta uero illa sunt , quæ nos
demum infirmatis, & tollitis, quòd & sensibus, &
eo ea, quæ extra sunt, percipimus, atque compre-
himus . ex quibus collatis inter se, & comparatis
quoque efficitur, partim ad usum uitæ, partim
delectationem necessarias . iam uero domina rerum,
sæpe soletis dicere, eloquendi uis quàm est præclara,
quæq; diuina ? quæ primum efficit, ut ea, quæ igno-
ras, discere, & ea, quæ scimus, alios docere possi-
mus . deinde hac cohortamur, hac persuademus, hac
clamur afflicto, hac deducimus perterritos à ti-
more, hac gestientes comprimimus, hac cupiditates,
indiasq; restringimus . hæc nos iuris, legum, ur-
bis societate deuinxit : hæc à uita immani, & fera
exauit . ad usum autem orationis, incredibile est,
si diligenter attenderis, quanta opera machinata na-
ta sit . primum enim à pulmonibus arteria usque ad
cervicem pertinet : per quam uox principium à men-
te percipitur, & funditur . deinde in ore sita
est, finita dentibus . ea uocem immoderate pro-
fingit, & terminat : quæ sonos uocis distinctos
cessos efficit, cum & ad dentes, & ad alias par-
tes oris . itaque plectri similem linguam nostri
dicere, chordarum dentes, nares cornibus ijs, qui
uocem resonant in cantibus . quàm uero aptas,
quæq; multarum artium ministras manus natura ho-
muni dedit ? digitorum enim contractio facilis, faci-
lis correctio, propter molles commissuras, & ar-
ticularum in motu laborat . itaque ad pingendum, ad

DE NATURA DEORVM

fingendum, ad sculpendum, ad nervorum eliciend
 sonos, ac tibi arum apta manus est ad motione digiti
 rum: atque hæc oblectationis, illa necessitatis, cult
 dico agrorum, extruçõesq; tectorum, tegumenta
 porum uel texta, uel suta, omnemq; fabricam æris,
 ferri: ex quo intelligitur, ad inuenta animo, percep
 sensibus, adhibitis opificum manibus omnia nos co
 secutos, ut tecti, ut uestiti, ut salui esse possimus, urb
 muros, domicilia, delubra haberemus. iam uero ope
 bus hominum, id est manibus, cibi etiam uarietas
 uenitur & copia. nam & agri multa ferunt m
 quæ sita, quæ uel statim consumantur, uel manden
 condita uetustati: & præterea uescimur bestiis & i
 renis, & aquatilibus, & uolatilibus, partim capi
 do, partim alendo. efficimus etiam domitu nostro q
 drupedum uectiões: quorum celeritas, atque uis n
 ipsis affert uim, & celeritatem. nos onera quibus
 bestiis, nos iuga imponimus: nos elephātorum aci
 simis sensibus, nos sagacitate canum ad utilitatem
 stram abutimur: nos e terræ cauernis ferrum elicin
 rem ad colendos agros necessariam: nos æris, arge
 auri uenas penitus abditas inuenimus, & ad usui
 ptas, & adornatum decoras: arborum autem co
 ctione, omniq; materia, & culta, & siluestri,
 tim ad calefaciendum corpus igni adhibita, & ad
 tigandum cibum utimur, partim ad ædificandum
 tectis septi frigora, caloresq; pellimus. magnos
 usus affert ad nauigia facienda: quorum cursibus
 peditantur omnes undique ad uitam copię: quasi
 uolentissimas natura genuit, earum moderatione



habemus; maris, atque uentorum, propter nauti-
m rerum scientiam: plurimisq; maritimis rebus
mur, atque utimur. terrenorum item commodorum
s est in homine dominatus. nos campis, nos mon-
fruimur: nostri sunt amnes, nostri lacus: nos fru-
rimus, nos arbores: nos aquarum inductionibus
fœcunditatem damus: nos flumina arcemus, di-
nus, auertimus: nostris denique manibus in rerum
ra quasi alteram naturam efficere conamur. quid
hominum ratio non in cœlum usque penetrauit?
nim ex animantibus nos astrorum ortus, obitus,
s; cognouimus: ab hominum genere finitus est.
mensis, annus: defectiones solis & lunæ cogni-
trædictæq; in omne posterum tempus, quæ, quan-
uando futuræ sint. quæ contuens animus, acci-
his cognitionem deorum, ex qua oritur pietas:
oniuncta iustitia est, reliquæq; uirtutes: ex qui-
ita beata existit, par & similis deorum, nulla re,
immortalitate, quæ nihil ad bene uiuendum per-
cedens cœlestibus. Quibus rebus expositis, sa-
uuisse uideor, hominis natura quanto omnes an-
animantes. ex quo debet intelligi, nec figuram,
q; membrorum, nec ingenij mentisq; uim talem
potuisse fortuna. Restat, ut doceam, atque ali-
do perorem, omnia, quæ sint in hoc mundo, qui-
tantur homines, hominum causæ facta esse, & pa-
Principio ipse mundus deorum hominumq; cau-
tus est: quæq; in eo sunt omnia, ea parata ad fru-
hominum, & inuenta sunt. est enim mundus
communis deorum atque hominum domus, aut



DE NATURA DEORVM

urbs utrorumque. soli enim ratione utentes, iure, ac lege uiuunt. ut igitur Athenas, & Lacedæmonem, Athenienſium, Lacedæmoniorumq; cauſa putandum conditas eſſe; omniaq; , quæ ſint in his urbibus, eorum populorum recte eſſe dicuntur: ſic quæcunque ſunt omni mundo, deorum, atque hominum putanda ſunt iam uero circuitus ſolis, et lunæ, reliquorumq; ſidera quanquam etiam ad mundi cohærentiam pertinent, men et ſpectaculum hominibus præbent: nulla eſt enim inſatiabilior ſpecies, nulla pulchrior, & ad rationem lertiamq; præſtantior: eorum enim curſus demetitur, turitates temporum, & uarietates, mutationeſq; coluimus. quæ ſi hominibus ſolis nota ſunt, hominum ſa facta eſſe iudicanda ſunt. Terra uero ſæta frugibus et uario leguminum genere, quæ maxima largitate dit, ea ferarum ne, an hominũ cauſa gignere uidet quid de uitibus oliuetiſq; dicam? quarum uberrimiſſimiſq; fructus nihil omnino ad beſtias pertinent. que enim ſerendi, neque colendi, nec tempeſtue detendi, percipiendiſq; fructus, neque condendi, ac renendi ulli pecudum ſcientia eſt: earumq; omnium rum hominum eſt & uſus, & cura. ut fides igitur, tibias eorum cauſa factas dicendum eſt, qui illis uti ſunt: ſic ea, quæ diximus, ſolis ijs conſitendum eſt parata, qui utuntur. nec ſi quæ beſtiæ furantur alii ex his, aut rapiunt, illarum quoque cauſa ea nata dicemus. neque enim homines murium, aut formorum cauſa frumentum condunt, ſed coniugum, & rorum, & familiarum ſuorum. itaque beſtiæ furtim dixi, fruuntur, domini palam, et libere. hominum.



causa eas rerum copias comparatas, fatendum est.
forte tanta ubertas, et uarietas pomorum, eorumq;
mundus non gustatus solum, sed odoratus etiam, et
pectus dubitationem affert, quin hominibus solis ea
aura donauerit. tantumq; abest, ut hæc bestiarum e-
a causa parata sint, ut ipsas bestias hominum gratia
geratas esse uideamus. quid enim oues aliud afferunt,
ut earum uillis confectis, atque contextis homines
uantur? quæ quidem neque ali, neque sustentari, ne-
nullum fructum edere ex se sine cultu hominum, et
atione potuissent. canum uero tã fida custodia, tamq;
ans dominorum adulatio, tantumq; odium in exter-
is, et tam incredibilis ad inuestigandum sagacitas na-
m, tanta alacritas in uenando quid significat aliud,
se ad hominum commoditates esse generatos? quid
obus loquar? quorum ipsa terga declarant nõ esse se
onus accipiendum figurata: ceruices autem natæ ad
rum: tum uires humerorum, et latitudines ad aratra
trahenda. quibus cum terræ subigerentur fissione gle-
rum, ab illo aureo genere, ut poetæ loquuntur, uis
nquam ulla afferebatur.

rea tum uero proles exorta repente est,
isaq; funestum prima est fabricarier ense,
gustare manu uictum domitumq; iuuenem.
ita putabatur utilitas percipi ex bobus, ut eorum ui-
ribus nesci scelus haberetur. longum est mulorum
sequi utilitates, et asinorum: quæ certe ad homi-
m usum paratæ sunt. sus uero quid habet præter
am? cui quidem, ne putresceret, animam ipsam pro
e datam dicit esse Chrysippus. qua pecude, quod erat



DE NATURA DEORVM

ad uescendum hominibus apta, nihil genuit natura fo-
cundius. quid multitudinem, suauitatemq; piscium d-
cam? quid auium? ex quibus tanta percipitur uoluptas
ut interdum πέρυια nostra Epicurea fuisse uideatur
atque hæc ne caperentur quidem, nisi hominum ratione
atque solertia. quanquam aues quasdam & alites, &
oscines, ut nostri augures appellant, rerum auguras-
darum causa esse natas putemus. iam uero immanes &
feras belluas nanciscimur uenando, ut & uescamur i-
& exerceamur in uenando ad similitudinem belli
disciplina, & utamur domitis, & condecesactis,
elephantis, multaq; ex earum corporibus remedia me-
bis, & uulneribus eligamus, sicut ex quibusdam sti-
pibus, & herbis, quarum utilitates longinqui tem-
poris usu, & periclitatione percepimus. totam licet ar-
mis, tanquam oculis, lustrare terram, mariaq; omnia
nere, & spatia frugifera, atque immensa camporum
uestitusq; densissimos montium, peccidum pastus, tum
incredibili cursus maritimos celeritate. nec uero ta-
tum supra terram, sed etiam in intimis eius teneb-
plurimarum rerum latet utilitas; quæ ad usum hon-
num orta, ab hominibus solis inuenitur. Illud uer-
quod uterque uestrum fortasse arripiet ad reprehenda-
dum; Cotta, quia Carneades libenter in Stoicos inueh-
batur; Velleius, quia nihil tam irridet Epicurus, qui
prædictionem rerum futurarum: mihi uidetur uel m-
xime confirmare deorum prouidentia consuli rebus ho-
manis. est enim profecto diuinitas, quæ multis locis
rebus, temporibus apparet, tum in priuatis, tum me-
me in publicis. multa cernunt haruspices: multa aug-



provident: multa oraculis declarantur, multa iatinationibus, multa somnijs, multa portentis: quibus cōtis, multæ sæpe res hominum sententia atque utilitas partæ, multa etiam pericula depulsa sunt. hæc igitur, siue uis, siue ars, siue natura, ad scientiam rerū futurarum homini profecto est, nec ab alio alicui, quàm ijs immortalibus data. quæ si singula uos forte non uident, uniuersa certe inter se connexa, atque cōiuncta mouere debebunt: nec uero uniuerso generi hominum solum, sed etiam singulis à dijs immortalibus cōproouideri solet. licet enim contrahere uniuersum generis humani, eamq; gradatim ad pauciores, tandem deducere ad singulos. nam si omnibus hominibus, qui ubique sunt, quacunque in ora, ac parte terrarum ab huiusce terræ, quam nos incolimus, continuè distantium, deos consulere censemus ob eas causas, quas ante diximus: his quoque hominibus consulunt, qui has nobiscum terras ab oriente ad occidentem possident. sin autem his consulunt, qui quasi magnā quamdam insulam incolunt, quam nos orbē terræ uocamus: illis consulunt, qui partes eius insulæ tenent, Europam, Asiam, Africā. ergo et earum partes diligunt, Romam, Athenas, Spartam, Rhodum: et earum urbium separatim ab uniuersis singulos diligunt, ut Pyrrho Curium, Fabricium, Coruncanium; primo P. Calatinum, Duilium, Metellum, Lutatiuni; secundo C. Maximum, Marcellum, Africanū: post hos P. Paullum, C. Cæcium, Catonem, patrum uel memoria Scipionem, et alios: multosq; præterea et nostra ciuitas, et Græculit singulares uiros: quorum neminem nisi iuuan



DE NATURA DEORVM

te deo talem fuisse credendum est. quæ ratio poetas, n
ximeq; Homerum impulit, ut principibus heroum, V
xi, Diomedes, Agamemnoni, Achilli, certos deos discer
minum, & periculorum comites adiungeret. Præter
ipsorum deorum sæpe præsentia, quales supra comm
morauimus, declarant, ab his et ciuitatibus, & singulis
minibus consuli. quod quidem intelligitur etiam sign
cationibus rerum futurarum, quæ tum dormientibu
tum uigilantibus portenduntur. multa præterea ost
tis, multa extis admonemur, multisq; rebus alijs: qu
diuturnus usus ita notauit, ut artem diuinationis eff
ret. nemo igitur uir magnus sine aliquo afflatu diu
inquam fuit. nec uero ita refellendum est, ut, si sege
bus aut uinetis cuiuspiam tē pestas nocuerit, aut si qu
ē uitæ commodis casus abstulerit, eum, cui quid hor
acciderit, aut inuisum deo, aut neglectum à deo iu
cemus. magna dii curant, parua negligunt. mag
autem uiris prosperæ semper omnes res: si quidem sc
à nostris, & à principe philosophorum Socrate dict
est de ubertatibus uirtutis, & copijs. Hæc mihi feri
mentem ueniebant, quæ dicenda putarem de natu
deorum. tu autem Cotta, si me audias, eandem caus
agas; teq; & principem ciuem putes, et pontificem
se cogites; et, quoniam in utranque partem uobis
cet disputare, hanc potius sumas; eamq; facultatem
serendi, quam tibi à rhetoricis exercitationibus ac
pta amplificauit Academia, huc potius conferas: n
enim, & impia consuetudo est contra deos disputan
siue ex animo id fit, siue simulate.



TULLII CICERONIS
DE NATURA DEORVM,
LIBER III.

Q VAE cum Balbus dixisset, tum arri-
dens Cotta, sero, inquit, mihi Balbe
præcipis quid defendam. ego enim, te
disputante, quid contradicerem, mecum
ipse meditabar, neque tam refellendi
causa, quam ea, quæ minus intelligebam, requiren-
cum autem suo cuique iudicio sit utendum, difficile
est, ut tu est, me id sentire, quod tu uelis. Hic Velleius, ne-
que, inquit, quanta cum expectatione Cotta sim te au-
diturus: iucundus enim Balbo nostro sermo tuus contra-
dictum fuit. præbebo igitur me tibi uicissim, atten-
tius contra stoicos auditorem: spero enim te, ut soles,
se paratum uenire. Tum Cotta, si mehercule, in-
quit, Vellei. neque enim mihi par ratio cum Lucilio est,
tecum fuit. Qui tandem, inquit ille? Quia mihi
uidetur Epicurus uester de dijs immortalibus non ma-
gno opere pugnare. tantum modo negare deos esse non
det, ne quid inuidiæ subeat, aut criminis. cum uero
eos nihil agere, nihil curare confirmat, membrisque hu-
manis esse præditos, sed eorum membrorum usum nul-
lum habere: ludere uidetur, satisque putare, si dixerit,
esse quandam beatam naturam, et æternam. à Balbo
tem, animaduertisti, credo, quam multa dicta sint,
etiamque, etiam si minus uera, tamen apta inter se, et
coherentia, itaque cogito, ut dixi, non tam refellere
eius

DE NATURA DEORVM

eius orationem, quàm ea, quæ minus intellexi, requirere. quare, Balbe, tibi permitto, respondere ne mihi milis de singulis rebus quærenti ex te ea quæ parum accepi, an uniuersam audire orationem meam. Tum Balbus, ego uero, si quid explanari tibi uoles, respondeo malo: sin me interrogare, non tam intelligendi causa quàm refellendi; utrum uoles, faciam; uel ad singula quæ requires, statim respondebo; uel, cum peroraris, ad omnia. Tum Cotta, optime, inquit. quamobrem agamus, ut nos ipsa ducit oratio. sed antequam de re pauca de me. non enim mediocriter moueor auctoritate tua, Balbe, oratione quæ; ea, quæ me in perorando cohortatur, ut meminissem, me & Cottam esse, et Pontificem quod eò credo ualebat, ut opiniones, quas à maioribus accepimus de dijs immortalibus, sacra, cerimonias, regiones quæ; defenderem. ego uero eas defendam, semper defendi: nec me ex ea opinione, quam à maioribus accipi de cultu deorum immortalium, ullius unquam orator aut docti, aut indocti mouebit. sed cum de religione agitur, Ti. Coruncanum, P. Scipionem, P. Scaeuolam Pontifices maximos, nō Zenonem, aut Cleanthem, et Chrysippum sequor; habeo quæ; C. Lælium augurem, eundem sapientem: quem potius audiam de religione dicentem in illa oratione nobili, quàm quenquam principem Stoicorum. cum quæ; omnis populi R. religio in sacra, et in auspicia diuisa sit; tertium adiunctum sit, si quid predictionis causa ex portentis, & monstris sibyllæ interpretes, auspices uel monuerunt: harum ego religionum nullam unquam contemnendam putauim; mihi quæ; uel persuasi, Romulum auspicijs, Numam sacris constitutis funda



fundamenta iecisse, nostræ ciuitatis: quæ nunquā pro-
to sine summa placatione deorum immortalium tan-
esse potuisset. Habes, Balbe, quid Cotta, quid Ponti-
sentiat. fac nunc ergo intelligam, tu quid sentias:
enim philosopho rationem accipere debeo religio-
maioribus autem nostris, etiam nulla ratione red-
credere. Tum Balbus, quum igitur à me ratio-
m, inquit, Cotta desideras? Et ille, quadripartita,
inquit, fuit diuisio tua: primum ut uelles docere deos es-
deinde quales essent: tum ab his mundum regi: po-
mo consulere eos rebus humanis. hæc, si recte memi-
partitio fuit. Rectissime, inquit Balbus: sed expe-
quid requiras. Tum Cotta, primum quidque ui-
amus, inquit: etsi idest primū, quod inter omnes, nisi
modum impios, conuenit, mihi quidem ex animo exu-
non potest, esse deos. id tamen ipsum, quod mihi per-
sum est, esse deos auctoritate maiorum, cur ita sit ni-
tu me doces. Quid est, inquit Balbus, si tibi per-
sum est, cur à me uelis discere? Tum Cotta, quia sic
gredior, inquit, ad hanc disputationem, quasi nihil
quam audierim de dijs immortalibus, nihil cogitau-
n: rudem me discipulum & integrum accipe, & ea,
æ requiro, doce. Dic igitur, quid requiras. Ego
primum illud, cur, quod perspicuum in istam par-
n, ne egere quidem oratione dixisses, quod esset cōspi-
um, et inter omnes constaret, de eo ipso tam multa di-
ris. Quia te quoque, inquit, animaduerti Cotta sæ-
cum in foro diceres, quàm plurimis posses argumen-
onerare iudicem, si modo eam facultatem tibi daret.
psa. atque hoc idem & philosophi faciunt, & ego,
ut



DE NATURA DEORVM

ut potui, feci. tu autem, qui id quæris, similiter facis ac si me roges, cur te duobus contuear oculis, et non altero tantum, cum idem uno assequi possim. Tum Cotta, quàm simile istud sit, inquit, tu uideris. nam ego neque in causis, si quid est euident, de quo inter omnes conueniat, argumentari soleo; perspicuitas enim argumentatione eleuatur: nec, si id facerem in causis forensibus, idem facerem in hac subtilitate sermonis. cur contuereris autem altero oculo, causa non esset, cum idem obtutus esset amborum, & cum rerum natura, quam tu sapientem esse uis, duo lumina ab animo ad oculos pertrata nos habere uoluisset. sed quia non confidebas tale esse id perspicuum, quàm tu uelis, propterea multis argumentis, deos esse, docere uoluisti. mihi enim unum, tunc erat, ita nobis maiores nostros tradidisse. sed tu ad floritates omnes contemnis, ratione pugnas. patere igitur, rationem meam cum tua ratione contendere. Adfers hæc omnia argumenta, cur dū sint: remque mea sententia minime dubiam, argumentando dubiam facis mandauit enim memoriæ non numerum solum, sed et ordinem argumentorum tuorum. primum fuit, cum celum suspexissemus, statim nos intelligere esse aliquod numen, quo hæc regantur. ex hoc illud etiam, Aspice hoc sublime candens, quem uocant omnes Iouem quasi uero quisquam nostrum, istum potius, quàm Catolinum, Iouem appellet; aut hoc perspicuum sit, constetque inter omnes, eos esse deos, quos tibi Velleius, mittique præterea ne animantes quidem esse concedant. quæ etiam argumentum tibi uidebatur, quòd opinio de dijs immortalibus & omnium esset, & quotidie cres-



placet igitur, tantas res opinione stultorum iudica-
nobis praesertim, qui illos insanos esse dicatis? at e-
praesentes uidemus deos, ut apud Regillum Postu-
as, in Salaria Vatienus, nescio quid etiam de Locro-
apud Sagram praelio. quos igitur tu Tyndaridas
ellabas, idest homines, homine natos; et quos Home-
qui recens ab illorum aetate fuit, sepultos esse dicit
edamone; eos tu canterijs albis, nullis calonibus,
niam Vatiено uenisse existimas, et uictoriam populi
atiено potius homini rustico, quam M. Catoni, qui
erat princeps, nunciauissē? ergo & illud in silice,
ad hodie apparet apud Regillum, tanquam uestigiū
rulae, Castoris equi credis esse? nō ne maius illud cre-
quod probari potest, animos praecclarorum homi-
nales, quales isti Tyndaridae fuerunt, diuinos esse, &
rinos, quam eos, qui semel cremati essent, equitare,
in acie pugnare potuisse? aut si hoc fieri potuisse di-
doceas oportet quo modo; nec fabellas aniles profe-
Tum Lucilius, an tibi, inquit, fabellae uidentur?
ne ab A. Postumio aedem Castori & Polluci in fo-
edicatam, non ne S. C. de Vatiено uides? nam de
ra, Graecorum etiam est uulgare prouerbum: qui,
affirmant, certiora esse dicunt, quam illa, quae a-
Sagram. his igitur auctoribus non ne debes moue-
Tum Cotta, rumoribus, inquit, mecum pugnas-
be: ego autem a te rationes requiro. * se-

ntur, quae futura sunt. effugere enim nemo id po-
quod futurum est. saepe autem ne utile est quidem
quid futurum sit: miserum est enim nihil proficiē-
angi, nec habere ne spei quidem extremum, & ta-
men



DE NATURA DEORVM

men commune solatium, praesertim cum nos ijdem fa-
 fieri dicatis omnia: quod autē semper ex omni aeterni-
 tate uerum fuerit, id esse fatum. quid igitur iuuat, a-
 quid affert ad cauendum, scire aliquid futurum, cu-
 id certe futurum sit? unde porro ista diuinitio? quis
 uenit fissum iecoris? quis cornicis cantum notauit? qui
 sortes? quibus ego credo: nec possum Attij Nauij, qui
 commemorabas, lituum contemnere: sed qui ista int-
 lecta sunt, à philosophis debeo discere, praesertim cum
 isti plurimis de rebus diuinis mentiuntur. At medici
 que (ita enim dicebas) saepe falluntur. quid simile in
 dicina, cuius ego rationem uideo, et diuinitio, quae
 deoritur, non intelligo? tu autem etiam Deciorū di-
 tionibus placatos deos esse censes. quae fuit eorum ta-
 iniquitas, ut placari populo R. non possent, nisi uir-
 les occidissent? consilium illud imperatorum fuit, qui
 Graeci $\sigma\tau\alpha\tau\eta\gamma\mu\alpha$ appellant; sed eorum imperatorum
 qui patriae consulerent, uitae non parcerent: reban-
 enim fore, ut exercitus imperatorem equo incitato
 hostes immittentem persequeretur: id quod euenit. n-
 Fauni uocem equidem nūquam audiui. tibi, si audis-
 se te dicis, credam. etsi, Faunus omnino quid scit,
 scio. non igitur adhuc, quantum quidem in te Balbe
 intelligo deos esse: quos equidem credo esse, sed nihi-
 cent Stoici. nam Cleanthes, ut dicebas, quatuor mo-
 formatas in animis hominum putat deorum esse no-
 nes. unus is modus est, de quo satis dixi, qui est sus-
 ptus ex praesensione rerum futurarum. alter ex p-
 turbationibus tempestatum, & reliquis motibus. t-
 tius ex commoditate rerum, quas percipimus, et cor-
 qua

us ex astrorum ordine, cœliq; constantia. de præ-
ne diximus. de perturbationibus cœlestibus, &
imis, & terrenis, non possumus dicere, cum ea
non esse multos, qui ea metuant, & à dijs im-
libus fieri existiment. sed non id quæritur, sint
qui, qui deos esse putent: dii utrum sint, nec ne
quæritur. nam reliquæ causæ, quas Cleanthes af-
uarum una est de commodorum, quæ capimus, co-
tera de temporum ordine, cœliq; constantia; tum
buntur à nobis, cum de providentia deorum di-
bimus; de qua plurima à te, Balbe, dicta sunt: eo-
illa etiam differemus, quod Chrysippum dice-
bas, quoniam esset aliquid in rerum natura, quod
mine effici non posset, esse homine aliquid melius:
in domo pulchra cum pulchritudine mundi com-
as, & cum totius mundi convenientiam consen-
afferebas, Zenonisq; breues, & acutulas con-
nes in eam partem sermonis, quam modo dixi,
emus: eodemq; tempore illa omnia, quæ à te phy-
icta sunt de vi ignea, deq; eo calore, ex quo omnia
ari dicebas, loco suo quærentur: omniaq; quæ à
lius tertius dicta sunt, cum docere uelles deos ef-
are & mundus uniuersus, & sol, & luna, &
sensum ac mentem haberent, in idem tempus re-
bo. à te autem illud etiam atque etiam quæram,
s rationibus tibi persuadeas deos esse. Tum
s, equidem attulisse rationes mihi uideor: sed
ita refellis, ut, cum me interrogaturus esse ui-
, & ego me ad respondendum compararim, re-
uertas orationem, nec des respondendi locum.



itaque maximæ res tacitæ præterierunt, de diuina
 ne, de fato: quibus de quæstionibus tu quidem
 etiam, nostri autem multa solent dicere: sed ab
 quæstione, quæ nunc in manibus est, separantur. q
 re, si uidetur, noli agere confuse; ut hoc explicet
 hac disputatione, quod quæritur. Optime, in
 Cotta. itaque quoniam quatuor in partes totam quæ
 stionem diuisisti, de primaq; diximus, considerare
 secundam. quæ mihi talis uidetur fuisse, ut cum ost
 dere uelles, quales dii essent, ostenderes nullos esse
 consuetudine enim oculorum animum abducere di
 limum dicebas: sed, cum deo nihil præstantius es
 non dubitabas quin mundus esset deus, quod nihi
 rerum natura melius esset, modo possemus eum
 mantem cogitare, uel potius, ut cetera oculis, sic
 mo hoc cernere. sed cum mundo negas quidquam
 melius, quid dicis melius? si pulchrius, assentior
 aptius ad utilitates nostras, id quoque assentior. sin
 tem id dicis, nihil esse mundo sapientius: nullo
 prorsus assentior: non quod difficile sit mentem ab
 lis seuocare: sed quo magis seuoco, eo minus id, quod
 uis, possum mente comprehendere. nihil est mund
 lius in rerum natura. ne in terris quidem urbe no
 num igitur iccirco in urbe esse rationem, cogitation
 mentem putas? aut, quoniam non sit, num iccirco
 stimas formicam anteponendam esse huic pulcherr
 urbi, quod in urbe sensus sit nullus, in formica non
 do sensus, sed etiam mens, ratio, memoria? uidere
 ter Balbe, quid tibi concedatur, non te ipsum, quod
 uelis, sumere. istum enim locum totum illa uetus



brevis, et, ut tibi uidebatur, acuta conclusio dis-
sit. Zeno enim ita concludit. quod ratione utitur,
ius est, quàm id, quod ratione non utitur. nihil au-
tem mundo melius: ratione igitur mundus utitur. hoc
facet, iam efficies, ut mundus optime librum legere
possit. Zenonis enim uestigijs hoc modo rationem
concludere. quod literatum est, id est melius,
quàm quod non est literatum. nihil autem mundo me-
lius literatus igitur est mundus. isto modo etiam di-
cas, & quidem mathematicus, musicus, omni deni-
que doctrina eruditus, postremo philosophus erit mun-
dus. Sæpe dixi nihil fieri sine deo, nec ullam uim esse
rerum, ut sui dissimilia posset effingere. concedam, non
animantem, & sapientem esse mundum, sed fi-
rem etiam, & tibicinem, quoniam earum quoque
homines ex eo procreantur. nihil igitur affert
iste Stoicorum, quare mundum ratione uti pute-
mus, nec cur animantem quidem esse. non est igitur
deus deus: & tamen nihil est eo melius: nihil est e-
o pulchrius, nihil salutaris, nihil ornatius aspe-
ctuq; constantius. quòd si mundus uniuersus non
est, ne stellæ quidem, quas tu innumerabiles in
omni numero reponebas. quarum te cursus æquabi-
literq; delectabant: nec mehercule iniuria: sunt
admirabili, incredibiliq; constantia. sed non om-
nia albe, quæ cursus certos, & constantes habent, ea
potius, quàm naturæ tribuenda sunt. quid Chalci-
puri in motu identidem reciprocando putas fieri
constantius? quid freto Siciliensi? quid Oceani fer-
uillis in locis,



DE NATURA DEORVM

Europam Libyamq; rapax ubi diuidit unda?
 quid æstus maritimi uel Hispanienses uel Britanici, e
 rumq; certis temporibus uel accessus, uel recessus, si
 deo fieri non ne possunt? uide quæso, si omnis motus,
 mniaq;, quæ certis temporibus ordinem suum conse
 uant, diuina dicimus; ne tertianas quidem febres,
 quartanas diuinas esse dicendum sit, quarum reuerſi
 ne, & motu quid potest esse constantius? sed omni
 talium rerum ratio reddenda est. quod uos cum fac
 non potestis, tanquam in aram, confugitis ad deum
 et Chrysippus tibi acute dicere uidebatur, homo
 dubio uersutus, & callidus. uersutos eos appello, qu
 rum celeriter mens uersatur: callidos autem, qu
 rum, tanquam manus opere, sic animus usu concalli
 is igitur, si aliquid est, inquit, quod homo efficere
 possit; qui id effecit, melior est homine. homo au
 tē hęc, quæ in mundo sunt, efficere non potest: qui
 tuit igitur, is præstat homini. homini autem præst
 quis possit, nisi deus? est igitur deus. hęc omnia
 eodem, quo illa Zenonis, errore uersantur. quid ei
 sit melius, quid præstabilius, quid inter naturam,
 rationem intersit, non distinguitur. idemq;, si dei
 sint, negat esse in omni natura quidquam homine
 lius: id autem putare quenquam hominem, nihil
 mine esse melius, summæ arrogantia censet esse
 sane arrogantis, pluris se putare, quàm mundum
 illud non modo non arrogantis, sed potius prudent
 intelligere se habere sensum, & rationem, & ora
 nem, hęc eadem & caniculam non habere. & si
 mus pulchra sit, intelligamus eam dominis, inquit
 ædifica



scatam esse, non muribus. sic igitur mundum deo-
domum existimare debemus. ita prorsus existima-
si illum ædificatum, non, quemadmodum doce-
na natura conformatum putarem. At enim quærit
Xenophontem Socrates, unde animam arripueri-
si nulla fuerit in mundo. Et ego quæro, unde
onem, unde numeros, unde cantus. nisi uero lo-
blem cum luna putamus, cum propius accesserit;
Ad harmoniam canere mundum, ut Pythagoras exi-
st. naturæ ista sunt Balbe, naturæ non artificiose
ulantis, ut ait Zeno; quod quidem quale sit, iam
bimus; sed omnia cientis, & agitantis motibus,
utationibus suis. itaque illa mihi placebat oratio
muenientia, consensuq; naturæ, quam quasi co-
nitione continuatam conspirare dicebas. illud non
abam, quod negabas id accidere potuisse, nisi ea
diuino spiritu contineretur. illa uero cohæret, &
manet naturæ uiribus, non deorum: estq; in ea iste
consensus, quam *συμπόθεω* Græci uocant: sed
quo sua sponte maior est, eo minus diuina ratione
existimanda est. illa autem, quæ Carneades affe-
t, quemadmodum dissoluitis? si nullum corpus im-
male sit, nullum esse corpus sempiternum: corpus
m immortale nullum esse, ne indiuiduum quidem,
quod dirimi, distrahiq; non possit. cumq; omne
al patibilem naturam habeat, nullum est eorum,
effugiat accipiendi aliquid extrinsecus, id est
ferendi & patiendi, necessitatem. & si omne a-
il mortale est, nullum est immortale. ex si omne
al secari ac diuidi potest, nullum est eorum indi-
uiduum,



sequentes : quem ipsum non omnes interpretantur,
 modo. qui quoniam, quid diceret, intelligi ncluit, o-
 tamus. uos autem ita dicitis, omnem vim esse ignem
 itaque et animantes, cum calor defecerit, tum interi-
 & in omni natura rerum id uiuere, id uigere, quod
 leat. ego autem non intelligo, quo modo calore extin-
 corpora intereant, non intereant humore, aut spi-
 amisso, praesertim cum intereant etiam nimio calor
 quamobrem id quidem commune est de calido : uen-
 tamen uideamus exitum. ita uultis opinor, nihil esse
 mal extrinsecus in natura, atque mundo, praeter ignem
 qui magis, quam praeter animam? unde animanti
 quoque constet animus, ex quo anima dicitur. quo
 do autem, hoc quasi concedatur, sumitis, nihil esse a-
 nimum, nisi ignem? probabilius enim uidetur, tale qu-
 dam esse animum, ut sit ex igne, atque anima tempe-
 tum. quod si ignis ex sese ipse animal est, nulla se
 admiscente natura, quoniam is, cum inest in corpe-
 bus nostris, efficit ut sentiamus: non potest ipse esse
 sensu. rursus eade dici possunt. quidquid est enim qu-
 sensum habeat, id necesse est sentiat & uelutatem,
 dolorem: ad quem autem dolor ueniat, ad eundem et
 interitum uenire. ita fit, ut ne ignem quidem effic-
 possitis aeternum. quid enim? non eisdem uobis pla-
 omnem ignem passu indigere? nec permanere ullo m-
 do posse, nisi alatur? ali autem: solem, lunam, reliq-
 astra, aquis alia dulcibus, alia marinis? eamq; causa
 Cleanthes affert, cur se sol referat, nec longius progr-
 diatur solstitiali orbe, itemq; brumali, ne longius disc-
 dat a cibo. hoc totum quale sit, mox. nunc autem con-
 cludatm



atur, illud, quod interire possit, id æternum non
natura: ignem autem interiturum esse, nisi alatur:
esse igitur natura ignem sempiternum. qualem au-
tem illum intelligere nos possumus nulla uirtute prædi-
ci. quid enim? prudentiam ne deo tribuamus? quæ
est ex scientia rerum bonarum, & malarum, &
bonarum, nec malarum. cui mali nihil est, nec esse
possit, quid huic opus est delectu bonorum, & malo-
rum? quid autem ratione? quid intelligentia? quibus
ur ad eam rem, ut apertis obscura assequamur. at-
rum deo nihil potest esse. nam insuitia, quæ suum
que distribuit, quid pertinet ad deos? hominum enim
eas & communitas, ut uos dicitis, insuitiam pro-
uit. temperantia autem constat ex prætermittendis
statibus corporis: cui si locus in cælo est, est etiam
statibus. nam fortis deus intelligi qui potest? in
labore, an in periculo? quorum deum ni-
hil attingit. nec ratione igitur utentem, nec uirtute ul-
lud deum intelligere qui possumus? nec uero.
atque imperitorum insuitiam despicere possum,
ita considero, quæ dicuntur à Stoicis. sunt enim il-
lud cererum. pisces syri uenerantur. omne fere ge-
neris bestiarum Aegyptij consecrauerunt. iam uero in
Asia multos habent ex hominibus deos, Alaban-
di, Alabandi, Tenedi Tenem, Leucotheam, quæ fuit
& eius Palæmonem filium cuncta Græcia, Her-
acles, Aesculapium, Tyndaridas: Romulum nostri,
et complures: quos quasi novos & ascripticios ci-
uili cælum receptos putant. hæc igitur indocti. quid
philosophi? qui meliora? omitto illa: sunt enim præ-
clara.

DE NATURA DEORVM

clara. sit sane deus ipse mundus. hoc credo illud esse
-sublime candens, quem uocant omnes Iouem.
quare igitur plures adiungimus deos? quanta autem
eorum multitudo? mihi quidem sane multi uident
singulas enim stellas numeras deos, easq; aut belua
nomine appellas, ut capram, ut lupam, ut taurum
leonem; aut rerum inanimatarum, ut argon, ut ar
ut coronam. sed ut hæc concedantur, reliqua qui
dem non modo concedi, sed omnino intelligi possu
cum fruges Cererem, uinum Liberum dicimus, ge
nos quidem sermonis utimur usitato: sed ecquem
amentem esse putas, qui illud, quo uescatur, deum
dat esse? Nam quos ab hominibus peruenisse dic
deos, tu reddes rationem quemadmodum idem fieri
tuerit, aut cur fieri desierit; & ego discam libere
quo modo nunc quidem est, non uideo quo pacto illi
in monte Oetæo illatæ lampades fuerunt, ut ait
cuius, in domum æternam patris ex illo ardore peru
rit. quem tamen Homerus conueniri apud inferos
cit ab Ulyxe, sicut ceteros, qui excefferant uitæ. qu
quam, quem potissimum Herculem colamus, scire
uelim: plures enim tradunt nobis ij, qui interiores
tantur & reconditas literas: antiquissimum Ioue
tum, sed antiquissimo item Ioue: nam Ioues quoque
res in priscis Græcorum literis inuenimus. ex eo ig
& Lisyto est is Hercules, quem concertauisse cum
line de tripode accepimus. alter traditur Nilo in
Aegyptius: quem aiunt Phrygiæ literas conscrip
tertius est ex Idæis indigenis: cui inferias afferu
quartus Iouis est, Asteriæ Latonæ sororis, quem I

ne colunt, cuius Carthaginem filiam ferunt. is in India, qui Belus dicitur. sextus hic ex Alia, quem Iuppiter genuit, sed tertius Iuppiter: ut iam docceo, plures Ioues etiam accepimus. Porro enim me in hunc locum deduxit oratio, docet meliora me didicisse de colendis dijs immortalibus pontificio, et maiorum more capedunculis ijs, quas nobis reliquit, de quibus in illa aurcola orationem recit I.ælius, quàm rationibus Stoicorum. si enim querar, dic, quid ei respondeam, qui me sic roget. si ait, sunt ne etiam Nymphæ deæ? si Nymphæ, Pætiæ, et Satyri. hi autem non sunt: ne Nymphæ quidem deæ igitur. at earum templa sunt publice uocata dedicata. quid igitur? ne ceteri quidem ergo dij, in quorum templa sunt dedicata. age porro, Iouem & Neptunum deum numeras: ergo etiam Orcus frater eorum & illi, qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Styx, Phlegeton, tum Charon, tum Cerberus, idij putandi. at id quidem repudiandum: ne Orcus quidem igitur. quid dicitis ergo de fratribus? Perseus agebat, non ut deos tolleret: quid enim Amphion minus conueniens? sed ut Stoicos nihil de replicare conuinceret. itaque insequabatur. quid quaerebat, si ij fratres sunt in numero deorum, num propterea Saturno negari potest? quem uulgo magis ad occidentem colunt. qui si est deus, patrem quoque Caelum esse deum confitendum est. quod si ita est, quoque parentes dij habendi sunt, Aether, & Torusque fratres, & sorores: qui à genealogis an- sic nominantur, amor, dolus, motus, labor, in- uidentia,

DE NATURA DEORVM

*uidentia, fatum, senectus, mors, tenebrae, miseria,
 rela, gratia, fraus, pertinacia, Parcae, Hesperides,
 mnia: quos omnes Erebo & Nocte natos ferunt.
 igitur haec monstra probanda sunt, aut prima illa
 lenda. quid? Apollinem, Vulcanum, Mercurium, et
 ros deos esse dices, de Hercule, Aesculapio, Libero,
 store, Polluce dubitabis? at hi quidem coluntur et
 atque illi, apud quosdam etiam multo magis. ergo
 di sunt habendi mortalibus nati matribus. quid
 staeus, qui clivae dicitur inuentor, Apollinis filius;
 seus, qui Neptuni; reliqui, quorum patres di, non
 runt in deorum numero? quid, quorum matres? op
 etiam magis. ut enim in iure civili, qui est de m
 libera, liber est: item iure naturae, qui de dea m
 est, deus sit necesse est. itaque Achillem Astypalea
 sula sanctissimum colit. qui si deus est: & Orpheu
 Rhesus di sunt matre musa nati. nisi forte matrit
 nuptiae terrenis antepcuntur. si hi di non sunt,
 nusquam coluntur; quo modo illi sunt? uide igitur
 uirtutibus hominum isti honores habeantur, non im
 talitatibus: quod tu quoque, Balbe, uisus es dicere.
 modo autem potes, si Latonam deam putes, Hecatē
 putare, quae matre Asteria est sorore Latonae? an
 quoque dea est? uidimus enim eius aras delubraque
 Graecia. sin haec dea est, cur non Eumenides? quae si
 sunt, quarum & Athenis fanum est, & apud nos
 ego interpretor, lucus Furinae: Furiae deae sunt, spe
 culatrices, credo, & uindices facinorum, & scelē
 quod si tales di sunt, ut rebus humanis intersint: i
 tio quoque dea putanda est: cui, cum fana circū*



et Ardeati, rem diuinā facere solemus. quæ quia
 matronarum tueatur, à nascentibus Natio nomi-
 nēst. ea si dea est, dii omnes illi, qui commemoraban-
 te, honos, fides, mens, concordia, ergo etiam spes,
 et cetera, omniaq; quæ cogitatione nobismet ipsis pos-
 sunt fingere. quod si uerisimile non est: ne illud qui-
 st, hæc unde fluxerunt. quid autem dicis? si dii
 illi, quos colimus, et accepimus: cur non eodem in-
 de Serapim, Isimq; numeremus? quod si facimus,
 barbarorum deos repudiemus? boues igitur, et e-
 libes, accipitres, aspidas, crocodilos, pisces, canes,
 et felles, multas præterea beluas in deorum nume-
 ronemus. quæ si reijciamus, illa quoque, unde hæc
 sunt, reijciemus. quid deinde? Ino dea dicetur,
 Leucothea à Græcis, à nobis Matuta dicitur, cum
 Admi filia: Circe autem, et Pasiphae, è Perseide
 ni filia natæ, patre sole, in deorum numero non
 buntur? quanquam Circen quoque coloni nostri
 ienses religiose colunt. ergo hanc deam dicis. quid
 hæc respondebis? quæ duobus auis, Sole, et Ocea-
 lecta patre, matre Idyia procreata est. quid huius
 orto fratri, qui est apud Pacuuium Egialeus? sed
 nomen ueterū literis usitatus. qui si dii non sunt,
 et quid agat Ino: hæc enim omnia ex eodem fonte
 vunt. an Amphiaras deus erit, et Trophonius?
 si quidem publicani, cum essent agri in Bæotia deo
 immortalium excepti lege censoria, negabant im-
 males esse ullos, qui aliquando homines fuissent. sed
 et hi dii; est certe Erichtheus, cuius Athenis et de-
 um uidimus, et sacerdotem. quem si deum faci-
 mus,

DE NATURA DEORVM

mus, quid aut de Codro dubitare possumus, aut de
 ris, qui pugnantes pro patriæ libertate ceciderunt
 quod si probabile non est: ne illa quidem superiora,
 de hæc manant, probanda sunt. atque in plerisque
 ciuitatibus intelligi potest, augendæ uirtutis gratia,
 libentius reip. causa periculum adiret optimus q
 que, uirorum fortium memoriam honore deorū imm
 calium consecratam: ob eam enim ipsam causam E
 cheus Athenis, filiæq; eius in numero deorum su
 ætemq; Leonaticum est delubrum Athenis, quod L
 rion nominatur. Alabandenses quidem sanctius A
 bandum colunt, à quo est urbs illa condita, quàm
 quam nobilium deorum: apud quos non inurbane
 tonicus, ut multa, cum quidam ei molestus Alaban
 deum esse confirmaret, Herculem negaret, ergo, in
 mihi Alabandus, tibi Hercules sit iratus. Illa autē,
 be, quæ tu à cælo, astrisq; ducebas, quàm longe ser
 non uides: solem deum esse, lunamq;: quorum alte
 Apollinem Græci, alteram Dianam putant. quòd
 na dea est: ergo etiam lucifer, ceteraq; errantes n
 rum deorum obtinebunt: igitur etiam inerrantes.
 autem arcus species non in deorum numero reponat
 est enim pulcher, & ob eam causam, quia speciem
 beat admirabilem, Thaumante dicitur esse nata. ci
 si diuina natura est, quid facies nubibus? arcus e
 ipse ex nubibus efficitur quodam modo coloratus. q
 rum una etiam Centauros peperisse dicitur. quòd
 bes retuleris in deos, referendæ certe erunt tempe
 tes, quæ populi R. ritibus consecratæ sunt. ergo imb
 nimbi, procellæ, turbines sunt dij putandi. nostri q



adduces mare ingredientibus immolare hostiam flucti-
 consueverunt. tum si est Ceres à gerendo, ita enim
 as: terra ipsa dea est, et ita habetur: quæ est enim
 tellus? sin terra: mare etiam; quem Neptunum esse
 as: ergo & flumina, & fontes. itaque & fontis
 rum Marso ex Corsica dedicavit: & in Augurum
 tione Tiberinum, Spinonem, Anemonem, Nodi-
 alia propinquorum fluminum nomina uidemus.
 hoc aut in immensum serpet, aut nihil horum re-
 nus, nec illa infinita ratio superstitionis probabi-
 nihil ergo horum probandum est. Dicamus igitur
 oportet contra illos etiam, qui hos deos ex homi-
 genere in cælum translatos non re, sed opinione
 icunt, quos auguste omnes sancteque ueneramur.
 ipio Ioues tres numerant ij, qui theologi nominan-
 ex quibus primum & secundum natos in Arca-
 alterum patre Aethere, ex quo etiam Proserpinam
 n ferunt, & Liberum; alterum patre Cælo, qui
 lisse Minervam dicitur, quam principem & inueni-
 n belli ferunt: tertium Crentensem Saturni filium:
 in illa insula sepulchrum ostenditur. διοκλουπος
 apud Graios multis modis nominantur. primi
 qui appellantur Anaces, Athenis ex Ioue rege an-
 timo, & Proserpina nati, Tricopatrens, Eubuleus,
 vsius. secundi Ioue tertio nati ex Leda, Castor &
 x. tertij dicuntur à non nullis Aleo, & Melam-
 molus, Atrei filij, qui Pelope natus fuit. iam mu-
 mæ quatuor, natæ Ioue altero, Thelxiope, Mne-
 ade, Melete. secundæ Ioue tertio, & Mnemosi-
 creatae nonem. tertiæ Ioue tertio Pieriæ natæ, et
 Antiopa:



DE NATURA DEORVM

Antiope: quas Picridas, & Pierias solent poetæ appellare, iisdem nominibus, eodem numero, quo proximi superiores. cumq; tu Solem, quia solus esset, appellat esse dicas: soles ipsi quàm multi à theologis proferuntur? unus eorum Ioue natus, nepos Aetheris: alter Perione: tertius Vulcano, Nili filio: cuius urbem Aegyptij uolunt esse eam, quæ Heliopolis appellatur. quartus is, quem heroicis temporibus Achanto Rhodij perisse dicitur, auum Ialysi, Camiri, & Lindi. quintus, qui Colchis fertur Aetam & Circen procreasse. Vulcani item, primus Cælo natus, ex quo Minerva Apollinem eum, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse uoluerunt. secundus Nilo natus Opas Aegyptij appellant, quem custodem esse Aegyptij lunt. tertius ex tertio Ioue, & Iunone, qui Lemnibrice traditur præfuisse. quartus Menalio natus, tenuit insulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ nominabantur. Mercurius unus Cælo patre, Die matre natus: cuius obscænius excitata natura traditur, quod aspectu Proserpinæ commotus sit. alter Valentis Phoronidis filius, is, qui sub terris habetur: idem Trophonius. tertius Ioue tertio natus, & Maia quo & Penelopa Pana natum ferunt. quartus Ilo patre, quem Aegyptij nefas habent nominare. quintus, quem colunt Pheneatæ, qui & Argum citur interemisse, ob eamq; causam Aegypto præfuisse, atque Aegyptijs leges & literas tradidisse. hunc Aegyptij Thoyth appellant: eodemq; nomine. primus mensis apud eos uocatur. Aesculapiorum: primus Apollinis, quem Arcades colunt, qui specul

in uel



fuisse, primusq; uulnus dicitur obligauisse. secundus Mercurij frater. is fulmine percussus, diuinitus esse Cynosuris. tertius Arisippi, & Arisippi qui primus purgationem alui, dentisq; euulsio-
 nem ferunt, inuenit: cuius in Arcadia non longe à
 flumine sepulcrum & lucus ostenditur. Apollini-
 antiquissimus is, quem paulo ante ex Vulcano na-
 tisse dixi, custodem Athenarum. alter Coribantis
 natus in Creta: cuius de illa insula cum Ioue ipso
 non fuisse traditur. tertius Ioue tertio natus &
 Maia: quem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenis-
 sisse in Arcadia, quem Arcades Nomionem ap-
 pellat, quod ab eo se leges ferunt accepisse. Dianæ item
 prima Iouis, et Proserpinæ, quæ pinnatum Cu-
 lem genuisse dicitur. secunda notior: quam Ioue
 & Latona natam accepimus. tertiæ pater Vpim-
 ur, Glaucæ mater. eam Græci sæpe Vpim paterno
 nomine appellant. Dionysios multos habemus: primum
 & Proserpina natum: secundum Nilo, qui Ny-
 xicitur interemisse: tertium Caprio patre; eumq;
 in Asiæ præfuisse dicunt; cuius Abazæ sunt insti-
 tutum Ioue & Luna, cui sacra Orphica putan-
 tur fieri: quintum Niso natum, et Thione; à quo Trie-
 s constitutæ putantur. Venus prima Cælo et Die
 cuius Elide delubrum uidemus. altera spuma pro-
 creta; ex qua & Mercurio Cupidinem secundum na-
 tum accepimus. tertia Ioue nata, & Dione; quæ nupsit
 Iuno. sed ex ea & Marte natus Anteros dicitur.
 & Syria, Tyroq; concepta: quæ Astarte uocatur:
 & Adonidi nupsisse traditum est. Minerva prima,

K

quam

DE NATURA DEORVM

quam Apollinis matrem supra diximus . secunda Nilo, quam Aegyptij Saitæ colunt . tertia illa , quæ Ioue generatam supra diximus . quarta Ioue nata Coriphe Oceani filia: quam Arcades Coriam nomine & quadrigarum inuentricem ferunt. quinta Pallan quæ patrem dicitur interemisse , uirginitatem suam lare conantem: cui pinnarum talaria affingunt . Cui primus Mercurio & Diana prima natus dicitur : secundus Mercurio & Venere secunda : tertius quidem Anteros Marte & Venere tertia . atque hæc quid atque eiusmodi ex uetere Græciæ fama collecta sunt quibus intelligis resistendum esse , ne perturbentur religiones . uestri autem non modo hæc non refelluntur etiam confirmantur, interpretando quorsum qui pertineat . Sed eò iam, unde huc digressi sumus, reuertamur . Num censes igitur subtiliore ratione opus ad hæc refellenda? nam mentem , fidem , spem , uirtutem, honorem, uictoriam , salutem , concordiam, teraq; eiusmodi rerum uim habere uidemus , non rerum . aut enim in nobismet insunt ipsis, ut mens , uirtus, ut spes, ut uirtus, ut concordia : aut optanda sunt, ut honos , ut salus , ut uictoria . quarum utilitate uideo etiam consecrata simulacra . et autem in his uis deorum insit, tum intelligam, cum cognouero . quod in genere uel maxime est fortuna miranda : quam nemo ab inconstantia & temeritate iunget : quæ digna certe non sunt deo . Iam uero uos illa delectat explicatio fabularum, & enodatum minimum? exectum à filio Cælum, uinctum itidem à Saturnum . hæc , & alia generis eiusdem ita defi-



¶ ij, qui ista finxerunt, non modo non insani, sed
sapientes fuisse uideantur. in enodandis autem
tribus, quod miserandum sit, laboratis. Saturnus,
ipse saturat annis: Maiors, quia magna uertit:
Ira, quia minuit, aut quia minatur: Venus, quia
ad omnia. Ceres à gerendo. quàm periculosa con-
do? in multis enim nominibus hærebitis. quid
mihi facies? quid Vulcano? quanquam, quoniam
animus à nando appellatum putas, nullum erit no-
men quod non possis una litera explicare, unde ductum
est quo quidem magis tu mihi natare uisus es, quàm
Neptunus. magnam molestiam suscepit, & mi-
hi necessariam primus Zeno, post Cleanthes, deinde
Dippus, commenticiarum fabularum reddere ra-
tiones, uocabulorum, cur quique ita appellati sint,
non potest explicare. quod cum facitis, illud profecto con-
ueni, longe aliter rem se habere, atque hominum
consuetudo sit: eos enim, qui dii appellantur, rerum naturas
non figuras deorum. qui tantus error fuit, ut per-
pensis etiam rebus non modo nomen deorum tribue-
rent, sed etiam sacra constituerentur: Febris enim fa-
cienda in Palatio, & ædem Larum, & aram Malæ For-
titudinis in Esquilij confsecratam uidemus. omnis igitur ta-
lis philosophia pellatur error, ut, cum de dijs immor-
talibus disputemus, dicamus digna dijs immortalibus:
his habeo ipse quid sentiam, non habeo autem
tibi assentiar. Neptunum esse dicis animum cum
intelligentia per mare pergentem. idem de Cerere.
autem intelligentiam aut maris, aut terræ non
comprehendere animo, sed ne suspicione quidem

DE NATURA DEORVM

possum attingere. itaque aliunde mihi quærendum
ut, & esse deos, & quales sint, discere possim, quæ
quales tu eos esse uelis. Videamus ea, quæ sequi-
tur: primum, deorum ne prouidentia mundus regatur
deinde, consulant ne dii rebus humanis: hæc enim
hi ex tua partitione restant duo. de quibus, si uobis
detur, accuratius differendum puto. Mihi uero,
quit Velleius, ualde uidetur: nam & maiora expe-
& his, quæ dicta sunt, uehementer assentior. Tum
bus, interpellare te, inquit, Cotta nolo: sed sume
tempus aliud: efficiam profecto ut fateare.

sed.

multa desunt

Nequaquam istuc istac ibit: magna inest certatio.
Nam ne ego illis supplicarem tanta blandiloquentia

ne parum ne ratiocinari uidetur, & sibi ipsa nefas
et pestem machinari? illud uero quam callida ra-

uolt quod uolt, ita dat se res ut operam dabit:

Ist uersus omnium seminator malorum:

peruersa mente mihi hodie tradidit repagula,
cuius ego iram omnem recludam, atque illi perni-
ciem dabo;

maiores, illi luctum; exitium illi, exilium mihi.

quidelicet rationem, quam uos diuino beneficio ho-

minis solum tributam dicitis, bestiae non habent. uides

utitur, quanto munere deorum simus affecti? atque

in Medea patrem, patriamque fugiens;

quam pater appropinquat, iamque, pene ut compre-

hendatur, parat,

nam interea obtruncat, membraque articulatim di-

cidit,

et agros passim dispergit corpus: id ea gratia,

ut nati dissipatos artus captaret parens,

inter ea effugeret; illum ut moeror tardaret sequi,

salutem ut familiari pareret parricidio.

ut scelus, sic nec ratio quidem defuit. quid ille su-

as epulas fratri comparans, non ne uersat huc & il-

lucitatione rationem?

ut mihi moles, maius miscendum est malum,

et illius acerbum cor contundam & comprimam.

nam ille ipse est praetereundus, qui non sat habuit

regem illexisse in stuprum: de quo recte & uerissi-

quitur Atrous:

ut re in summa summum esse arbitror

K

3

Periculum,



DE NATURA DEORVM

Periculum, matres coinquinari, regiam
 Contaminari stirpem, admisceri genus.
 at id ipsum quā calide, qui regnū adulterio quæreret
 Addo (inquit) huc, quod mihi portento cœlestum pa
 Prodigium misit regni stabilimen mei,
 Agnum inter pecudes aurea clarum coma,
 Quondam Thiestem clepere ausum esse è regia;
 Qua in re adiutricem coniugem cepit sibi.
 uidetur ne summa improbitate usus nō sine summa
 ratione? nec uero scena solum referta est his sceleribus
 sed multo uita communis pene maioribus. sentit dor
 uniuscuiusque, sentit forum, sentit curia, campus,
 cū, prouinciæ, ut, quemadmodum ratione recte fiat
 ratione peccetur; alterum & à paucis, et raro, alter
 & sæpe, & à pluribus: ut satius fuerit nullam om
 no nobis à dijs immortalibus datam esse rationem, quā
 tanta cum perniciē datam. ut uinum ægrotis, quia p
 dest raro, nocet sæpissime, melius est non adhibere ci
 nino, quā spē dubiæ salutis in apertam perniciem
 currere: sic haud scio, an melius fuerit, humano ge
 motum istum celerem cogitationis, acumen, solertia
 quam rationem uocamus, quoniam pestifera sint m
 tis, admodum paucis salutaria, non dari omnino, quā
 tam munifice & tam large dari. quamobrem si m
 uoluntasq; diuina iccirco consuluit hominibus, quod
 largita est rationem: ijs solis consuluit, quos bona r
 ne donauit: quos uidemus, si modo ulli sunt, esse p
 cos. non placet autem, paucis à dijs immortalibus
 consultum: sequitur ergo, ut nemini consultum sit. h
 loco sic soletis occurrere, non iccirco non optime nob



esse prouisum, quòd multi eorum beneficio peruerse
antur: etiam patrimonijs multos male uti, nec ob
causam eos beneficium à patribus nullum habere.
Istuc negat? aut quæ est in collatione ista similitu-
do? nec enim Herculi Deianira nocere uoluit, cum ei tu-
berculum sanguine Centauri tinctum dedit; nec prodesse
eo Iasoni is, qui gladio uomicam eius aperuit,
sanare medici non poterant: multi enim, etiam
obesse uellent, profuerunt, et, cum prodesse, obfue-
rita nõ fit, ex eo, quod datur, ut uoluntas eius, qui
dedit, appareat: nec, si is, qui accepit, bene utitur, ic-
tis, qui dedit, amice dedit. quæ enim libido, quæ
incontinentia, quod facinus aut suscipitur nisi consilio capto;
ne animi motu & cogitatione, id est ratione, perfici-
tur? nam omnis opinio ratio est, & quidem bona ra-
tio uera; mala autem, si falsa est opinio. sed à deo tan-
tationem habemus, si modo habemus; bonam au-
tationem, aut non bonam, à nobis: non enim, ut pa-
trium relinquitur, sic ratio homini est beneficio
data. quid enim potius hominibus dedissent, si
scire uoluissent? iniustitiæ autem, intemperantiæ,
incontinentiæ quæ semina essent, si his uitijs ratio non sub-
staret. Medea modo et Atreus cõmemorabantur à nobis,
iniquæ personæ, iniqua, subducta; ratione, nefaria sce-
ra meditantes. quid leuitates comicæ, parum ne semper
ratione uersantur? parum ne subtiliter disputat ille in-
dignus? igitur faciam? (Eunucho?)
Igitur, reuocat. redeam? non, si me obsecret.
Sed in Synephebis Academicorum more contra cõ-
muni opinionem non dubitat pugnare ratione, qui in

DE NATURA DEORVM

amore summo, summaq; inopia suaue esse dicit
Parentem habere auarum, illepidum, in liberos
Difficilem, qui te nec amet, nec studeat tui.
atque huic incredibili sententiæ ratiunculas sugge.
Aut tu illum fructu fallas: aut per literas
Auertas aliquod nomen: aut per seruolum
Percutias pavidum: postremo, à parco patre
Quod sumas, quanto dissipas libentius?
idemq; facilem & liberalem patrem incommodum
amanti filio disputat: quem
Neque quo pacto fallam, neque quid inde auferam
Nec quem dolum ad eum, aut machinam commoliar
Scio quidquam: ita omnes meos dolos, fallacias,
Præstigias præstrinxit commoditas patris.
quid ergo isti doli? quid machinæ? quid fallaciæ, p
stigiæq;? num sine ratione esse potuerunt? ò præcla
munus deorum: ut Rhormio possit dicere,
Cedo senem: iam instructa mihi sunt in corde con
omnia.

sed exeamus è theatro: ueniamus in forum: sessum
precor: quid ut iudicetur? qui tabularium incendit
quod facinus occultius? at se Q. Sossius, splendi
eques R. ex agro Piceno, fecisse confessus est. qui tr
scripserit tabulas publicas. id quoque L. Alenius fe
cum chyrographum sex primorum imitatus est. q
hoc homine solertius? cognosce alias quæstiones, aur
losani, coniurationis Iugurtinæ. repete superiora Ti
li de pecunia capta ob rem iudicandam: posteriore
incestu rogatione Peducea: tum hæc quotidiana, si
uenena, peculatus, testamentorū etiam lege noua qu

stioni



libes. inde illa actio, Ope consilioq; tuo furtum aio fa-
m esse: inde tot iudicia de fide mala, tutela, manda-
pro socio, fiducia; reliqua, quæ ex empto, aut uendi-
conducto, aut locato contra fidem fiunt: inde iudi-
m publicum rei priuatæ lege Lectoria: inde euerricu-
malitiarum omnium, iudicium de dolo malo: quod
Aquilus familiaris noster protulit. quem dolum idē
uilius tum teneri putat, cum aliud sit simulatum,
id actum. hanc igitur à dijs immortalibus tantam
utramur malorum sementem esse factam? si enim ra-
nem hominibus dij dederunt: & malitiam dederūt.
nim malitia, uersuta, et fallax nocendi ratio. ijdem
em dij fraudem dederunt, facinus, ceteraq; , quo-
nihil nec suscipi sine ratione, nec effici potest. uti-
igitur, ut illa anus optat,
in nemore Pelio securibus
ia cecidisset abiecta ad terram trabes;
estam calliditatem hominibus dij ne dedissent: qua
pauci bene utuntur: qui tamen ipsi sæpe à male utē-
q; opprimuntur. innumerabiles autē improbe utun-
ut donum hoc diuinū rationis, & consilij, ad frau-
homini- bus, non ad bonitatem impertitum esse ui-
etur. sed urgetis identidem, hominum esse istam cul-
pam, non deorum: ut si medicus grauitatem morbi, gu-
nator uim tēpestatis accuset. etsi hi quidem homin-
sed tamē ridiculi. quis enim te adhibuisset, dixerit
ipiam, si ista non essent? contra deum licet disputare
rius. in hominū uitijis ais esse culpam. eam dedisses
minibus rationem, quæ uitia culpamq; excluderet:
igitur locus fuit errori deorū? nam patrimonia spe-
bene

DE NATURA DEORVM

*Bene tradēdi relinquimus: qua possumus falli: deus
li qui potuit? an ut sol, in currum cum Phaetontem
lium sustulit? aut Neptunus, cum Theseus Hippolytum
perdidit, cum ter optandi à Neptuno patre habuisset
testatem? poetarum ista sunt: nos autem philosophi
uolumus, rerum auctores, non fabularum. atque i
men ipsi dī poetici, si scissent perniciosā fore illā fili
peccasse in beneficio putarentur. et, si uerum est q
Aristo Chius dicere solebat, nocere audientibus phil
phos ijs, qui bene dicta male interpretarentur: posse
nim asotos ex Aristippi, acerbos ē Zenonis schola e
re: prorsus, si, qui audierunt, uitiosi essent discessum
quod peruerse philosophorum disputationem interp
tarentur; tacere praeſtare philosophis, quā ijs, qu
audissent, nocere. sic, si homines rationē bono consili
dīs immortalibus datam, in fraudem malitiāq; cō
tunt; non dari illam, quā dari humano generi, mel
fuit. ut si medicus sciat, eum aegrotum, qui iussus si
num. sumere, meracius sumpturum, statimq; peritum
magna sit in culpa: sic uestra ista prouidentia repret
denda, quae rationem dederit ijs, quos scierit ea per
se, et improbe usuros. nisi forte dicitis eam nesciuiſſ
utinam quidem. sed non audebitis: non enim igno
quanti eius nomen putetis. sed hic quidem locus c
cludi iam potest. nam si stultitia, consensu omnium
loſophorum, maius est malum, quā si omnia mala
fortunae & corporis ex altera parte ponantur; sapi
tiam autē nemo assequitur: in summis malis omnes
mus, quibus uos optime consultum à dīs immortalib
dicitis. nam ut nihil interest, utrū nemo ualeat, an:*



possit ualere: sic non intelligo, quid intersit, utrum
sit sapiens, an nemo esse possit. ac nos quidem ni-
culta de re apertissima. Telamon autē uno uersu lo-
notum conficit, utrum dii homines negligent:
turent, bene bonis sit, male malis: quod nūc abest.
ant illi quidem omnes bonos efficere, si quidem ho-
m generi consulebant. sin id minus, bonis quidem
consultare debebant. cur igitur duos Scipiones, for-
los, & optimos uiros, in Hispania Pœnus oppres-
ur Maximus extulit filium consularem? cur Mar-
en Annibal interemit? cur Paulum Cannæ sustule-
it? cur Pœnorum crudelitati Reguli corpus est præbi-
t? cur Africanum domestici parietes non texerunt?
ec uetera, & alia permulta. propiora uideamus.
uunculus meus, uir innocētissimus, idemq; doctis-
s, P. Rutilius in exilio est? cur sodalis meus interfe-
domi suæ Drusus? cur temperantiæ, prudentiæq;
men ante simulacrum Vesteæ pontifex maximus est
pœuola trucidatus? cur etiam ante tot ciuitatis
tipes à Cinna interempti? cur omnium perfidiosissi-
C. Marius Q. Catulum, præstantissima dignitate
n, mori potuit iubere? dies deficiat, si uelim nume-
n quibus bonis male euenerit; nec minus, si comme-
m, quibus improbis optime. cur enim Marius tam
ter septimum consul domi suæ senex est mortuus?
mnim crudelissimus tam diu Cinna regnauit? at
pœnas. prohiberi melius fuit, impediriq; , ne tot
mos uiros interficeret, quàm ipsum aliquando pœ-
lare. summo cruciatu, supplicioq; Q. Varius, homo
rtunissimus; perijt: sed, quia Drusum ferro, Metel-
lum

DE NATURA DEORVM

*lū ueneno sustulerat: illos conseruari melius fuit, quā
 pœnas sceleris Varium pendere. duo de XL Diony-
 tyrannus annos fuit opulentissimæ et beatissimæ ci-
 tis. quā multas ante hunc in ipso Græciæ flore p-
 stratus, ac Phalaris, ac Apollodorus pœnas sustulit,
 tis quidem ante cruciatis, & necatis. et prædones
 ti sæpe pœnas dant, nec tamen possumus dicere non
 res captiuos acerbe, quā prædones necatos. And-
 chum Democritum à Cyprio tyranno excarnifica-
 accepimus, Zenonem Eleatem in tormentis necatu
 quid dicam de Socrate? cuius morti illacrymari s-
 Platonem legens. uides ne igitur, deorum iudicio,
 dent res humanas discrimen esse sublatum? Dioge-
 quidem Cynicus dicere solebat, Harpalum, qui tem-
 ribus illis prædo felix habebatur, contra deos testi-
 nium dicere, quòd in illa fortuna tam diu uiueret. I-
 nysius, de quo ante dixi, cum fanum Proserpinæ Lo-
 expilauisset, nauigabat Syracusas: isq; cum secundi-
 me cursum teneret, uidetis ne, inquit, amici, quā
 na à dijs immortalibus nauigatio sacrilegis detur?
 que homo acutus, cum bene, planeq; percepisset, in-
 dem sententia perseuerabat. qui, cum ad Peloponne-
 classem appulisset, & in fanum uenisset Iouis Olym-
 aureum ei detraxit amiculum grandi pondere, quo
 uem ornarat ex manubijs Carthaginiensium tyran-
 Gelo: atque in eo etiam cauillatus est, æstate graue
 aureum amiculum, hieme frigidum: eiq; laneū pall-
 iniecit, cum id esse aptum ad omne anni tempus di-
 ret. idemq; Aesculapij Epidauri barbam auream d-
 iussit: neque enim conuenire, barbatum esse filium,*



in omnibus fanis pater imberbis esset. iam mensas aureas de omnibus delubris iussit auferri: in quibus et more ueteris Græciæ inscriptum esset bonorū deo, uti se eorum bonitate uelle dicebat. idem uictorio aureas, et pateras, coronasq; , quæ simulacrorum ætatis manibus sustinebantur, sine dubitatione tolle reaq; se accipere, non auferre dicebat: esse enim stultum, à quibus bona precaremur, ab ijs porrigentibus et dantibus nolle sumere. eundemq; ferunt hæc, et dixi, sublata de fanis in forum protulisse, et per uentum uendidisse; exactaq; pecunia, edixisse, ut, ut quisque à sacris haberet, id ante diem certam in templum quidque fanum referret: ita ad impietatem in dios, in homines adiunxit iniuriam. hunc igitur nec Iovis Iupiter fulmine percussit, nec Aesculapius pro diuturnoq; morbo intabescentem interemit; at in suo lectulo mortuus, in Tympanidis rogū illatus, etiamq; potestatem, quam ipse per scelus erat nactus, si iustam, et legitimam hæreditatis loco filio tradidit. inuita in hoc loco uersatur oratio: uidetur enim auctoritatem afferre peccandi: et recte uideretur, nisi uirtutis, et uitiorum sine ulla diuina ratione grauius conscientiae pondus esset. qua sublata, iacent omnia. ut enim nec domus, nec respublica ratione quadam, et disciplina designata uideatur, si in ea nec recte fauor præmia extent ulla, nec supplicia peccatis: sic munus in homines moderatio profecto nulla est, si in discrimen nullum est bonorum, et malorū. at enim opera dii negligunt, neque agellos singulorum, nec peculas persequuntur, nec, si uredo, aut grando quipiam

DE NATURA DEORVM

piam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit. ne in
 ignis quidem reges omnia minima curant. sic enim
 citis: quasi ego paulo ante de fundo Formiano P. Ra-
 ly sim questus, non de amissa salute. atque hoc quid
 omnes mortales sic habent, externas commoditates,
 neta, segetes, oliueta, ubertatem frugum, & fructum
 omnem denique commoditatem, prosperitatemq; à
 dijs se habere: uirtutem nemo unquam acceptam
 retulit. nimirum recte: propter uirtutem enim iure
 damur, & in uirtute recte gloriatur. quod non e-
 tingeret, si id donum à deo, non à nobis haberem
 at uero aut honoribus aucti, aut re familiari, aut
 aliud quippiam nacti sumus fortuiti boni, aut dep-
 mus mali, cum dijs gratias agimus, tum nihil no-
 laudi assumptum arbitramur. num quis, quòd bo-
 uir esset, gratias dijs egit unquā? at quòd diues, q-
 honoratus, quòd incolumis. Iouemq; optimum ma-
 mum ob eas res appellant, non quòd nos iustos, t-
 peratos, sapientes efficiat, sed quòd saluos, incolum-
 opulentos, copiosos. neque Herculi quisquam deci-
 uouit unquam, si sapiens factus esset. quanquam
 thagoras, cum in geometria quiddam noui inueni-
 mus bouem immolasse dicitur. sed id quidem non
 do: quoniam ille ne Apollini quidem Delio hostiam
 molare uoluit, ne aram sanguine aspergeret. ad rem
 tem ut redeam, iudicium hoc omnium mortalium
 fortunam à deo petendam, à se ipso sumendam esse
 pientiam. quamuis menti delubra, & uirtuti, &
 consecremus: tamen hæc in nobis ipsis sita uidem-
 spei, salutis, opis, uictoriæ facultas à dijs expete-



Improbiorum igitur prosperitates, secundæq; res re-
sunt, ut Diogenes dicebat, vim omnem deorum,
potestatem. at non nunquam bonos exitus habent
eos quidem ascribimus, attribuimusq; sine ulla
ne dijs immortalibus. at Diagoras, cum Samothra
peruenisset, & deos ille qui dicitur, atque ei quidam
us, tu, qui deos putas humana negligere, non ne
aduerstis ex tot tabellis pictis, quàm multi uotis
tempestatis effugerint, in portumq; salui peruene-
rita fit, inquit: illi enim nusquam picti sunt, qui
tragium fecerunt, in mariq; perierunt. idemq;,
ei nauiganti uectores aduersa tempestate timidi,
verterriti dicerent, non iniuria sibi illud accidere,
alum in eandem nauem recepissent: ostendit eis in
m. cursu multas alias laborantes, quæsiuitq;, num
in in ijs nauibus Diagoram uehi crederent. sic enim
res habet, ut ad prosperam, aduersamue fortunam
as sis, aut quemadmodum uixeris, nihil intersit.
animaduertunt, inquit, omnia dij: ne reges qui-
quid est simile? Reges enim si scientes prætermi-
magna culpa est: at deo ne excusatio quidem est
rentiæ. quem uos præclare defenditis, cum dicitis,
vim deorum esse, ut, etiam si quis morte pœnas sce-
effugerit, expetantur eæ pœnæ à liberis, à nepo-
, à posteris. ô miram æquitatem deorum. ferret
la ciuitas latorem istiusmodi legis, ut condemna-
n filius, aut nepos, si pater, aut auus deliquisset?
nam Tantalidarum internecioni modus
iur? aut quænam unquam ob mortem Myrtili
als luendis dabitur satias supplici?

utrum

DE NATURA DEORVM

utrum poetæ Stoicos deprauauerint, an Stoici poetis
derint auctoritatem, nō facile dixerim : portenta enim
et flagitia ab utrisque dicuntur : neque enim, quem
ponactis iambus læserat, aut qui erat Archilochi in
uulneratus, à deo immissum dolorem, non conceptu
se ipso continebat : nec, cum Aegisti libidinem, au
Paridis uidemus, à deo causam requirimus, cum cu
pene uocem audiamus : nec ego multorum ægrorum
litem non ab Hippocrate potius, quàm ab Aescul
datam iudico : nec Lacedæmoniorum disciplinā di
unquam, ab Apolline potius Spartæ, quàm à Lycu
datam. Crytolaus inquam euertit Corinthum, Carti
nem Asdrubal. hi duos illos oculos oræ maritimæ
derunt, non iratus alicui, quem omnino irasci posse
gatis deum. at subuenire certe potuit, et conseruari
bestantas, atque tales. uos enim ipsi dicere soletis,
esse quod deus efficere non possit, et quidem sine la
ullo : ut enim hominū membra nulla contentione, r
te ipsa, ac uoluntate moueantur, sic numine deorum
omnia fingi, moueri, mutariq; posse. neque id dicit
perstitiose, atque aniliter, sed physica, constantiq;
tione : materiam enim rerum, ex qua, & in qua
nia sint, totam esse flexibilem, & commutabilem
nihil sit, quod non ex ea quamuis subito fingi, con
tiq; possit : eius autem uniuersæ fictricem, & mo
tricem diuinam esse prouidentiam : hanc igitur, qu
que se moueat, efficere posse quidquid uelit. itaque
nescit, quid possit : aut negligit res humanas : aut,
sit optimum, non potest iudicare. non curat singul
mines. non mirū : ne ciuitates quidem, non has : n



n quidem, et gentes. quòd si has etiam contemnet,
mirum est, omne ab ea genus humanum esse con-
mum? sed quo modo iſdem dicitis, non omnia deos,
qui; iſdem uultis, à dijs immortalibus homini-
ſpartiri, ac diuidi ſomnia? iccirco ſomnia hæc te-
quia ueſtra eſt de ſomniorum ueritate ſententia. at
ilem etiam uota ſuſcipi dicitis oportere. nempe ſin-
uouent. audit igitur mens diuina etiam de ſingu-
detis ergo, eam non eſſe tam occupatam, quàm pu-
tis? fac eſſe diſſentiam, cælum uerſantem, terram
em, maria moderatam. cur tam multos deos nihil
ceſſare patitur? cur nō rebus humanis aliquos
os deos præficit? qui à te Balbe innumerabiles ex-
ſi ſunt. hæc ferè dicere habui de natura deorum,
ut eam tollerem, ſed ut intelligeretis, quàm eſſet ob-
et quàm difficiles explicatus haberet. Quæ cum
et Cotta, ſinem fecit. Lucilius autem, vehemen-
nquit, tu quidem Cotta inuectus es in eam Stoi-
rationem, quæ de prouidentia deorum ab illis
ſſime et prouidentiffime conſtituta eſt. ſed quo-
adueſperaſcit, dabis diem nobis aliquem, ut con-
a dicamus. eſt enim mihi tecum pro aris, et focis
nen, et pro deorum templis, atque delubris,
urbis muris, quos uos pontifices ſanctos eſſe dici-
igētiusq; urbē religione, quàm iſſis mœnibus cin-
quæ deſeri à me, dum quidem ſpirare potero,
iudico. Tum Cotta, Ego uero et opto redargui
albe: et ea, quæ diſputaui, diſſerre malui, quàm
re: et facile me à te uinci poſſe, certo ſcio.
pe, inquit Velleius, qui etiam ſomnia putet ad



nos mitti ab Ioue. quæ ipsa tamen tam leuia non sunt
quàm est Stoicorum de natura deorum oratio. Hæc
essent dicta, ita discessimus, ut Velleio Cottæ disput
uerior, mihi Balbi ad ueritatis similitudinem uideri
esse propensior.



TULLII CICERONIS
DE DIVINATIONE

LIBER I.

V ETVS opinio est, iam usque ab he-
roicis ducta temporibus, eaq; & po-
puli R. & omnium gentium firma-
ta consensu, uersari quandam inter
homines diuinationem, quam Græ-
ci *μαντικὴν* appellant, id est præ-
sentem, & scientiam rerum futurarum. magnifica
omnium res, & salutaris, si modo est ulla, qua; proxi-
morum uim natura mortalis possit accedere. ita-
alia nos melius multa, quam Græci: sic huic præ-
sentis rei nomen nostri à diuis, Græci, ut Plato in-
uenitur, à furore duxerunt. gentem quidem nullam
neque tam humanam, atque doctam, neque tam
rem, tamq; barbaram, quæ non significari futu-
ræ à quibusdam intelligi, prædiciq; posse censeat.
incipio Assyrii, ut ab ultimis auctoritatem repe-
ropter planitiem, magnitudinemq; regionum,
colebant, cum cælum ex omni parte patens, at-
tentum intueretur, traiectiones, motusq; stellarum
conuerunt: quibus notatis, quid cuique significare-
morie prodiderunt. qua in natione Chaldæi non
sunt, sed ex gentis uocabulo nominati, diuturna
ratione siderum, scientiam putantur effecisse, ut
posset, quid cuique euenturum, et quo quisque fato
esset. eadem artem etiam Aegyptii longinquitate

DE DIVINATIONE

temporum innumerabilibus pene seculis consecuti
tur. Cilicum autem, & Pisidarum gens, & his fin
ma Pamphylia, quibus nationibus praesumimus ipsi,
tibus avium, cantibusq; certissimis signis declarari
futuras putant. quam uero Graecia coloniam mi
Aetoliam, Ioniam, Asiam, Siciliam, Italiam sine
thio, aut Dodonæo, aut Ammonis oraculo? aut quo
lum susceptum ab ea sine consilio decorum est? nec u
genus est diuinationis publice, priuatimq; celebra
nam ut omittam ceteros populos, noster quam r
genera cōplexus est? Principio huius urbis paren
mulus nō solum auspicato urbem condidisse, sed ips
optimus augur fuisse traditur. deinde auguribus
reliqui reges usi: et exactis regibus nihil publici
auspicijs nec domi, nec militiae gerebatur. cumq;
gna uis uideretur esse & in impetrandis, consuler
rebus, & in monstris interpretandis, ac procur
in haruspicum disciplina: omnem hāc ex Etruria,
tiam adhibebant, ne genus esset ullum diuinati
quod neglectum ab ijs uideretur. & cum duobu
dis animi sine ratione, & scientia, motu ipsi suc
to, & libero incitarentur, uno furente, altero
niente: furoris diuinationem Sibyllinis maxime
bus contineri arbitrati, eorum decem interprete
ctos ex ciuitate esse uoluerunt. ex quo genere sa
lorum etiam, & uatum furibundas praediction
Octauiano bello Cornelij Cilleoli, audiendas pu
runt. nec uero somnia grauiora, si quae ad Rem
sinere iussa sunt, à summo consilio neglecta sunt
etiam memoria nostra templum Iunonis sospite



ui cum P. Rutilio consul fuit, de senatus senten-
fecit ex Cæcilie Balearici filie somnio. atque
ego arbitror, ueteres rerum magis euentis moni-
am ratione docti, probauerunt. Philosophorum
exquisita quædam argumenta, cur esset uera di-
o, collecta sunt. ex quibus, ut de antiquissimis
, Colophonius Xenophanes unus, qui deos esse
et, diuinationem funditus sustulit. reliqui uero,
, præter Epicurum balbutientem de natura deo-
diuinationem probauerunt, sed non uno mo-
am cum Socrates, omnesq; Socratici, Zenoq;, &
ab eo essent profecti, manerent in antiquorum
phorum sententia, uetere Academia, & Peri-
cis consentientibus; cumq; huic rei magnam au-
ntem Pythagoras iam ante tribuisset, qui etiam
ugur uellet esse; plurimisq; locis grauis auctor,
ritus præensionem rerum futurarum compro-
Dicæarchus Peripateticus cetera diuinationis
sustulit, somniorum, & furoris reliquit; Cra-
q; familiaris noster, quem ego parem summis
uteticis iudico, iisdem rebus fidem tribuit, reli-
uinationis genera reiecit. sed cum Stoici omnia
a defenderent, quod & Zeno in suis commen-
quasi semina quædam sparsisset, & ea Cleanthes
uberiora fecisset: accessit acerrimo uir ingenio
ppus, qui totam de diuinatione duobus libris ex-
it sententiam, uno præterea de oraculis, uno
nijs. quem subsequens, unum librum Babylo-
iogenes edidit eius auditor, duos Antipater, quin-
ster Posidonius. sed à Stoicis uel principibus eius,
L 3 disciplina,



DE DIVINATIONE

disciplinæ, Posidonij doctor, discipulus Antipatri, generauit Panætius: nec tamen ausus est negare, esse diuinandi, sed dubitare se dixit. quod illi in alio re, inuitissimis Stoicis, Stoico facere licuit; id nos reliquis rebus faciamus, à Stoicis non concedetur? perferim cū ille, de quo Panætio non liquet, reliquis eadem disciplinæ solis uideatur luce clarius. sed hæc eadem laus Academiae, præstantissimi philosophi iudicio et testimonio cōprobata est. etenim nobismet ipsis querentibus, quid sit de diuinatione iudicandū, quòd a neade multa acute, & copiose contra Stoicos disputant, uerentibusq; ne temere uel falsæ rei, uel nō sanguinæ assentiamur, faciendum uidetur, ut diligenter etiam atque etiam argumenta cum argumentis corremus, ut fecimus in ijs tribus libris, quos de naturæ deorum scripsimus. nam cum omnibus in rebus temeritas in assentiendo, errorq; turpis est, tū in eo locum maxime, in quo iudicandum est quantum auspicijs, rebus diuinis, religioniq; tribuamus: est enim periculum aut neglectis ijs impia fraude, aut susceptis anilibus stitione obligemur. quibus de rebus & alias sæpe paulo accuratius nuper, cum essem cum Q. fratrem in Tusculano disputatum est. Nam cum ad diuinandi causam in Lyceum uenissemus, (id enim super gymnasium nomen est) perlegi, inquit ille, tuum ante tertium de natura deorum: in quo disputatio, quanquam labefactauit sententiam meam, non ditius tamē sustulit. Optime uero, inquit: et ipse Cotta sic disputat, ut Stoicorum magis arguatur confutetur, quàm hominum deleat religionem.

Quin



deus, dicitur quidem istuc, inquit, à Cotta, & uerò
 is, credo ne communi iure migrare uideatur: sed,
 contra Stoicos differendi, deos mihi uidetur fun-
 tollere. eius orationi non sanè desidero quid respon-
 : satis enim defensa religio est in secundo libro à
 io: cuius disputatio tibi ipsi, ut in extremo tertio
 is, ad ueritatem est uisa propensior. sed, quod præ-
 ssum est in illis libris, credo quia commodius arbi-
 es separatim id quæri, deq; eo differi, id est de di-
 uinatione, quæ est earum rerum, quæ fortuitæ putantur,
 uictio, atque præsentio, id, si placet, uideamus quâ
 ut uim, & quale sit. ego enim sic existimo: si
 a genera diuinandi uera, de quibus accepimus,
 colimus; esse deos: uicissimq; si dii sint, esse
 uinent. Arcem tu quidem Stoicorum, in-
 p, Quinte defendis: siquidem ista sic recipiatur;
 , si diuinatione sit, dii sint; et, si dii sint, sit diuina-
 uorū neutrum tã facile, quàm tu arbitraris, conce-
 . nam & natura significari futura sine deo pos-
 & ut sint dii, potest fieri, ut nulla ab ijs diuina-
 ueneri humano tributa sit. Atq; ille, mihi uero;
 it, satis est argumenti, & esse deos, & cōsulere re-
 humanis, quod esse clara & perspicua diuinationis
 præiudico. de quibus quid ipse sentiã, si placet, expo-
 ta tamē, si uacas animo, neque habes aliquid, quod
 sermoni præuertēdū putes. Ego uero, inquã,
 philosophiæ, Quinte, semper uaco: hoc autem tempore,
 sit nihil aliud, quod libenter agere possimus, multo
 s au eo audire, de diuinatione quid sentias. Ni-
 inquit, equidē noui, nec quod præter ceteros ipse sen-

tiam: nam cum antiquissimam sententiam, tum omnium populorum, et gentium consensu comprobata sequitur. Duo sunt enim diuinandi genera: quorum alterum est, alterum naturæ. quæ est autem gens, aut quæ uitas, quæ non aut extis pecudum aut monstra, aut gura interpretatum, aut augurum, aut astrologorum aut sortium, (ea enim fere artis sunt) aut somniorum aut uaticinationum (hæc enim duo naturalia putantur) prædictione moueatur? quarum quidem rerum eu magis arbitror, quam causas, quæri oportere. est uis, et natura quædam, quæ tum obseruatis longæ poræ significationibus, tum aliquo instinctu, inflatu uino futura prænunciat. quare omittat urgere Cades: quod faciebat etiam Panætius requirens, Iupiter cornicem à læua, coruum à dextra canere iussisset. seruata sunt hæc tempore immenso, et significationibus animaduersa, et notata. nihil est autem, quod longinquitas temporum, excipiente memoria, prodemonumentis, efficere, atque assequi possit. mirari licet quæ sint animaduersa à medicis herbarum genera, radicum ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos uulnera. quorum uim, atque naturam ratio nunquam explicauit: utilitate et ars est, et inuentor probat age, ea, quæ, quanquam ex alio genere sunt, tamen diuinationi sunt similia, uideamus.

Atque etiam uentos præmonstrat sæpe futuros
Inflatum mare, cum subito, penitusque tumescit,
Saxaque cana, salis niueo spumata liquore,
Tristificas certant Neptuno reddere uoces,
Aut densus stridor cum celso è uertice montis



adaugeſcit ſcopulorum ſæpe repulſu.
his rerum præſenſionibus prognostica tua referta
quis igitur elicere cauſas præſenſionum poteſt? et ſi
Boethium Stoicum eſſe conatum. qui hætenus ali-
egit, ut earum rationem rerum explicaret, quæ in
xaló ue fierent. illa uero cur eueniant, quis pro-
liter dixerit?

fulix itidem fugiens è gurgite ponti,
uiat horribiles clamans inſtare procellas,
et modicos tremulo fundens è gutture cantus.
etiam pertriſte canit de pectore carmen,
tutinis A credula uocibus inſtat,
us inſtat, et affiduas iacit ore querelas,
brimum gelidos rores aurora remiſtit.
q; non nunquam curſans per littora cornix
rſit caput, et fluctum ceruice recepit.
mus hæc ſigna nunquam fere cmentientia: nec ta-
cur ita fiat, uidemus.

quoque ſigna uidetis aquai dulcis alumnae,
clamore paratis inanes fundere uoces,
doq; ſono fontes, et ſtagna cietis.
ſt, qui ranunculos hoc uidere ſuſpicari poſſit? ſed
mire et ranunculis quædam natura ſignificans,
id, per ſe ipſa ſatis certa, cognitioni autem homi-
bbſcurior.

pedesq; boues ſpectantes lumina cæli
us, humiferum duxere ex acre ſuccum.
uaro cur, quoniam, quid eueniat, intelligo
uero ſemper uiridis, ſemperq; grauata
ſcus triplici ſolita grandefeere ſortu,

DE DIVINATIONE

Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.
 ne hæc quidē quæro, cur hæc arbor una ter floreat, aut
 cur arandi maturitatem ad signum floris accommedet.
 hoc sum cōtentus, quod, etiam si, quo quidque fiat, igno-
 rē, quid fiat intelligo. pro omni igitur diuinatione idē,
 quod pro omnibus ijs rebus, quas commemoravi, respo-
 debo. quid scāmonæ radix ad purgandum, quid aris-
 lochia ad morsus serpentum possit, quæ nomē ex inuo-
 tore repperit, rem ipsam inuētor ex somnio, uideo; quod
 satis est: cur possit, nescio. sic uentorum, & imbrum
 gna, quæ dixi, rationem quam habeant, non satis pers-
 cio: uim & euentum agnosco, scio, approbo. similita,
 quid fissum, in extis, quid fibra ualeat, accipio: quæ ca-
 sa sit, nescio. atq; horū quidē plena uita est: extis enī
 omnes fere utūtur. quid de fulgurum ui, dubitare non
 possumus? non ne cum multa alia mirabilia, tū illud
 primis? cū summanus in fastigio iouis optimi maximi
 qui tū erat fictilis, è cœlo icīus esset, nec usquā eius sim-
 lacri caput inueniretur, haruspices in Tiberim id dep-
 sum esse dixerūt, idq; inuentū est eo loco, qui est ab har-
 spicibus demonstratus. sed quo potius utar aut auctō-
 aut teste, quā te? cuius edidici etiam uersus, et lubet
 quidem, quos in secūdo Cōsulatu Vrania musa pronun-
 ciat. Principio ætherio flammatus Iuppiter igni
 Vertitur, & totum collustrat lumine mundum,
 Mentēq; diuina cœlum terrasq; petessit:
 Quæ penitus sensus hominum, uitasq; retentat,
 Aetheris æterni septa, atq; inclusa cauernis.
 Et si stellarum motus cursusq; uagantes
 Nosse uelis, quæ sint signorum in sede locata,



uerbo, & falsis Graiorum uocibus errant,
extra certo lapsu, spatioq; feruntur:
nunc iam cernes diuina mente notata.
primum astrorum uolucres te consule motus,
cursumq; graues stellarum ardore micantes
uocque, cum tumulos Albano in monte niuales
passi, & lato maestas lacte Latinas,
passi, & claro tremulos ardore cometas,
maque, nisi ceri nocturna strage putasti,
nil ferme dirum in tempus cecidere Latinae,
ma claram speciem concreto lumine luna
uidit, & subito stellanti nocte perempta est.
ma uero Phœbi fax, tristis nuncia belli,
ma magnum ad columen flammato ardore uolabat,
ma ipites cœli partes, obitusq; petisset?
ma cum terribili perculsus fulmine ciuis,
ma serenanti uitalia lumina liquit?
ma cum se grauidò tremefecit corpore tellus?
ma uero uariæ nocturno tempore uisæ
ma uibiles formæ bellum, motusq; monebant:
ma queq; per terras uates oracla furenti
ma ore fundebant tristes minitantiæ casus.
ma que ea, quæ lapsu tandem cecidere uetusto,
ma isfore, perpetuis signis, clariq; frequentans
ma deum genitor cœlo, terrisq; canebat.
ma que ea, Torquato quæ quondam & consule Cotta
ma uis ediderat Tyrrhenæ gentis haruspex,
ma que fixa tuus glomerans determinat annus.
ma pater altitonans stellanti nixus olympo
ma uos quondam tumulos, ac templa petiuit,

DE DIVINATIONE

Et Capitollinis iniecit sedibus ignes.
 Tum species ex ære uetus generataq; Natte
 Concidit, et ipsæq; uetusto numine leges:
 Et diuum simulacra peremit fulminis ardor.
 Hic siluestris erat, Romani nominis altrix,
 Martia, quæ paruos Mauortis semine natos
 Vberibus grauidis uitali rore rigabat:
 Quæ tum cum pueris flammato fulminis ictu
 Concidit, atque auulsa pedum uestigia liquit.
 Tum quis non artis scripta, ac monumenta uolutans
 Voces tristificas chartis promebat Etruscis?
 Omnes ciuili generosam stirpe profectam
 Vitare ingentem cladem, pestemq; monebant:
 Vel legum exitium constanti uoce ferebant,
 Tempia deumq; adeo flammis, urbesq; iubebant
 Eripere, & stragem horribilem, cædemq; uereri:
 Atque hæc fixa graui fato, ac fundata teneri,
 Ni post excisum ad columnen formata decore
 Sancta Iouis species claros spectaret in ortus:
 Tum fore, ut occultos populus, sanctusq; senatus
 Cernere conatus posset, si solis ad ortum
 Conuersa, inde patrum sedes, populiq; uideret.
 Hæc tardata diu species, multumq; morata,
 Consule te tandem celsa est in sede locata:
 Atque una fixi, ac signati temporis hora
 Iuppiter excelsa clarabat sceptræ columna,
 Ac clades patriæ flamma, ferroq; parata,
 Vocibus Allobrogum patribus populoq; patebat.
 Rite igitur ueteres, quorum monumenta tenetis,
 Qui populos, urbesq; modo, ac uirtute regebant;



etiam uestri, quorum pietasq; , fidesq; . . .
stitit, & longe uicit sapientia cunctos,
cipue ingenti coluerunt numine diuos.
adeo penitus cura uidere sagaci
qui studijs læti tenuere decoris,
Academia umbrifera, nitidoq; Lyceo
terunt claras fecundi pectoris artes.
uibus ereptum primo iam à flore iuuentæ,
patria in media uirtutum mole locauit.
tamen anxiferas curas requiete relaxas,
ad patriæ uoces studijs, nobisq; sacraſti.
igitur animum poteris inducere contra ea, quæ à me
utatur, de diuinatione dicere, qui et gesseris ea, quæ
ſiſti, et ea, quæ pronūciaui, accuratiſſime ſcripſeris?
quæris Carneades, cur hæc ita ſiſſiant, aut qua arte
ſpici poſſint? neſcire me fateor: euenire autem, te
dico uidere. caſu, inquis. ita ne uero? quidquàm po-
eſſe caſu factū, quod omnes habet in ſe numeros ue-
ritis? quatuor tali iacti, caſu uenereum efficiunt. num
centum uenereos, ſi C C C C talos ieceris, caſu
pyros putas? aſperſa temere pigmenta in tabula, oris
camenta effingere poſſunt: num etiam Veneris Cni-
, Coæq; pulchritudinem effingi poſſe aſperſione for-
ta putas? ſus roſtro ſi humi A literam impreſſerit, nū
pterea ſuſpicari poteris, Andromacham Ennii ab ea
ſe deſcribi? ſingebat Carneades, in Chiorum Lapici-
is ſaxo diſſiſſo caput extitiſſe Paniſci. credo, ali-
am non diſſimilem figuram, ſed certe non talem,
eam factam à ſcopa diceres: ſic enim ſe proſecto
habet, ut nunquam perfectè ueritatem caſus imi-
tetur,

DE DIVINATIONE

tetur . at non nunquam ea, quæ prædicta sunt, m
eveniunt . quæ tandem id ars non habet? earū dici
tium, quæ cōiectura continentur, & sunt opinabile
medicina ars non putanda est? quam tamen multa
lunt . quid? gubernatores non ne fallūtur? an Ach
rum exercitus, & tot navium rectores non ita pro
sunt ab Illo, ut profectioe læti piscium lasciiviā int
tur, ut ait Pacuvius , ne tuendi satietas capere pos
Interea prope iam occidente sole inhorrescit mare,
Tenebræ conduplicantur, noctisq; & nimbium occ
nigror .

num igitur tot clarissimorum ducum, regumq; nau
gium sustulit artem gubernandi? aut num imperato
sciētia nihil est, quia sūmus imperator nuper fugit a
so exercitu? aut num propterea nulla est Reip. gere
ratio, atque prudentia, quia multa Cn. Pōpeium, q
dam M. Catonem, non nulla etiam te ipsum fefeller
similis est haruspiciū respōsio, omnisq; opinabilis diu
tio: coniectura enim nititur: ultra quam progredi
potest. ea fallit fortasse non nunquam, sed tamē ad
ritatem sæpissime dirigit: est enim ab omni æterni
repetita. in qua cum pene innumerabiles res eodē m
evenirēt iisdem signis antegressis, ars est effecta, ead
sæpe animadvertendo, atque notando. Auspicia uero
stra quā constant? quæ quidē nunc à Romanis aug
ribus igncrantur; bona hoc tua uenia dixerim: à Ci
cibus, Pamphylis, Pisidis, Lycijs tenentur. n.ā quid
hospitem nostrum, clarissimum, atque optimum uirum
Deiotarum regem cōmemorem? qui nihil unquam i
si auspicato gerit: qui cum ex itinere quodam propesi
Et i



nam constituto reuertisset aquilæ admonitus uolatu,
laue illud, ubi erat mansurus, si ire perrexisset, pro
nocte corruit. itaque, ut ex ipso audiebã, persæpe
rtit ex itinere, cum iam progressus esset. multorum
um uiam. cuius quidem hoc præclarissimum est,
postea quàm à Cæsare tetrarchiæ regno, pecu-
mulctatus est, negat se tamẽ eorum auspiciorum,
sibi ad Pompeium proficiscenti secunda euenerint,
tere: senatus enim auctoritatem, & populi R. li-
tem, atque imperij dignitatem suis armis esse desen-
sibiq; eas aues, quibus auctoribus officiũ, & fidem
eus esset, bene consuluisse: antiquiorẽ enim sibi suis
sessionibus suis gloriã. ille igitur mihi uidetur ue-
gurari. nam nostri quidem magistratus auspicijs
tur coactis: necesse enim est, offa obiecta cadere fru-
ex pulli ore, cum pascitur. quod autem scriptum
eis, aut tripudium fieri, si ex ea quid in solidum ce-
et: hoc quoque, quod dixi coactum, tripudium so-
um dicitis. itaque multa auguria, multa auspicia,
Cato ille sapiens queritur, negligẽtia collegij amis-
ne, & deserta sunt. nihil fere quondam maioris
nisi auspicato, ne priuatim quidem gerebatur: quod
nunc nuptiarum auspices declarant, qui re omissa
n tantum tenent. nam ut nunc extis, quãquam id
aliquãto minus, quàm olim; sic tũc auibz magnæ
petriri solebant. itaque, sinistra dum non exqui-
: in dira, & in uitiosa incurrimus. ut P. Claudius
Cæci filius, eiusq; collega L. Iunius classes maxi-
perdiderunt, cũ uitio nauigassent. quod eodem mo-
enit Agamemnoni, qui, cum Achini cœpissent

Inter

DE DIVINATIONE

Inter se strepere, aperteq; artem obterere extispicum
 Soluere imperat secundo rumore, auersaq; aui.
 sed quid uetera? M. Crasso quid acciderit, uidemus,
 rum obnunciatione neglecta. in quo Appius collega
 us, bonus augur, ut ex te audire soleo, non satis sci
 uirum bonum, & ciuem egregium cē sor C. Aethe
 notauit, quod emētutum auspicia subscripserit. esto
 rit hoc censoris, si iudicabat emētutum. at illud min
 auguris, quod ascripsit, ob eam causam populū R.
 mitatem maximam cepisse. si enim ea causa calamiti
 fuit, nō in eo est culpa, qui obnūciauit; sed in eo, qui
 paruit: uerā enim fuisse obnunciationē, ut ait ide
 gur, & censor, exitus approbavit. quæ si falsa fuis
 nullā afferre potuissent causam calamitatis: etenim
 ra, sicut cetera auspicia, ut omina, ut signa, non c
 afferunt cur quid eueniat, sed enunciant euentura
 prouideris. non igitur obnunciatio Aethey causam
 xit calamitatis, sed signo obiecto monuit Crassum,
 euenturum esset, nisi cauisset. ita aut illa obnūcia
 hil ualuit: aut si, ut Appius iudicat, ualuit, id uali
 peccatum hæreat non in eo, qui monuerit, sed in e
 non obtemperarit. Quid lituus iste uester, quod cla
 mū est insigne auguratus, unde uobis est traditus?
 pe eo Romulus regiones direxit tum, cum urbem
 dit. qui quidem Romuli lituus, idest incuruum, &
 ter à summo inflexum bacillum, quod ab eius litui
 canitur, similitudine nomē inuenit; cum situs esset
 ria Saliorum, quæ est in Palatio, eaq; deflagrasset,
 tus est integer. quid multis annis post Romulum,
 regnante Tarquinio? quis ueterum scriptorum m



que sit ab Atio Nauio per lituum regionum facta scriptio? qui cum propter paupertatem sues pueret, una ex his amissa, nouisse dicitur, si recuperasset, se deo daturum, quæ maxima esset in uinea. e sue inuenta, ad meridiem spectans, in uinea meretur constitisse: cumq; in quatuor partes uineam hñet, trisq; partes aues abdixissent, quarta parte, erat reliqua, in regione distributa, mirabili magnitudine uiam, ut scriptum uidemus, inuenit. quare celestis, cum uicini omnes ad unum de rebus suis referret in magno nomine, & gloria. ex quo factum, eum ad se Rex Priscus accerseret. cuius cum tententiam auguratus, dixit ei se cogitare quiddam; set ne fieri, consuluit. ille augurio acto, posse respo-
tarquinius autem dixit, se cogitasse cotem nouacule præcidi: tum Atium iussisse experiri: ita cotem uitium illatam inspectante et rege, & populo notesse discissam. ex eo euenit, ut & Tarquinius ad Atio Nauio uteretur, et populus de suis rebus adferret. cotem autem illam, & nouaculam defossam Comitio, supraq; impositum puteal accepimus. nus omnia, comburamus annales, ficta hæc esse dicunt, quiduis denique potius, quam deos res humanas, fateamur: quid, quod apud te scriptum est de iaccho, non ne & augurum, & haruspicum com-
disciplinam? qui, cum tabernaculum uitio cepisprudens, quod inauspicato pomerium transgressus comitia Consulibus rogandis habuit. nota res est, e ipso mandata monumentis. sed & ipse augur iacchus auspiciorū auctoritatem confessione errati



sui comprobavit, & haruspicum disciplinæ magnæ
 cessit auctoritas, qui recentibus comitijs in senatum
 introducti, negauerunt iustum comitiorum rogatorē
 se. his igitur assentior, qui duo genera diuinationi
 dixerunt: unum, quod particeps esset artis: alter
 quod arte careret. est enim ars in ijs, qui nouas res
 æctura persequuntur, ueteres observatione didicer
 carent autem arte ij, qui non ratione, aut conie
 obseruatis, ac notatis signis, sed concitatione qu
 animi, aut soluto, liberoq; motu futura præsent
 quod & somniantibus sæpe contingit, et non nun
 uaticinantibus per furorem, ut Bacchis Bæotius, i
 menides Cres, ut Sibylla Erythræa. cuius generis
 la etiam habenda sunt, non ea, quæ æquatis sortit
 cuntur; sed illa, quæ instinctu diuino, afflatuq; fi
 tur. etsi ipsa sors contemnenda non est, si & auct
 tem habet uetustatis, ut eæ sunt sortes, quas è terr
 tas accepimus: quæ tamen ductæ, ut in rem ap
 dant, fieri posse credo diuinitus. quorum omnium
 pretes, ut grammatici poetarum, proxime ad eo
 quos interpretantur, diuinationem uidentur acci
 quæ est igitur ista calliditas, res uetustate robustas
 niando uelle peruertere? non reperio causam. lati
 tasse obscuritate inuoluta naturæ. nō enim me de
 scire, sed his tantum modo uti uoluit. utar igitur
 abducar, ut rear aut in extis totam Etruriam deli
 aut eandem gentem in fulguribus errare, aut fal
 portenta interpretari, cum terræ sæpe fremitus
 mugitus, sæpe motus multa nostræ Reip. multa
 ciuitatibus graua & uera prædixerint. quid, qu



partus hic mulæ; non ne, quia factus extitit in ste-
 re naturæ, prædictus est ab haruspibus incredi-
 tus malorum? quid? Ti. Gracchus Publij filius;
 consul & censor fuit, idemq; et summus augur,
 sapiens, cuiusq; præstans, non ne, ut C. Grac-
 filius eius, scriptum reliquit, duobus anguib; do-
 prehensis haruspices conuocauit? qui cum respon-
 si, si marem emisisset, uxori breui tempore esse mo-
 rum; si foeminam, ipsi: æquius esse censuit, se matu-
 petere mortem, quàm P. Africani filiam adole-
 ntis. foeminam emisit: ipse paucis post diebus est
 is. irrideamus haruspices; uanos, futiles esse di-
 cos; quorumq; disciplinam & sapientissimus uir, et
 is, ac res comprobauit, contemnamus: contemna-
 ram Babylonios, & eos, qui ex Caucaſo cœli si-
 uantes, numeris, & motibus, stellarum cursus
 uuntur: condemnemus inquam hos aut stultitiæ,
 nitatis, aut imprudentiæ, qui CCCCLXX millia
 um, ut ipsi dicunt, monumentis comprehensa con-
 s; & mentiri iudicemus, nec sæculorum reliquo-
 dicium, quod de ipsis futurum sit, pertimescere.
 urbari uani, atque fallaces: num etiam Graiorum
 u mentita est? quæ Cræſo Pythius Apollo, ut de
 li diuinatione dicam, quæ Atheniensibus, quæ
 monijs, quæ Taygetis, quæ Argiuis, quæ Co-
 responderit, quis ignorat? collegit innumera-
 racula Chrysippus, nec ullum sine locuplete au-
 etque teste. quæ quia nota tibi sunt, relinquo. de-
 num hoc: nunquam illud oraculum Delphistam
 , & tam clarum fuisset; neque tantis donis re-

DE DIVINATIONE

fertum omnium populorum atque regum, nisi
 ætas oraculorum illorum ueritatem esset experta.
 diu idem non facit. ut igitur nunc minore gloria
 quia minus oraculorum ueritas excellit: sicutum
 summa ueritate, in tanta gloria non fuisset. potest
 uis illa terræ, quæ mentem Pythiæ divino afflatu
 tabat, euanuisse uetustate, ut quosdam exaruisse ar-
 aut in alium cursum cõtortos, et deflexos uidemus.
 ut uis, acciderit: magna enim quæstio est: modo m-
 id, quod negari non potest, nisi omnem historiam
 uerterimus, multis seclis uerax fuisse id oraculum.
 omittamus oracula: ueniamus ad somnia. de quib-
 sputans Chrysippus, multis, & minutis somnijs
 gendis, facit idem quod Antipater, ea cõquirens,
 Antiphontis interpretatione explicata, declara-
 quidem acumen interpretis, sed exemplis grandis
 decuit uti. Dionysij mater, eius, qui Syracusioru
 rannus fuit, ut scriptum apud Philistum est, & de
 hominem, et diligentem, & æqualem tēporum ill-
 cum prægnans hunc ipsum Dionysium alio conti-
 somniauit se peperisse satyriscum. huic interprete.
 tentorum, qui Galleotæ tum in Sicilia nominabatur
 respõderunt, ut ait Philistus, eum, quem illa pepe-
 clarissimum Græciæ diuturna cum fortuna fore. i.
 ad fabulas reuoco uel nostrorum, uel Græcorum
 rum? narrat enim & apud Ennium Vestalis illa.
 Excita cum tremulis anus attulit artubus lumen,
 Talia commemorat lacrymans exterrita somno.
 Euridica prognata, pater quam noster amauit,
 Vires uitaq; corpus meum nunc deserit omne.



me uisus homo pulcher per amœna salicta
raptare, locosq; nouos. ita sola
germana soror errare uidebar,
q; uestigare, & quærere te, neque posse
capeßere. semita nulla pedem stabilibat.
compellere pater me uoce uidetur
bis, ò gnata tibi sunt ante gerendæ
re: post ex fluuio fortuna resistet.
iter effatus, germana, repente recessit,
dedit in conspectum corde cupitus:
quam multa manus ad cœli cœrula templa
nam lacrymans, & blanda uoce uocabam.
erro tum corde meo me somnu' relinquit.
am si ficta sunt à poeta, non absunt tamen à con
me somniorum. sit sane etiam illud cõmenticiu,
amur est conturbatus.
pater grauida parere se ardentem facem
in somnis Hecuba: quo facto pater
e Priamus, somnio mentis metu
us, curis sumptis suspirantibus
ficabat hostijs balantibus.
uictorem postulat pacem petens,
uoceret obsecrans Apollinem,
e uertant tantæ sortes somnium.
uaclo uoce diuina edidit
puerum, primus Priamo qui foret
natus tempora, hunc si tolleret,
exitium Troiæ, pestem Pergamo.
, ut dixi, somnia fabularum: hisq; adiungatur
uæ somnium: quod innumerum Fabij pictoris*

DE DIVINATIONE

Græcis annalibus eiusmodi est, ut omnia, quæ ab
neâ gesta sunt, quæq; illi acciderunt, ea fuerint, q
secundum quietem uisa sunt. sed propiora uideam
cuiusnam modi est superbi Tarquinij somnium, d
in Bruto Accij loquitur ipse?

Cum iam quieti corpus nocturno impetu
Dedi, sopore placans artus languidos,
Visum est in somnis, pastorem ad me appellere
Pecus lanigerum eximia pulchritudine,
Duos consanguineos arietes inde eligi,
Præclarioremq; alterum immolare me:

Deinde eius germanum cornibus connitier
In me arietare, eoq; ictu me ad casum dari:
Exin prostratum terra grauitèr saucium,
Resupinum, in cælo contueri maximum ac
Mirificum facinus, dextrorsum orbem flammeum
Radiatum solis liquier cursu nouo.

eius igitur somnij quæ sit à coniectoris interp
facta, uideamus.

Rex, quæ in uita usurpant homines, cogitant, c
uident,

Quæq; agunt uigilantes, agitantq; , ea si cui in
accidunt,

Minus mirum est: sed in re tanta haud temere i
uiso offerunt:

Proin uide, ne, quem tu esse hebetem deputes æ
pecus,

Is sapientia munitum pectus egregium gerat,
Teq; regno expellat. nam id, quod de sole ost
est tibi,



pro commutationem rerum portendit fore. . . .
propinqua hæc bene uerruncet populo, nam quod
dexteram.

cursum ab læua signum præpotens, pulcherrime
cratū est, rem Romanam publicam summam fore.
hunc ad externa redeamus. Matrem Phalaridis scri-
pticus Heraclides, doctus uir, auditor, et discipu-
ltonis, uisam esse uidere in somnijs simulacra deo-
rum quæ ipsa Phalaridis domi consecrauiſſet: ex his
unum ē patera, quam dextra manu teneret, san-
guinem uisum esse fundere: qui cum terram attigisset,
nescere uideretur sic, ut tota domus sanguine redū-
tū quod matris somnium immanis filij crudelitas cō-
tūit. quid ego, quæ magi Cyro illi principi inter-
dicti sunt, ex Dionysij Persicis libris proferam? nam
prominenti ei sol ad pedes uisus esset, ter eum scribit
appetuisse manibus, cum se conuoluens sol ela-
tar, et abiret: ei magos dixisse, quod genus sapien-
tiorum doctorum habebatur in Persis, ex triplici appe-
te solis, XXX annos Cyrum regnaturum esse, por-
tū quod ita contigit. nam ad septuagesimum perue-
nit XL natus annos regnare cōpisset. est profecto
etiam in barbaris gētibus præsentiens, atque di-
s: si quidē ad mortē proficiscens Calanus Indus cū-
deret in rogiū ardentē, o præclarum discessum, in-
uita, cum, ut Herculi cōtigit, mortali corpore cre-
n lucē animus excesserit. cumq; Alexander cum-
et, si quid uellet, ut diceret: optime, inquit: prop-
te uidebo. quod ita cōtigit: nā Babylone paucis post
Alexander est mortuus. Discedo pariter a sonijs:

DE DIVINATIONE

ad quæ mox reuertar. Qua nocte templum Ephesi-
 næ deflagrauit, eadem constat ex Olympiade natum
 Alexandrum, atque, ubi lucere cœpisset, clauitasse
 gos, pestem, ac perniciem Asiæ proxima nocte nata
 Hæc de Indis, & magis. redeamus ad somnia. An-
 nem Celiuss scribit, cum columnam auream, quæ effi-
 fano Iunonis Lacinia, auferre uellet, dubitaretq; i
 ea solida esset, an extrinsecus inaurata, perterebraui-
 cumq; solidam inuenisset, statuissetq; tollere, secum
 quietem uisam esse ei Iunonem prædicere ne id face-
 minitariq; , si id fecisset, se curaturam, ut eum qui
 oculum, quo bene uideret, amitteret: idq; ab hor-
 acuto non esse neglectum: itaque ex eo auro, quod
 rebratum esset, buculam curasse faciendam; & ea
 summa columna collocauisse. hoc idem in Sileni, q
 Celiuss sequitur, Græca historia est. is autem diligen-
 sime res Annibalis persecutus est. Annibalem, cum
 pisset Saguntum, uisum esse in somnijs à Ioue in deo
 concilium uocari: quò cum uenisset, Iouem impera-
 ut Italiæ bellum inferret, ducemq; ei unum ex con-
 datum: quo illum utentem, cum exercitu progredi-
 pisse: tum ei ducem illum præcepisse, ne resisteret:
 lum autem id diutius facere non potuisse, elatumq;
 piditate respexisse: tum uisam beluam uastam, &
 manem, circumplicatam serpentibus, quacumque in-
 ret, omnia arbuta, uirgulta, tecta peruertere: &
 admiratum quæfisse de deo, quidnam illud esset tale-
 strum, & deum respondisse, uastitatem esse Italiæ: p-
 cepisseq; ut pergeret protinus; quid retro, atque à ter-
 fieret, ne laboraret. Apud Agathocle scriptum in his



Hamilcarem Carthaginensem, cum oppugnaret
Ias, uisum esse audire uocem, se postridie cœnatu
racusis: cum autem is dies illuxisset, magnam se
m in castris eius inter Pœnos, & sículos milites
tam: quod cum sensissent Syracusani, improviso
castra irrupisse, Hamilcaremq; ab ijs uiuum esse
m. ita res somnium comprobauit. plena exem-
est historia, tum referta uita communis. At ue-
ecius ille Q. filius, qui primus è Decijs consul
m esset tribunus mil. M. Valerio, & A. Corne-
ulibus, à Samnitibusq; premeretur noster exerci-
n pericula præliorum iniret audacius; monere-
t cautior esset, dixit, quod extat in annalibus;
omnijs uisum esse, cum in medijs hostibus uersa-
occidere cum maxima gloria. et tum quidem in-
exercitum obsidione liberauit. post triennium
cum consul esset, deuouit se, et in aciem Latino-
bit armatus. quo eius facto superati sunt, et dele-
ci: cuius mors ita gloriosa fuit, ut eandem concu-
i filius. Sed ueniamus nunc, si placet, ad somnia
phorum. Est apud Platonem Socrates, cum esset
idia publica, dicens Critoni suo familiari, sibi
tium diem esse moriendum: uidisse se in somnijs
tudine eximia fœminam, quæ se nomine appel-
eret Homericum quendam eiusmodi uersum:

Phthiæ tempestas læta locabit.

Est dictum, sic scribitur cōtigisse. Xenophon so-
phista, qui uir, & quantus, in ea militia, qua cū Cy-
re perfunctus est, sua scribit somnia. quorū exi-
abiles extiterunt. mentiri Xenophontem, an de-
lirare

DE DIVINATIONE

lirare dicemus: quid singulari uir ingenio Aristoteles
 & pene diuino, ipse ne errat, an alios uult errare, con-
 scribit, Eudemum Cyprium, familiarem suum, iuxta
 Macedoniam facientem pheras uenisse; quæ erat in
 in Thessalia tum admodum nobilis, ab Alexandro
 tem tyranno crudeli dominatu premebatur: in eorū
 tur oppido ita grauiter ægrum Eudemum fuisse, ut
 mnes medici diffiderent: ei uisum esse in quiete egro-
 facie iuuenem dicere, fore ut breui conualesceret, po-
 cisq; diebus interiturum Alexandrum tyrannū, ip-
 autem Eudemum quinquennio post domum esse redi-
 rum. atque ita quidem prima statim scribit Aristoteles
 consecuta, & conualuisse Eudemum, & ab uxoris
 tribus interfectum tyrannum: quinto autem anno
 eunte; cum esset spes ex illo somnio in Cyprium
 ex Sicilia esse rediturum, præliantem eum ad Syri-
 sas occidisse: ex quo ita illud somnium esse interpre-
 tum, ut, cum animus Eudemi ex corpore excesserit, in
 domum reuertisse uideatur. Adiungamus philosophum
 doctissimum hominem, poetam quidem diuinum, &
 phoclem: qui, cum ex æde Herculis patera aurea
 uis surrepta esset, in somnijs uidit ipsum deum dic-
 tem qui id fecisset. quod semel ille, iterumq; neglexit
 ubi idem sæpius, ascendit in Ariopagum, detulit re-
 Ariopagitæ comprehendendi iubent eum, qui à sophis-
 erat nominatus. is, quæstione adhibita, confessus est
 teramq; retulit. quo facto, fanum illud Indicis Her-
 nominatū est. Sed quid ego Græcorum? nescio quod
 do magis me nostra delectant. omnes hoc historici, &
 bii, Gellii, sed proxime Celsus, cum bello Latino ludis



maximi primum fierent, ciuitas ad arma repente
citata. itaque ludis intermissis instauratiui consti-
tunt. qui antequā fierent, cumq; iam populus con-
t, seruus per circum, cum uirgis caderetur, furcā
ductus est. exin cuidam rustico Romano dormien-
s est uenire, qui diceret, præsultorem sibi non pla-
ludis, idq; ab eodem iussum esse cum senatui num-
illum non ausum: iterum esse idem iussum, et mo-
ne uim suam experiri uellet; ne tum quidem esse
exin filium eius esse mortuū: eandem in somnijs
anitionem fuisse tertiam; tum illum etiam debilem
rem, rem ad amicos detulisse, quorum de sententia
ula in curiam esse delatum; cumq; senatui somniū
auisset, pedibus suis saluum reuertisse. itaque som-
nprobato a senatu, ludos illos iterum instauratos
priae proditum est. C. uero Gracchus multis dixit,
aptū apud eundem Celiū est, sibi in somnijs quæ-
an petenti Ti. fratrem uisum esse dicere, quam uel
inctaretur, tamen eodem sibi leto, quo ipse inte-
esse pereundum: hoc, antequam tribunus pl. Grac-
factus esset, & se audisse scribit Celiū, & dixisse
us. quo somnio quid inueniri potest certius? quid
uo somnia, quæ creberrime commemorantur à Stoi-
uis tandem potest cōtemnere? unum de Simonide:
um ignotum quendam proiectum mortuum uidis-
umq; humanisset, haberetq; in animo nauem con-
tere, moneri uisus est, ne id faceret, ab eo, quem se-
ra affecerat: si nauigasset, cum naufragio esse pe-
um: itaque Simonidem redisse; perisse ceteros,
um nauigassent. alterum ita traditum clarum ad-
modum

DE DIVINATIONE

modum somnium: cum duo quidam Arcades familiares iter una facerent, & Megaram uenissent, alterum ad cauponem diuertisse, ad hospitem alterum: qui ut cuncti quiescerent, concubia nocte uisum esse in somnijs ei, qui erat in hospitio, illum alterum orare ut subueniret, quòd sibi à caupone interitus pararetur: cū primo perterritum somnio surrexisset: dein, cum se collegisset, id uisum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse: ei dormienti eundem illum uisum esse rogare, ut, quoniam sibi uiuo non subuenisset, mortem suam ne inultam & pateretur: se interfectum in plaustrum à caupone & coniectum, & supra stercus iniectum: petere, ut man ad portam adesset, priusquam plaustrum ex oppido exiret: hoc uero cum somnio commotū mane bubulco praesto ad portā fuisse; quæsisse ex eo, quid esset in plaustro illum perterritum fugisse, mortuum erutum esse, cauponem re patefacta poenas dedisse. quid hoc somnio diuinius potest? sed quid aut plura, aut uetera quaerimus? sæpe tibi meum narraui: sæpe ex te somnium auui tuum: me, cum Asiae prouinciæ præessem, uidisset quiete, cum tu equo aduectus ad quandam magni fluminis ripā, prouectus subito, atque delapsus in flumen, nusquam apparuisses, me contremuisse timore perterritum: tum te repente lætū extitisse, eodemq; equo aduersam ascendisse ripam, nosq; inter nos esse complexos. facilis coniectura huius somnij: mihiq; à peritis in Asia prædictum est, fore eos euentus rerum, qui acciderunt. uenio nūc ad tuum. audiui equidem ex te ipso, sed mihi sæpius salustius noster narrauit: cum in illa fuga nobis gloriosa, patriæ calamitosa, in uilla quadam cæpi Atinatis



et maneres, magnamq; partem noctis uigilasses, ad
denique arcte, & grauiter dormire cœpisse:
, quanquam iter instaret, te tamen silentium fieri
, neque esse passum te excitari: cum autem exper
esses hora secunda fere, te sibi somnium narrauis-
sum tibi esse, cum in locis solis mastus errares, C.
cum cum fascibus laureatis quærere ex te, quid tri-
tes: cumq; tu te tua patria ui pulsum esse dixisses,
ndisse eum dextram tuam, & bono animo te ius-
se, lictoriq; proximo tradidisse, ut te in monumen-
tum deduceret; et dixisse, in eo tibi salutem fore:
& se exclamasse Salustius narrat, reditum tibi cele-
& gloriosum paratum, & te ipsum uisum somnio-
ari. nam illud mihi ipsi celeriter nunciatum est:
uisses in monumēto Marij de tuo reditu magnifi-
imum illud S. C. esse factum, referēte optimo, et
mo uiro consule, idq; frequentissimo theatro, in-
bili clamore, & plausu cōprobatum; dixisse, te ni-
Atinati somnio fieri posse diuinius. at multa fal-
mo obscura fortasse nobis. sed sint falsa quædam:
uera quid dicimus? quæ quidem multo plura eue-
ntibus ea pars animi, quæ mētis & rationis par-
sit, sopita langueat; illa autē, in qua feritas quæ-
t, atque agrestis immanitas, cum sit immoderato
efacta potu, atque pastu, exultare eam in somno,
derateq; iactari. itaque huic omnia uisa obijciun-
nente, ac ratione uacua: ut aut cum matre corpus
miscere



DE DIVINATIONE

miscere uideamur, aut cum quouis alio uel homine deo, sæpe belua, atque etiam trucidare aliquem, & pie cruentari, multaq; facere impure, atque tetre, temeritate, atque impudentia. at qui salubri, & derato cultu, atque uictu quieti se tradiderit, ea animi, quæ mentis & consilij est, agitata, & erecturataq; bonarum cogitationum epulis, eaq; partem, quæ uoluptate alitur, nec inopia enecta, nec tate affluenti, quorum utrunque præstringere mentis solet, siue deest naturæ quippiam, siue abutatur, atque effluit; illa etiam tertia parte animi, in qua existit ardor, sedata, atque restincta: tum eueniet, his animi temerarijs partibus compressis, ut illa pars rationis, & mentis eluceat, & se uegetam ad uiuandum, acremq; præbeat: tum ei uisa quietis orrent tranquilla atque ueracia. Hæc uerba ipsa Plato expressi. Epicurum igitur audiemus potius? nam neades concertationis studio modo ait hoc, modo iat ille quid sentit? sentit autem nihil unquam elegi nihil decorum. hunc ergo antepones Platoni, & Socrati? qui ut rationem non redderent, auctoritate tamen minutos philosophos uinceret. iubet igitur Plato somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit, errorem animis, perturbationemq; afferat. ex quo Pythagoricis interdictum putatur, ne faba uesceretur, quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillæ mentis quærenti uera contrariam. cum ergo est seuocatus animus à societate, & contagione corporum meminit præteritorum, præsentia cernit, si prouidet: iacet enim corpus dormientis, ut mortui;



et uiuit animus. quod multo magis fatiet post
em, cum omnino ex corpore excesserit. itaque ap-
proinquante morte multo est diuinior. nam et id ipsum
est, qui sunt morbo graui et mortifero affecti, insta-
urtem. itaque his occurrunt plerunque imagines
suorum: tumque uel maxime laudi studet: eosque, qui
quam decuit uixerunt, peccatorum suorum tum ma-
gnoparitet. diuinare autem morientes, etiam illo ex-
emplum infirmat Posidonius, quo affert Rhodium quendam
atem sex aequales nominasse, et dixisse, qui primus
qui secundus, qui deinceps moriturus esset. sed tri-
modis censet decorum appulsu homines somniare:
quod provideat animus ipse per sese, quippe qui
in cognatione teneatur: altero, quod plenus aeterni
trialium animorum, in quibus tanquam insignitae
ueritatis appareant: tertio, quod ipsi dum cum dor-
mibus colloquantur: idque, ut modo dixi, facilius eue-
niat propinquante morte, ut animi futura auguren-
tur. ex quo et illud est Calani, de quo ante dixi, et Ho-
meri Hectoris, qui moriens propinquam Achilli mor-
tem enunciat: neque enim illud uerbum temere consue-
tapprobauisset, si ea res nulla esset omnino.
Sed uigabat animus frustra me ire, cum exirem domo.
Sed enim sentire acute est: ex quo sagae anus, quia
scire uolunt, et sagaces dicti canes. is igitur, qui
uigilat, quam oblata res est, dicitur praesagire, idest
ante sentire. inest igitur in animis praesagitio
secus iniecta atque inclusa diuinitus. ea si exar-
tus, furor appellatur, cum a corpore animus ab-
scedit diuino instinctu concitatur.

Sed

DE DIVINATIONE

*Sed quid oculis rapere uisa est derepente ardentil
ubi illa paulo antez sapiens uirginali modestia?*

Mater optuma, tum multo mulier melior,

Missa sum superstitiosis ariolationibus:

Neque me Apollo fatis sandis dementem inuitam

Virgines uero æquales, patris mei meum factum

Optimi uiri. mea mater tui me miseret, mei piget.

*Optumam progeniem Priamo repperisti extra me
dolet,*

Me obesse, illos prodesse; me obstare, illos obsequi.

*ò poema tenerum, & moratum, atque molle. sed h
nus ad rem. illud, quod uolumus, expressum est, u
cinari furor uera soleat.*

Adest, adest fax obuoluta sanguine, atque incendi

Multos annos latuit. ciues ferte opem, & resting

*deus inclusus corpore humano, iam non Cassand
quitur.*

Iamq; mari magno classis cita

Texitur, exitium examen rapit:

Aduenit, & fera ueliuolantibus

Nauibu' compleuit manu' littora.

tragædias loqui uideor, & fabulas. at ex te ip

cõmenticiam rem, sed factam, eiusdem generis at

C. Coponium ad te uenisse Dyrrhachium, cum pr

imperio classi Rhodiæ præesset, cū primis homini

dentem, atque doctū: cumq; dixisset, remigem: q

ex quinqueremi Rhodiorum uaticinatum, mades

iri minus XXX diebus Græciam sanguine; re

Dyrrhachij, & conscensionem in naues cum fug

gentibus miserabilem respectum incendiorum fo

Rhod



corum classi propinquum reditum, ac domum itio-
ari: tum neque te ipsum non esse commotum; Mar-
Varronem, & M. Catonem, qui tum ibi erant,
homines, uehementer esse perterritos: paucis sa-
diebus ex pharsalica fuga uenisse Labienum:
interitum exercitus nunciauisset, reliqua uati-
nis breui esse confecta. nam & ex horreis dire-
effusumq; frumentum uias omnes, angiportusq;
uerat: & uos naues subito perterriti metu con-
tis: & noctu ad oppidum respicientes, flagran-
arias, quas incenderant milites, quia sequi no-
t, uidebatis: postremo à Rhodia classe deserti, ue-
ntem fuisse sensistis. Exposui quàm breuissime po-
nii, & furoris oracula, quæ carere arte dixerã.
in amborum generum una ratio est, qua Cratippus
uti solet, animos hominum quadam ex parte ex-
us esse tractos, & haustos. ex quo intelligitur,
ra diuinum animũ, humanus unde ducatur: hu-
ntem animi eam partem, quæ sensum, quæ mo-
uæ appetitum habeat, nõ esse ab actione corporis
ram: quæ autem pars animi rationis, atque intel-
æ sit particeps, cã tum maxime uigere, cum plu-
absit à corpore. itaque ex ipsis exemplis uerarũ
ationum, & somniorum Cratippus solet rationẽ
dere hoc modo. si sine oculis non potest extare of-
& munus oculorum, possunt autem aliquando
on fungi suo munere: qui uel semel ita est usus
ut uera cerneret, is habet sensum oculorum uera-
tium. item igitur, si sine diuinatione non potest
um & munus diuinationis extare, potest autem

N

quis,

DE DIVINATIONE

quis, cum diuinationem habeat, errare aliquandi uera cernere : satis est ad confirmandam diuinationem semel ita esse aliquid diuinatum, ut nihil fortuito disse uideatur. sunt autem eius generis innumera esse igitur diuinationem confitendum est. Quae aut coniectura explicantur, aut euentis animadu notata sunt, ea genera diuinandi, ut supra dixi, naturalia, sed artificiosa dicuntur. in quo haruspices, coniectoresq; numerantur. haec improba peripateticis, à Stoicis defenduntur. quorum alia posita in monumentis, & disciplina; quod Etrusci declarant & haruspici, & fulgurales, & ritubri, nostri etiam augurales: alia autem subito ex re coniectura explicantur, ut apud Homerum Caecilius ex passerum numero belli Troiani annos augurat: et ut in Sisennae scriptum historia uidemus, inspectante factum est, ut, cum Sylla in agro immolaret ante praetorium, ab infima ara subito emergeret. cum quidam C. Postumius haruspex illum, ut in expeditionem exercitum educeret; Sylla fecisset, tum ante oppidum Nola Samnitum castra cepit. facta coniectura etiam in Nisio est paulo ante quam regnare coepit: qui cum agrum Leontinum iter faciens, equum ipse dimissum; summersus equus uoraginibus non extitum cum maxima contentione non potuisset extrahere scessit, ut ait Philistus, ægre ferens. cum autem tutulum progressus esset, subito exaudiuit hinnitum spexisq; & equum alacrem lætus aspexit, cuius ba examen apum confederat. quod ostentum



nam, ut Dionysius paucis post diebus regnare cœ-
ruit? Lacedæmonijs paulo ante Leuctricam cala-
m quæ significatio facta est, cum in Herculis fa-
ci sonuerunt, Herculisq; simulacrum multo sudo-
ruit? at eodem tempore Thebis, ut ait Callisthe-
templo Herculis ualuæ clausæ repagulis, subito
aperuerunt, armaq; quæ fixa in parietibus fue-
runt humi sunt inuēta. cumq; eodem tempore apud
Trophonio res diuina fieret, gallos gallina-
leo loco sic assidue canere cœpisse, ut nihil inter-
mitterent. tum augures dixisse Bœotios, Thebanorum
victoriam, propterea quod avis illa uicta silere sole-
bat si uicisset. eademq; tempestate multis signis
Lacedæmonijs Leuctricæ pugnæ calamitas denunciaba-
tur. & Lysandri, qui Lacedæmoniorum clarif-
uerat, statua, quæ Delphis stabat, in capite coro-
nato extitit ex aspe is herbis, et agrestibus: stellæq;
quæ Delphis erant à Lacedæmonijs positæ post
illam uictoriam Lysandri, qua Athenienses
perierunt, qua in pugna quia Castor & Pollux cum
Lacedæmoniorum classe uisi esse dicebantur, eorum in
celorum stellæ aureæ, quas dixi, Delphis positæ,
ante Leuctricam pugnam deciderunt, neque re-
surrexerunt. maximum uero illud portentum iisdem
dies fuit, quod, cum oraculum ab Ioue Dodonæo
petent, de uictoria sciscitantes, legatiq; illud, in-
ter sortem collocauissent, simia, quam Rex Mo-
narchus in delicijs habebat, & sortem ipsas, & cetera,
ad sortem parata, disturbauit, & aliud alio-
quid, tum ea, quæ præposita erat oraculo, sacerdos

DE DIVINATIONE

dixisse dicitur, de salute Lacedæmonijs esse, non de victoria cogitandum. Quid bello punico secundo? non C. Flaminius consul iterum, neglexit signa rerum futurarum magna cum clade reip? qui exercitu lustratum cum Aretium uersus castra mouisset, & contra Annibalem legiones duceret, & ipse & equus eius augurium Iouis Statcris sine causa repente concidit, eam rem habuit religioni, obiecto signo, ut peritis uidebatur, ne committeret prælium. idem cum tripudio conspicaretur, pullarius diem prælij committendi differebat. tum Flaminius ex eo quæsiuit, si ne postea quando pulli pascerentur, quid faciendum censeret. cum quiescendum respondisset, Flaminius, præclara auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, scilicet nihil geretur: itaque signa conuelli, & se sequi in quo tempore, cum signifer primi hastati signum posset mouere loco, nec quidquam proficeret, plures cum accederent: Flaminius re nunciata suo more neglexit: itaque tribus horis concisus exercitus, atque ipse interfectus est. Magnum illud etiam, quod addit Cælius, eo ipso tempore, cum hoc calamitosum fore prælium, tantos terræmotus in Ligurijs, Gallijs, & pluribusq; insulis, totaq; in Italia factos esse, ut multa oppida corruerint, multis locis labe facta sit, tempesta defecerint, fluminaq; in contrarias partes fluxerint atque in amnes mare influxerint. Fiunt certe diuinationum coniecturæ à peritis. Midæ illi Phrygi, cum puer esset, dormienti formicæ in os tritici grana ingesserunt. ditissimum fore, prædictum est. quod cum nit: at Platoni, cum in cunis paruulo dormienti ap-



illis consedissent, responsum est, singulari illum
 ite orationis fore. ita futura eloquentia prouisa
 nte est. quid amores, ac deliciae tuae Roscius?
 ut ipse, aut pro eo Lanuuium totum mentieba-
 ri cum esset in cunabulis, educareturq; in Selo-
 ne est campus agri Lanuuii: noctu lumine apposi-
 ta recta nutrix animaduertit puerum dormientem
 implicatum serpentis amplexu. quo aspectu exter-
 rorem sustulit. pater autem Roscij ad haruspices
 qui responderunt, nihil illo puero clarius, nihil
 is fore. atque hanc speciem Praxiteles caelauit ar-
 te, & noster expressit Archias uersibus. quid igitur
 amamus? an, dum in foro nobiscum dii immortales,
 uijs uersentur, dum domi? qui quidem ipsi se no-
 ta offerunt, uim autem suam longe, lateq; diffun-
 quam cum terrae cauernis includunt, tum homi-
 turis implicant. nam terrae uis Pythiam Delphis
 dat, naturae Sibyllam. quid enim? non uidemus,
 unt uaria terrarum genera? ex quibus & morti-
 caedam pars est, ut & Ampsancti in Hirpinis, et
 Plutonia, quae uidemus: et sunt partes agrorum
 stilentes, aliae salubres, aliae quae acuta ingenia
 est, aliae quae retusa. quae omnia fiunt & ex caeli
 te, et ex disparili aspiratione terrarum. fit etiam
 necie quadam, saepe uocum grauitate, & canti-
 pellantur animi uehementius: saepe etiam cura,
 ore: qualis est illa,
 anima tanquam lymphata, ut Bacchi sacris
 ta, in tumulis Teucrium commemorans suum.
 etiam illa concitatio declarat uim in animis esse
 N 3 diuinam.

DE DIVINATIONE

diuinam. negat enim sine furore Democritus quenquam
 poetā magnum esse posse. quod idem dicit Plato. quem
 si placet, appellet furorem, dum modo is furor ita lau-
 tur, ut in Phædro Platonis laudatus est. quid uestra-
 tio in causis? quid ipsa actio? potest esse uehemens,
 grauis, et copiosa, nisi est animus ipse commotior? e-
 dem etiam in te sæpe uidi, et, ut ad leniora ueniamus.
 Aesopo familiari tuo tantum ardorem uultuum, et
 motuum, ut eum uis quædam abstraxisse à sensu mi-
 uideretur. Obijciuntur etiam sæpe formæ, quæ re-
 nullæ sunt, speciem autem offerunt. quod cōtigisse
 no dicitur, eiusq; Gallicis copijs, cum fano Apollo
 Delphici nefarium bellum intulisset: tum enim se-
 ex oraculo hæc fatam esse Pythiam,
 Ego providebo rem istam, et albæ uirgines.
 ex quo factum, ut et uiderentur uirgines ferre
 contra, et niue Gallorum obrueretur exercitus. At
 teles quidem eos etiam, qui ualeitudinis uitio furere
 et melancholici dicerentur, censebat habere aliquam
 animis præsagens, atque diuinum. ego autem
 scio, an nec cardiacis hoc tribuendum sit, nec phre-
 cis: animi enim integri, non uitiosi corporis est diui-
 tio. quam quidem esse re uera, hac Stoicorum ratio-
 cluditur. si sunt dū, neque ante declarāt hominibus
 futura sunt: aut non diligunt homines: aut, quid
 turum sit, ignorant: aut existimant nihil interesse ho-
 num, scire quid futurum sit: aut non censent esse
 maiestatis præsignificare hominibus quæ sunt futuri:
 aut ea ne ipsi quidem dū significare possunt. at ne-
 nō diligunt nos; sunt enim benefici, generiq; hominum



neque ignorant ea, quæ ab ipsis constituta, et de-
i sunt: neque nostra nihil interest scire ea, quæ
nra sunt; erimus enim cautiores, si sciemus: neque
enim ducunt maiestate sua; nihil est enim benefi-
præstantius: neque non possunt futura prænosce-
e igitur sunt dii, nec significant futura. sunt au-
: significant ergo: & non, si significant, nullas
ant nobis ad significationis scientiam; frustra e-
nificarent: nec, si dant vias, non est diuinitas:
ur diuinitas. hac ratione & Chrysippus, & Dio
& Antipater utitur. quid est igitur, cur dubi-
en sit, quin sint ea, quæ disputavi, uerissima, si ra-
atum facit, si euenta, si populi, si nationes, si Græ-
barbari, si maiores etiam nostri, si denique hoc sem-
putatum est, si summi philosophi, si poetæ, si sa-
ssimi viri, qui res publicas cōstituerunt, qui urbes
derunt? an, dum bestię loquantur, expectamus,
um consentiente auctoritate contenti non sumus?
o quidquam aliud affertur, cur ea, quæ dico, diui-
genera nulla sint; nisi quod difficile dictu uide-
æ cuiusque diuinationis ratio, quæ causa sit. quid
habet haruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis
dirimat tempus, et proferat diem? quid augur, cur
ra coruus, à sinistra cornix faciat ratum? quid a-
rus, cur stella Iouis, aut Veneris coniuncta cum
ad ortus puerorū salutaris sit, Saturni, Martis ue-
ria? cur autem deus dormientes nos moneat, ui-
es negligat? quid deinde causæ sit, cur Cassan-
urens futura prospiciat, Priamus sapiens hoc
iacere non queat? cur fiat quidque, quæris? re-

DE DIVINATIONE

Ete omnino: sed non nunc id agitur: fiat, nec ne fiat
 quæritur: ut si magnetem lapidem esse dicam, qui
 rum ad se alliciat, & trahat, rationem, cur id fiat,
 re nequeam, fieri omnino neges. quod idem facis in
 uinatione. quam & cernimus ipsi, & audiimus,
 gimus, & à patribus accepimus: neque ante phi
 phiam patefactam, quæ nuper inuenta est, hac de
 munis uita dubitauit: & postea quàm philosophia
 cessit, nemo aliter philosophus sensit, in quo modo
 auctoritas. dixi de Pythagora, de Democrito, de Si
 te: excepi de antiquis præter Xenophanem nemin
 iunxi ueterem Academiam, Peripateticos, Stoicos.
 dissentit Epicurus. quid uero hoc turpius, quàm
 idem nullam censet gratuitam esse uirtutem? quis a
 est, quem non moueat clarissimis monumentis testa
 signataq; antiquitas? Calchantem augurem scribi
 merus longe optimum, eumq; ducem classis fuisse:
 lum auspiciorum credo scientia, non locorum. Am
 cus, et Mopsus Argiuorum reges fuerunt, sed uide
 gures, uq; urbes in ora maritima Ciliciæ Græcæ
 runt. atque etiã ante hos Amphiaræus, et Tiresias
 miles et obscuri, neque eorū similes, ut apud Ennii
 Qui sui quæstus causa fictas suscitant sententias;
 sed clari, & præstantes uiri, qui auihus, et signis
 niti futura dicebant. quorum de altero etiam ap
 feros Homerus ait, solum sapere, ceteros umbrarum
 gari modo. Amphiaræum autem sic honorauit
 Græciæ, deus ut haberetur, atque ut ab eius solo, in
 est humatus, oracula peterentur. quid Asiæ Rex I
 mus, non ne et Helenum filiū, & Cassandram filiam

uin:



des habebat, alterum augurijs, alteram mentis in
ne diuina? quo in genere Martios quosdam fra-
bili loco natos, apud maiores nostros fuisse scri-
videmus. quid Polybum Corinthium, non ne Ho-
et alijs multa, et filio ad Troiam proficiscenti
prædixisse commemorat? omnino apud uete-
rerum potiebantur, ydem auguria tenebant: ut
cipere, sic diuinare regale ducebant, ut testis est
ciuitas, in qua et reges, augures, et postea pri-
dem sacerdotio præditi remp. religionum aucto-
rexerunt. eaq; diuinationum ratio ne in barbaris
in gentibus neglecta est: siquidem et in Gallia
res sunt, è quibus ipse Diuitiacum Heduum, hospi-
um, laudatoremq; cognoui; qui et naturæ ratio-
nam physiologiam Græci appellant, notam esse
positebatur, et partim augurijs, partim coniectu-
re essent futura, dicebat: et in Persis auguran-
r diuinant magi, qui congregantur in fano com-
ndi causa, atque inter se colloquendi: quod etiam
uos quondam facere Nonis solebatis. nec quis-
rex Persarum potest esse, qui non ante magorum
nam, scientiamq; perceperit. licet autem uidere
vera quædam, et nationes huic scientiæ dedi-
messus in Caria est: qua in urbe excellit haru-
disciplina. itemq; Elis in Peloponneso familias
ertas habet, Iamidarum unam, alteram Gluti-
d, haruspiciæ nobilitate præstâtes. in Syria Chal-
gnitione astrorum, solertiaq; ingeniorum antecel-
truria autem de cælo tacta scientissime animad-
eademq; interpretatur, quid quibusque ostenda-
tur.

DE DIVINATIONE

tur. monstris, atque potentis. quo circa bene apud
res nostros senatus tum, cum florebat imperium, de
uit, ut de principum filiis sex singulis Etruriæ po
in disciplinam traderentur, ne ars tanta propter
tatem hominum à religionis auctoritate abduceretur
mercedem, atque quæstum. Phryges autem, & Pi
& Cilices, & Arabum natio auum significatio
plurimum obtemperant. quod idem factitatum in
bria accepimus. ac mihi quidem videntur ex locis
que ipsis, qui à quibusque incolebantur, diuinatione
opportunitates esse ductæ. ut enim Aegyptij, ut Ba
nij in camporum patentium æquoribus habitante.
ex terra nihil emineret, quod contemplationi cœli
cere posset, omnem curam in siderum cognitione per
runt: Etrusci autem, quod religione imbuti studi
& crebrius hostias immolabant, extorum cogniti
maxime dediderunt; quodq; propter aeris crassi
nem de cœlo apud eos multa fiebant, & quod ob
dem causam multa inusitata partim ex cœlo, alia
ra oriebantur, quædam etiam ex hominum, pec
ue conceptu, & satum; ostentorum exercitissimi i
pretes extiterunt, quorum quidem uim, ut tu sol
cere, uerba ipsa prudenter à maioribus posita a
rant. quia enim ostendunt, portendunt, monst
prædicunt, ostenta, portenta, monstra, prodigia d
tur. Arabes autem, & Phryges, & Cilices, quod
stu pecudum maxime utuntur, campos, & monte
me, & æstate peragrantes, propterea facilius can
uium & uolatus notauerunt. eademq; et Pisidiæ
fuit, & huic nostræ umbræ. tum Caria tota, p



Telmesses, quos ante dixi, quod agros uberrimos
neq; fertiles incolunt, in quibus multa propter fœ-
tatem fingi, gigniq; possunt, in ostentis animad-
vidis diligentes fuerunt. quis uero nō uidet, in opti-
maque rep. plurimum auspicia & reliqua diuinan-
tera ualuisse? quis rex unquam fuit, quis popu-
li non uteretur prædictione diuina? neque solum
in pace, sed in bello multo etiam magis, quo maius erat
periculum, & discrimen salutis. omitto nostros, qui ni-
hil in bello sine extis agunt, nihil sine auspicijs domi ha-
bere. nam & Athenien-
sibus semper publicis consilijs diuinos quosdam
priores, quos Mantes uocant, adhibuerunt: & Lace-
dæmonij regibus suis augurē assessorem dederunt: itēq;
Romani, sic enim consilium publicum appellant, augu-
rari. interesse uoluerunt: idemq; de rebus maioribus sem-
per Delphis oraculum, aut ab Ammone, aut à Do-
mete petebant. Lycurgus quidem, qui Lacedæmoniorū
leges temperauit, leges suas auctoritate Apollinis Del-
phici confirmauit, quas cum uellet Lysander cōmutare,
non est prohibitus religione. atque etiam qui præe-
ceperat Lacedæmonijs, non contenti uigilantibus curis, in
theatre fano, quod est in agro propter urbē, somnian-
tes excubabant, quia uera quietis oracula ducebāt.
Iam ibi redeo. quoties senatus Decem uiros ad li-
berandum iussit? nam & cum duo uisi soles essent, et cum
trina, & cum faces, & cum sol nocte uisus esset,
et cum ex cælo fremitus auditus, & cum cælum di-
uine uisum est, atque in eo animaduersi globi. dela-
tum ad senatum labes agri Priuernatis, cum ad in-
finitam

DE DIVINATIONE

finitam altitudinem terra desedisset, Apuliâq; max
 terræmotibus cōquassata esset. quibus portentis ma
 populo R. bella, perniciosæq; seditiones denūciabat
 inq; his omnibus responsa haruspicum cum Sibylla
 sibus congruebant. quid, cum Cumis Apollo sud
 Capuæ victoria? quid ortus androgyni? non ne f
 quoddam monstrum fuit? quid, quod fluuius at
 sanguine fluxit? quid, cum sæpe lapidū, sanguinis
 nunquam, terræ interdum, quondam etiam lacti
 ber defluxit? quid, cum in Capitolio ictus centauri
 cælo est? in Auentino portæ, & homines? Tusculi
 Castoris, & Pollucis, Romæq; Pietatis? non ne &
 ruspices ea responderunt, quæ euenerunt: & in S.
 læ libris eadem repertæ prædictiones sunt? quoti
 natus decemuiros ad libros ire iussit? quantis in re
 quamq; sæpe responsis haruspicum paruit? Cæcilia
 filiae somnio modo, Marsico bello, templum est à se
 Iunoni sospitæ restitutum. quod quidem somniur
 senna cum disputasset mirifice ad uerbum cum re c
 nisse, tum insolēter, credo ab Epicuro aliquo indu
 disputat somnijs credi non oportere. idem contra
 ta nihil disputat, exponitq;, initio belli Marsici &
 rum simulacra sudauisse, & sanguinem fluxisse, i
 scessisse cælum, & ex occulto auditas esse uoces, q
 rricula belli nunciarent, & Lanuuij clypeos, quod
 spicibus tristissimum uisum esset, à muribus esse c
 sos. quid, quod in annalibus habemus, Veienti b
 cum lacus Albanus præter modū creuisset, Veien
 quendam ad nos hominem nobilem profugisse, ei
 dixisse, ex fatis, quæ Veientes scripta haberent, i



non posse, dum lacus is redundaret; et, si lacus e-
lapsu, & cursu suo ad mare profuisset, perni-
pulo R. sin autem ita esset eductus, ut ad ma-
uenire non posset, tum salutare nostris fore. ex
la admirabilis à maioribus Albanae aquae factade
est. cum autem veientes bello fessi legatos ad se-
misissent, tum ex his quidam dixisse dicitur, nō
illum transfugam ausum esse senatui dicere: in
enim fatis scriptum veientes habere, fore ut bre-
uallis Roma caperetur. quod quidem sexennio post
captos factum esse uidemus. Sæpe etiā & in præ-
iuni auditi, et in rebus turbidis ueridicæ uoces ex
io missæ esse dicuntur. cuius generis duo sunt ex
t exempla, sed maxima. nam non multo ante ur-
taptam exaudita uox est à luco Vestæ, qui à Pala-
tice in Nouam uiam deuexus est; ut muri & por-
cerentur; futurum esse, nisi prouisum esset, ut Ro-
deretur. quod neglectum cum caueri poterat, post
am illam maximam cladem explicatum est: ara
Aio loquenti, quam septam uidemus, ex aduer-
n locum consecrata est. atque etiam scriptum à
est, cum terræmotus factus esset, ut sue plena
ratio fieret, uocem ab æde Iunonis ex arce exti-
quo circa Iunonem illam appellatam Monetam.
ritur & à dijs significata, & à nostris maioribus
ita contemnimus? neque solum deorum uoces Py-
dei obseruauerunt, sed etiam hominum: quæ uo-
mina. quæ maiores nostri quia ualere censebant,
omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum,
fortunatum esset, præfabantur: rebusq; diuinis,
quæ

quæ publice fierent, ut fauerent linguis, imperabatur inq; feriis imperandis, ut litibus, & iurgiis se abserent. itemq; in lustranda colonia, ab eo, qui eam duceret, & cum imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis nominibus, qui hostias ducerent, egebantur. quod idem in delectu consules obseruant. primus miles fiat bono nomine. quæ quidem à tutoribus, & consule, & imperatore summa religione esse secta. prærogatiuam etiam maiores omnes iustorum civium esse uoluerunt. atque ego exempla omnium istarum proferam. L. Paullus consul iterum, cum ei, bellum ut cum rege Perse gereret, obtigisset; ut ea ipsa die dimissum ad uesperum rediit, filiulam suam Tertiam, tum erat admodum parua, osculans animaduertit sterculam: quid est, inquit, mea Tertia, quid tristissimi pater, inquit, Persa periit. tum ille arctius puellam complexus, accipio omen, inquit, mea filia. erat a mortua catella eo nomine. L. Flaccum, flaminem pontificalem, ego audiui; cum diceret, Cæciliam Metelli uellet sororis suæ filiam in matrimonium collocare, se in quoddam sacellum ominis capiendi causa; quod ritum more ueterum solebat: cum uirgo staret, & Cæcilia in sella sederet, neque diu ulla uox extitisset, puella defatigatam petiisse à matertera, ut sibi concedere liceret, ut in eius sella requiesceret; illam autem dixisse: Vero mea puella tibi concedo meas sedes. quod uisus res consecuta est: ipsa enim breui mortua est, uirginitatem nupsit cui Cæcilia nupta fuerat. hæc posse conuenire uel etiam rideri, præclare intelligo: sed ipsum est, non putare; quæ ab iis significantur, continere. quæ



quibus loquar? tuæ partes sunt: tuum inquam aurum patrociniū debet esse. tibi P. Claudius consul nunciauit, addubitato salutis augurio, bel-
 domesticum triste, ac turbulentum fore: quod pau-
 et mēsis exortum, paucioribus est à te diebus op-
 im. cui quidem auguri uehementer assentior: so-
 him multorum annorum memoria non decantandi
 ij, sed diuinandi tenuit disciplinam. quem irride-
 collegæ tui, eumq; tum Pisidam, tum Soranum au-
 esse dicebant. quibus nulla uidebatur in augu-
 at auspicijs præsensio, aut sciētia ueritatis futuræ,
 ater aiebant ad opinionem imperitorum esse fictas
 ones. quod longe secus est: neque enim in pastori-
 is, quibus Romulus præfuit, nec in ipso Romulo
 alliditas esse potuit, ut ad errorem multitudinis re-
 is simulacra fingerent: sed difficultas, laborq; dē-
 disertam negligentiam reddidit: malunt enim
 re, nihil esse in auspicijs, quàm, quid sit, ediscere:
 st illo auspicio diuinius, quod apud te in Mario
 utar te potissimum auctore.

uis altisoni subito pennata satelles
 tris è trunco serpentis faucia morsu,
 eris subigit transfigens unguibus anguem
 nimum, & uaria grauitè ceruice micantem,
 se intorquentem lanians, rostroq; cruentans,
 tiata animos, iam duros ulta dolores,
 et efflantem, & laceratum affligit in unda,
 bitu à solis nitidos conuertit ad ortus:
 abi præpetibus pennis, lapsuq; uolantem
 exit Marius diuini numinis augur,

Faustaq;

DE DIVINATIONE

Faustaꝫ; signa suæ laudis, reditusꝫ; notauit;
 Partibus intonuit cœli pater ipse sinistris.
 Sic aquilæ clarum firmanit Iupiter omen.
 atque ille Romuli auguratus, pastoralis, non urbanus
 fuit; nec fictus ad opiniones imperitorum, sed à certis
 acceptus, & posteris traditus. itaque Romulus augur
 ut apud Ennium est, cum fratre item augure,
 Curantes magna cum cura, concupientes
 Regni, dant operam simul auspicio, augurioꝫ;.
 Hinc Remus auspicio se deuouet, atque secundam
 solus auem seruans. at Romulu' pulcher in alto
 Quærit Auentino, seruat genus altiuolantum.
 Certabant, urbem Romam ne, Remam ne uocarent.
 Omnis cura uiris, uter esset induperator.
 Expectant, ueluti, consul cum mittere signum
 Vult, omnes auidi spectant ad carceris oras,
 Quàm mox emittat pictis ex faucibu' currus:
 Sic expectabat populus, atque ore timebat
 Rebus, utri magni uictoria sit data regni.
 Interea sol albu' recessit in infera noctis.
 Exin candida se radijs dedit ic̃ta foras lux:
 Et simul ex alto longe pulcherrima præpes
 Læua uolauit auis: simul aureus exoritur sol.
 Cedunt ter quatuor de cœlo corpora sancta
 Auium, præpetibus sese pulchrisꝫ; locis dant.
 Conspicit inde sibi data Romulus esse priora,
 Auspicio regni stabilita scamna solumꝫ;.
 sed unde huc digressa est, eodem redeat oratio. si nūc
 queam disputare, quamobré quidque fiat, et tantū
 do fieri ea, quæ commemorauī, doceam, parū ne Epicu-



neadiue respondeam? quid, si etiam ratio extat
osæ præsentionis facilis, diuinæ autē paulo obscu-
ræ enim extis, quæ fulguribus, quæ portētis, quæ
præsentuntur, hæc notata sunt observatione diu-
affert autem uetustas omnibus in rebus longin-
seruatione incredibilem sciētiam: quæ potest esse
line motu, atq; impulsu deorū, cum, quid ex quo-
mīat, et quid quāque rem significet, crebra ani-
rsione perspectum est. altera diuination est natu-
re ante dixi: quæ physica disputandi subtilitate re-
a est ad naturam deorum: à qua, ut doctissimis,
quissimisq; placuit, haustos animos, & delibatos
us: cumq; omnia completa sint & referta æter-
is, & mente diuina, necesse est cognatione diui-
animorum animos humanos commoueri. sed ui-
s animi uitæ necessitatibus seruiunt, disiungūtq;
metate diuina, uinclis corporis impediti. rarum
idam genus eorum, qui se à corpore auocent, &
narum rerum cognitiones cura omni, studioq;
cur. horum sunt auguria non diuini impetus, sed
ls humanæ. nam & natura futura præsentunt,
trum fluxiones, ut deflagrationem futuram ali-
cæli, atque terrarum: alij autem in rep. exer-
it de Atheniensi solone accepimus, orientem ty-
em multo ante prospiciunt: quos prudentes pos-
dicere, id est providentes, diuinos nullo modo pos-
et non plus, quàm Milesium Thalem, qui, ut ob-
pres suos conuinceret, ostenderetq; etiam philo-
sophus, si ei commodum esset, pecuniam facere pos-
nem oleam, antequam florere cœpisset, in agro
O. Milesio

DE DIVINATIONE

Milesio coemisse dicitur . animadverteret fortasse
 dam scientis , cleorum ubertatem fore . et quidem
 primus defectionem solis , quæ J. styage regnante
 est , prædixisse fertur . multa medici , multa gubi
 tores , agricolæ etiam multa præsentunt : sed null
 rum divinationem uoco , ne illam quidem , quæ ab
 ximandro physico moniti Lacedæmonij sunt , ut in
 teclia linquerent , armatiq; in agro excubarent , qu
 ramotus instaret , tum , cum & urbs tota corruit ,
 mōte Taygeto extrema montis quasi puppis anul
 ne pherecides quidē ille Pythagoræ magister poti
 uinus habebitur , quam physicus : qui cum uidisset
 flam aquam de iugi puteo , terræmotus dixit in
 nec uero unquam animus hominis naturaliter di
 nisi cum ita solutus est , & uacuus , ut ei plane n
 cum corpore . quod aut uatibus contingit , aut don
 tibus . itaque ea duo genera à Licæarcho probāta
 ut dixi , à Cratippo nostro : si propterea , quæ ea
 ciscuntur à natura ; sint summa sane , modo ne sol
 autem nihil esse in obseruatione putant ; multa to
 quibus uitæ ratio continetur . sed quoniam dāt al
 idq; non paruum , uaticinationes cum somnijs : nil
 quod cum his magnopere pugnemus , præsertim
 sint , qui omnino nullam divinationem probent
 & ij , quorum animi spretis corporibus euclant ,
 excurrunt foras , ardore aliquo inflammoti ,
 incitati cernunt illa profecto , quæ uaticinantes
 nunciant : multisq; rebus inflammantur tales ac
 qui corporibus non inhaerent , ut ij , qui sono
 ram uocum , & phrygijs cantibus incitantur : n

nei



cora, siluæq; multos amnes, aut maria commonent:
num furibunda mens uidet ante multo, quæ futura
quo de genere illa sunt,
uidete: iudicauit iudicium inclytum
deas tris aliquis: quo iudicio Lacédæmonia
uer furiarum una adueniet.

Im enim modo multa à uaticinantibus sæpe prædi-
cunt, neque solum uerbis, sed etiam
libu', quos olim Fauni, uatesq; canebant.

Inter Martius & Publicus uates cecinisse dicuntur.

ex genere Apollinis operta prolata sunt. credo etiã
alitus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatæ men-
tiracula funderent. Atque hæc quidem uatum ratio

hæc dissimilis sane somniorum: nam quæ uigilanti-
bus accidunt uatibus, eadem nobis dormientibus. uiget

animus in somnijs, liberq; sensibus ab omni impe-
diente curarum, iacente & mortuo pene corpore, quia
ab omni æternitate, uersatusq; est cū innumerabi-

bus animis, omnia, quæ in natura rerum sunt, uidet, si
in temperatis escis, modicisq; potationibus ita est affe-
ctus, ut sepito corpore ipse uigilet. hæc somniantis est di-

ctio. hic magna quædam exoritur, neque ea natura
sed artificiosa somniorum Antiphontis interpreta-
tioneodemq; modo & oraculorum, & uaticinatio-

nis: sunt enim explanatores, ut grammatici poeta-
rum nam ut aurum, & argentum, æs, ferrum fru-
strum diuina genuisset, nisi eadem docuisset quem-

librum ad eorū uenas perueniretur; nec fruges ter-
re necas ne arborum cum utilitate ulla generi humano
sciret, nisi earum cultus, & condiciones tradidisset;

DE DIVINATIONE

materia deinde quid iuuaret, nisi cōfectionis eius fabricam haberemus? sic cum omni utilitate, quam dū hominibus dederunt, ars aliqua coniuncta est, per quam illa utilitas percipi possit. item igitur somnijs, uaticinationibus, oraculis, quòd erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitæ sunt interpretum. quo modo autem aut uates, aut somniantes ea uideant, quæ nusquam etiam tunc sint, magna quæstio est. sed explorata si sint ea, quæ ante quæri debeant, sint hæc, quæ quærimus, facilia: continet enim totam hanc quæstionem ea ratio, quæ est de natura deorum, quæ à secundo libro est explicata dilucide. quam si obtinemus, stabit illud quidem, quod locum hunc continet, de quo agimus, esse deos, & eorum providentia mundum administrari, eosdemq; consulere rebus humanis, nec solum uniūersis, uerum etiam singulis. hæc si tenemus, quæ mihi quidem non uidentur posse conuelli: profecti hominibus à dijs futura significari necesse est. sed distinguendum uidetur, quonam modo. non placet stercis, singulis iecorum fissis, aut auium cantibus interdum; neque enim decorum est, nec dijs dignum, nec fieri ullo pacto potest: sed ita à principio incohatur esse mundum, ut certis rebus certa signa præcurrerent. alia in extis, alia in auibus, alia in fulguribus, alia in æstentis, alia in stellis, alia in somniantium uisis, alia in furentium uocibus. ea quibus bene percepta sumi, non sæpe falluntur. male coniecta, maleq; interpretata, falsa sunt, non rerum uitio, sed interpretum inscitia. hoc autē posito, atque cōcesso, esse quandam uim diuinam hominum uitam continentē: non difficile est,



fieri certe videmus, ea qua ratione fiât, suspicari. & ad hostiam deligendam potest dux esse uis quæ sentiens, quæ est toto confusa mundo: & tum, ipsum cum immolare uelis, extorum fieri mutatio potest, ut absit aliquid, aut supersit: paruis enim momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahod ne dubitare possimus, maximo est argumentum quod paulo ante interitum Cæsaris contigit: qui cum solaret illo die, quo primum in sella aurea sedit, tum purpurea ueste proccssit, in extis bouis optimi non fuit. num igitur censes ullum animal, quod uinem habeat, sine corde esse posse? qua ille rei notie perculsus, cum spurina diceret, timendum esse & consilium, & uita deficeret; earum enim rerum aque à corde proficisci: postero die caput in iecore non fuit. quæ quidē illi portendebantur à dijs immortalibus, ut uideret interitum, non ut caueret. cum igitur partes in extis non reperiuntur, sine quibus uita illa uiuere nequisset: intelligendum est, in ipso imitationis tempore eas partes, quæ absint, interiisse. eaque efficit in auib; diuina mens; ut tum huc, tum uolent alites; tum in hac, tum in illa parte se occurrerent; tum à dextra, tum à sinistra parte canant oues. nam si omne animal, ut uult, ita utitur motui corporis, prono, obliquo, supino; membraque, quod uult, flectit, contorquet, porrigit, contrahit; eaque ante se habet penè, quàm cogitat: quanto id deo est facilius, ut ei numini parent omnia? idemque mittit & signa nouius generis: qualia permulta historia tradidit: quæ scriptum illud uidemus: si luna paulo ante solis ortum defecisset

DE DIVINATIONE

defecisset in signo leonis, fore ut armis Darius, & Persæ ab Alexandro, & Macedonibus prælio uincerentur, Dariusq; moreretur: & si puella nata biceps esset, seditionem in populo fore, corruptelam, & adulterium domi: & si mulier leonem peperisse uisa esset, fore ut ab exteris gentibus uinceretur ea res. in qua id contigisset. eiusdem generis etiam illud est, quod scribit Herodotus, Cræsi filium, cum esset infans, locutum: quo ostento regnum patris, & domum funditus concidisse. caput arsisse Ser. Tullio dormienti, quæ historia non prodidit? ut igitur, qui se tradet ita quieti, præparato animo tum bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem accommodatis, certa & uera cernit in somnijs: sic castus animus, purusq; uigilantis, & ad astrorum, & ad auium, reliquorumq; signorum, & ad extorum heritatem est paratior. hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus, quodq; ab ipso in libris Socraticorum sæpe dicitur, esse diuinum quiddam, quod Demonion appellat, cui semper ipse paruerit, nunquam impellenti, sæpe renocanti. et Socrates quidem, quem auctorem meliorem quærimus? Xenophonti consulenti, sequeretur ne Cyrum, postea quàm exposuit, quæ sibi uidebantur, & nostrum quidem, inquit, humanum est consilium, sed de rebus & obscuris, & incertis ad Apollinem censeo referendum, ad quem etiam Athenienses publice de maioribus rebus semper retulerunt. scriptum est item, cum Critonis sui familiaris oculum alligatum uidisset, quæsiuisset quid esset: cum autem ille responduisset, in agro ambulanti ramulum adductum, ut remissus esset, in oculum recidisse, tum Socrates,



non enim paruisti mihi reuocanti, cum uterer, quæ
præfagitione diuina. idem etiam Socrates, cum
delium male pugnatum esset Lachete prætore, su-
per; cum ipso Lachete: ut uentum est in triuium, ea-
quæ ceteri, fugere noluit. quibus quærentibus cur
eodem uia pergeret, deterreri à deo dixit. tum qui-
st, qui alia uia fugerant, in hostium equitatum inci-
t. permulta collecta sunt ab Antipatro, quæ mi-
ter à Socrate diuinata sunt: quæ prætermittam:
nim nota sunt, mihi ad commemorandum non ne-
cia. illud tamen eius philosophi magnificum, ac pe-
uinum, quòd cum impijs sententijs damnatus esset,
simo animo se dixit mori: neque enim domo egre-
neque illud suggestum, in quo causam dixerat, ascē-
signum sibi ullum, quod consucisset, à deo quasi ma-
uius impendentis datum. equidem sic arbitror, etiā
nta fallant eos, qui aut arte, aut cōiectura diuina-
deantur, esse tamen diuinationem: homines autem,
ceteris artibus, sic in hac posse falli. potest accide-
et aliquod signum dubie datum, pro certo sit acce-
t: potest aliquod latuisse: aut ipsum, aut quod esset
intrarium: mihi autem ad hoc, de quo disputo, pro-
um satis est, non modo plura, sed pauciora diuine
nsa, & prædicta reperiri. quin etiam hoc non du-
is dixerim: si unum aliquid ita sit prædictum, præ-
imq; ut, cum euenerit, ita cadat ut prædictum sit,
et in eo quidquam casu, & fortuito factum esse
reat, esse certe diuinationem, idq; esse omnibus
tendum. quocirca primum mihi uidetur, ut posi-
ns facit, à deo, de quo satis dictum est, deinde à

DE DIVINATIONE

fato, deinde à natura uis omnis diuinandi, ratioq; repetenda. fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri. fatum autem id appello, quod Græci εἰμῶν, id est, ordinē, seriemq; causarum, cum causa causæ nexa rem ex se gignat. ea est ex omni æternitate fluens ueritas sempiterna. quod cum ita sit; nihil est factum, quod non futurum fuerit; eodemq; modo nihil est futurum, cuius non causas id ipsum efficientes natura contineat. ex quo intelligitur, ut fatum sit non id, quod superstitiose, sed id quod physice dicitur, causa æterna rerū, cur & ea, quæ præterierunt, facta sint, et, quæ instant, fiant, & quæ sequuntur, futura sint. ita fit, ut & observatione notari possit, quæ res quanque causam plerunque consequatur, etiam si non semper: nam id quidem difficile est affirmare. easdemq; causas uerisimile est rerum futurarum cerni ab ijs, qui aut per furorē eas, aut in quiete uideant. præterea cum fato omnia fiant, id quod alibi locō ostendetur: si quis modo talis possit esse, qui colligationem causarum omnium perspiciat animo, nihil enim profecto faller: qui enim teneat causas rerum futurarum, idem necesse est omnia teneat, quæ futura sint. quod cum facere nemo nisi deus possit, relinquendum est homini, ut signis quibusdam consequentia declarantibus futura præsentiat: nō enim illa, quæ futura sunt, subito existunt; sed est, quasi rudentis explicatio, sicut ductio temporis nihil noui efficientis, et primū quidque replicantis. quod & ij uident, quibus naturalis diuinitio data est; & ij, quibus cursus rerum obseruando notatus est. qui etsi causas ipsas non cernunt, signa tamen causarum, & notas cernunt: ad quas adhibita memoria,



diligentia, ex monumentis superiorum efficitur
divinatio, quæ artificiosa dicitur, extorum, fulgurū,
arum, signorumq; cælestium. non est igitur ut mi-
m sit, ea præsentiri à diuinantibus, quæ nusquam
sunt enim omnia, sed tēpore absunt. atque ut in se-
uis uis inest earum rerum, quæ ex ijs progignun-
t in causis conditæ sunt res futuræ, quas esse futu-
t concitata mens, aut soluta somno cernit, aut ra-
t coniectura præsentit. atque ut ij, qui solis, et lu-
liquorumq; siderum ortus, obitus, motusq; cogno-
quo quidque tempore eorū futurum sit, multo an-
dicunt: sic qui cursum rerum, euentorumq; conse-
uam diuturnitate pertractata notauerunt, aut sem-
ut, si id difficile est, plerunque, quòd si ne id qui-
onceditur, non nunquam certe, quid futurum sit,
gunt. Atque hæc quidem, & quædā huiusmodi
enta, cur sit diuinatio, ducuntur à fato. A' natura
lia quædā ratio est: quæ docet, quāta sit animi uis
ta à corporis sensibus: quod maxime cōtingit aut
entibus, aut mente permotis. ut enim deorū animi
bulis, sine auribus, sine lingua sentiunt inter se,
uisque sentiat; ex quo fit, ut homines, etiā cum ta-
tent aliquid, aut uocāt, haud dubitent quin di-
exaudiant: sic animi hominum, cum aut somno so-
ecāt corpore, aut mente permoti per se ipsi liberi-
ti mouentur, cernunt ea, quæ permisti cū corpore
uidere nō possunt. atque hanc quidē rationē na-
fficile est fortasse traducere ad id genus diuina-
a, quod ex arte profectum dicimus: sed tamen id
le rimatur quantum potest Posidonius, cum esse
censet

DE DIVINATIONE

censet in natura signa quædam rerum futurarum
enim ceos accepimus ortum caniculæ diligenter quæ
annis solere servare, coniecturâq; capere, ut scribit
ticus Heraclides, salubris ne, an pestilens annus fut-
sit: nam si obscurior quasi caliginosa stella extiterit
græ & concretum esse cælum, ut eius aspiratio gra-
& pestilens futura sit: sin illustris, et perlucida stell
paruit, significari cælum esse tenue, purumq; , &
pterea salubre. Democritus autem censet sapienter
tuisse ueteres, ut hostiarum immolarum inspicere
exta, quorum ex habitu, atque colore tum salubrit-
tum pestilentia signa percipi, non nunquam etiam
sit uel sterilitas agrorû, uel fertilitas futura. quæ si
tura profecta, observatio, atque usus agnouit; n
afferre potuit dies, quæ animaduertendo notarem
ut ille Pacuuianus, qui in Chryse physicus induci
minime naturam rerum cognoscere uideatur.

- Nam istis, qui linguam auium intelligunt,
Plusq; ex alieno iecore sapiunt quàm ex suo,
Magis audiendum quàm auscultandum censeo.
cur quæso? cum ipse paucis interpositis uersibus
satis luculente:

Quidquid est hoc, omnia animat, format, alit, au-
creat,

Sepelit, recipitq; in sese omnia, omniumq; idem
pater,

Indidemq; eadem, quæ oriuntur, de integro, atqui-
dem occidunt.

quid est igitur, cur, cum domus sit omnium una,
communis, cumq; animi hominum semper fuerint,



quid sint, cur ij, quid ex quoque eueniat, & quid
re rem significet, perspicere non possunt?

habet, inquit, de diuinatione quæ dicerem. nūc
abor, nō me sortilegos, neque eos, qui quæstus cau-
entur, ne psychomātia quidem, quibus Appius
utitur solebat, agnoscere. non habeo denique
harsum Augurem,

aspices vicanos, non de circo astrologos,
ecos coniectores, non interpretes somnium:

em sunt ij aut scientia aut arte diuini,
perstitiosi uates, impudentesq; harioli,
ertes, aut insani, aut quibus egestas imperat:

si semitam non sapiunt, alteri monstrant uiam:

diuitias pollicentur, ab ijs drachmā ipsi petunt:

diuitijs sibi deducāt drachmam, reddant cetera.

nec quidem Ennius; qui paucis ante uersibus esse
ciset, sed eos non curare opinatur quid agat hu-

genus. ego autem, qui & curare arbitror, &

etiam, ac multa prædicere, leuitate, uanitate,

exclusa diuinationem probo. Quæ cum dixis-

tus, Præclare tu quidem, inquam, paratus,

Desunt pauca quædam.

M. TULLII CICERONIS

DE DIVINATIONE

LIBER II.

Q
 Værenti mihi, multumq; & diu cog-
 tanti, quam re possem prodesse quo-
 plurimis, ne quando intermitterem
 sulere reip. nulla maior occurreba-
 quàm si optimarũ artiũ vias tradere
 meis ciuibus: quod compluribus iam libris me at-
 teror consecutum. nam & cohortati sumus, ut ma-
 xime potuimus, ad philosophiæ studiũ eo libro, qui est
 scriptus Hortensius: &, quod genus philosophandi
 nime arrogans, maximeq; & constans, & elegans
 bitraremur, quatuor Academicis libris ostēdimus. cum
 fundamētum esset philosophiæ positum in finibus bono-
 rum, et malorum, perpurgatus est is locus à nobis quo-
 que libris, ut, quid à quoque, & quid contra quem
 philosophum diceretur, intelligi posset. totidem subje-
 ti libri Tusculanarum disputationum, res ad beate
 uendum maxime necessarias aperuerunt: primus enim
 est de contemnenda morte, secundus de tolerando dolo-
 re, de ægritudine lenienda tertius, quartus de reliquis
 animi perturbationibus, quintus eum locum complet-
 est, qui totam philosophiam maxime illustrat: docet
 nim, ad beate uiuendum uirtutem se ipsa contentam.
 quibus rebus editis, tres libri perfecti sunt de natura
 deorũ: in quibus omnis eius loci quæstio cōtinetur. quæ
 ut plene esset, cumulateq; perfecta, de diuinatione in-
 grēssus



sumus his libris scribere. quibus, ut est in animo,
si adiunxerimus, erit abunde satisfactum toti
quaestioni. atque his libris annumerandi sunt sex de
uos tunc scripsimus, cum gubernacula reip. tene-
amus: magnus locus, philosophiæq; proprius, à Plato-
Aristotele, Theophrasto, totaq; Peripateticorum fa-
bra tractatus uberrime. nam quid ego de Cōsolatione
quæ mihi quidem ipsi sane aliquātum medetur:
item multum profuturam puto. interiectus
nuper is, quem ad nostrum Atticum de senectute
posuimus. in primisq;, quoniam philosophia uir bonus
et fortis, Cato noster in horum librorum nu-
merandus est. cumq; Aristoteles, itemq; Theophra-
stus excellentes uiri cum subtilitate, tū copia, cum phi-
losophia dicendi etiā praecepta cōiunxerint; nostri quo-
torum libri in eundem numerum referendi uiden-
ta tres erunt de Oratore, quartus Brutus, quin-
torum. adhuc hæc erant: ad reliqua acriter tendeba-
mus, sic parati, ut, nisi quæ causa grauior ob-
staret, nullum philosophiæ locum esse pateremur, qui
tunc literis illustratus pateret. quod enim munus
conferre maius, melius uel possumus, quam si doce-
amus atque erudimus iuuentutem? his præsertim mori-
entibus temporibus: quibus ita prolapsa est, ut om-
nibus refrenanda, atque coercenda sit. nec uero id
posse confido, quod ne postulandum quidem est, ut
adolescētes se adhuc studia cōuertant. pauci uti-
que in rep. late patere poterit industria.
nam etiam ex ijs fructum capio laboris mei, qui iā
proiecti in nostris libris acquiescūt: quorum stu-
dio

DE DIVINATIONE

dio legendi meum scribendi studium uehementius in di-
 incitatur: quos quidem plures, quàm rebar, esse cogn-
 ui. magnificum illud etiam, Romanisq; hominibus gl-
 riosum, ut græcis de philosophia literis non egeât. qu-
 assequar profecto, si instituta perfecero. ac mihi quid-
 explicandæ philosophiæ causam attulit grauis casus
 uitatis, cum in armis ciuilibus nec tueri eo more rem
 nec nihil agere poteram, nec, quid potius, quod quid-
 me dignum esset, agerem, reperiēbam. dabūt igitur
 ueniam mei ciues, uel gratiam potius habebunt, qu-
 cum esset in unius potestate resp. neque ego me abdi-
 neque deserui, neque afflixī; neque ita gessi, quasi
 mini, aut temporibus iratus; neque ita porro aut
 latus, aut admiratus fortunā sum alterius, ut me
 pœniteret: id enim ipsum à Platone, philosophiāq;
 ceram, naturales esse conuersiones quasdam rerum
 blicarum, ut eæ tum à principibus tenerentur, tum
 populis, aliquando à singulis. quod cum accidisset
 stræ reip. tum pristinis orbatī muneribus hæc studi-
 nouare cœpimus, ut et animus molestiis hac potissim-
 re leuaretur, et prodessemus ciuibz nostris qua re
 que possemus. in libris enim sententiam dicebamus,
 cionabamur, philosophiam nobis pro reip. procurari
 substitutam putabamus. nunc, quoniam de rep. consi-
 cœpti sumus, tribuenda est opera reip. uel omnis pot-
 in ea cogitatio, & cura ponenda: tantum huic stud-
 linquendum, quantum uacabit à publico officio & re-
 nere. sed hæc alias pluribus: nunc ad institutā dispo-
 tionem reuertamur. Nam cum de diuinatione Quintus
 frater ea disseruisset, quæ superiore libro scripta sunt



ambulatum uideretur, tum in bibliotheca, quæ
meo est, assedimus. atque ego, Accurate tu qui-
nquam, Quinte, & Stoice Stoicorum sententiam
disti: quodq; me maxime delectat, plurimis no-
n exemplis usus es, & ijs quidem claris, & illustri-
dicendum est mihi igitur ad ea, quæ sunt à te di-
dita, nihil ut affirmem, quæram omnia, dubi-
tatione, & mihi ipse diffidens: si enim aliquid
haberem, quod dicerem; ego ipse diuinarem, qui
diuinationem nego. Etenim me mouet illud, quod
his Carnades quærere solebat, quarumnam re-
diuinatione esset, earum ne, quæ sensibus perciperen-
t eas quidem cernimus, audimus, gustamus, ol-
tus, tangimus. nunquid ergo in ijs rebus est, quod
mone, aut per motione mentis magis, quam natura
ntiamus? aut nescio qui ille diuinus, si oculis ca-
at, ut Tiresias fuit, possit, quæ alba sint; quæ ni-
icere? aut, si surdus sit, uarietates uocum, aut mo-
scere? ad nullam igitur earum rerum, quæ sen-
piuntur, diuinatione adhibetur. Atqui ne in ijs
n rebus, quæ arte tractantur, diuinatione opus
nim ad agros non uates, aut hariolos, sed medi-
emus adducere. nec uero, qui tibijs, aut fidibus
unt, ab haruspicibus accipiunt earum tractatio-
sed à musicis. eadem in literis ratio est, reliquisq;
quarum est disciplina. num censes eos, qui diui-
euntur, posse respondere, sol maior ne, quam
; an tantus, quantus uideatur? lunaq; suo lu-
n solis utatur? sol, luna quem motum habeant?
uinque stellæ, quæ errare dicuntur? nec hæc,
qui



DE DIVINATIONE

qui diuini habentur, profitentur se esse dicturos: nec
 rum, quæ in geometria describuntur, quæ uera, quæ
 falsa sint: sunt enim ea mathematicorum, non haro-
 lorum. de illis uero rebus, quæ in philosophia uersan-
 tur, nunquid est quod quisquam diuinorum aut refer-
 dere soleat, aut consuli, quid bonum sit, quid malum,
 quid neutrum? sunt enim hæc propria philosophorum.
 quid de officio? num quis haruspitem consuluit, quem-
 modum sit cum parentibus, cum fratribus, cum amicis
 uiuendum? quemadmodum utendum pecunia? quem-
 admodum honore? quemadmodum imperio? ad sapien-
 tes hæc, non ad diuinos referri solent. quid, quæ ap-
 plicis, aut dialecticis tractantur, num quis eorum di-
 nare potest, unus ne mundus sit, an plures? quæ sint
 tia rerum, ex quibus nascuntur omnia? physicorum
 ista prudentia. quo modo autem mentientem, *καὶ δόλιον* uocant, dissoluas? aut quemadmodum
 riti resistas? quem, si necesse sit latino uerbo, liceat
 ualem appellare: sed nihil opus est: ut enim ipsa phi-
 sophia, et multa uerba Græcorum, sic Sorites satis le-
 no sermone tritus est. ergo hæc quoque dialectici dicunt
 non diuini. quid? cum quæritur qui sit optimus re-
 status, quæ leges, qui mores aut utiles, aut inutiles
 haruspices ne ex Etruria accersentur, an principes
 tuent, et delecti uiri, periti rerum ciuilium? quid sit
 earum rerum, quæ subiectæ sensibus sunt, ulla diuina
 tio est; nec earum, quæ artibus continentur; nec
 rum, quæ in philosophia differuntur; nec earum, quæ
 in reip. uersantur: quarum rerum sit, nihil potest
 intelligi: nam aut omnium debet esse, aut aliqua ei-



anda est, in qua uersari possit: sed nec omnium
tio est, ut ratio docuit; nec locus, nec materia in-
r, cui diuinationem præficere possimus. uide igitur
nulla sit diuinationis. est quidem Græcus uulgaris
sententiam uersus.

ui conijciat, uatem hunc perhibeto optimum.
bitur, aut quæ tempestas impendeat, uates melius
t, quàm gubernator; aut morbi naturam acu-
am medicus; aut belli administrationem pruden-
am imperator, coniectura assequetur? sed ani-
ti, Quinte, te caute, & ab ijs coniecturis, quæ
ut artem atque prudentiam, & ab ijs rebus, quæ
aut artificijs perciperentur, abducere diuinationis
m; ita diffinire, diuinationem esse earum re-
edictionem, & præcensionem, quæ essent for-
tunum eodem reuolueris. nam & medici, &
atoris, & imperatoris præcensio est rerum for-
tunum. num igitur aut haruspex, aut augur, aut ua-
t, aut somnians melius coniecerit, aut ex morbo
in agrotum, aut ex periculo nauem, aut ex in-
ercitum, quàm medicus, quàm gubernator, quàm
or? At qui ne illa quidem diuinatis esse dicebas,
aut imbres impendentes quibusdam præsentire
quo nostra quædã Aratea memoriter à te pro-
sunt. etsi hæc ipsa fortuita sunt: plerunque
n semper eueniunt. quæ est igitur, aut ubi uer-
tuitarum rerum præcensio? quam diuinationem
eæ enim præsentiri aut arte, aut ratione, aut
coiectura possunt, ea nõ diuinis tribuenda pu-
beritis. ita relinquitur, ut ea fortuita diuinari
possint,

DE DIVINATIONE

possint, quæ nulla nec arte, nec sapientia provideri possunt: ut si quis M. Marcellum illum, qui ter consul fuit, multis annis ante dixisset naufragio esse periturum, diuinasset profecto: nulla enim arte alia, nec sapientia id scire potuisset. talium ergo rerum, quæ in fortuna posita sunt, præsensio diuinatio est. potest ne igitur earum rerum, quæ nihil habent rationis, quare futuræ sint, ulla esse præsensio? quid est enim aliud fors, quid fortuna, quid casus, quid euentus, nisi cum sic aliquid evenit, sic euenit, ut uel non cadere, atque euenire, uel iter cadere, atque euenire potuerit? quo modo ergo quod temere fit cæco casu, & uolubilitate fortunæ, præsentiri, & prædici potest? medicus morbum in grauitate ratione providet, insidias imperator, tempestates gubernator: tamen hi ipsi sæpe falluntur, qui nihil sine certa ratione opinantur: ut agricola cum florem uidet, baccam quoque se uisurum putat: non sine ratione ille quidem: sed non nunquam tamen fallitur. quod si falluntur ij, qui nihil sine aliqua probabili coniectura, ac ratione dicunt: quid existimandum est de cæcatura eorum, qui extis, aut auibus, aut ostentis, aut oraculis, aut somnijs futura præsentunt? non dumtaxat, quàm hæc signa nulla sint, fissum iecoris, cornicatus, uolatus aquilæ, stellæ traiectio, uoces furentium sortes, somnia: de quibus singulis dicam suo loco, non de uniuersis. qui potest provideri, quidquam futurum esse, quod neque causam habet ullam, neque notandum futurum sit? solis defectiones, itemq; lunæ prædicationes in multos annos ab ijs, qui siderum cursus, & stellarum numeris persequuntur. ea enim prædicunt, &



necessitas perfectura est. uident ex constantis-
itu lunæ, quando illa è regione solis facta incur-
rambram terræ, quæ est meta noctis, ut eam ob-
necesse sit; quandoq; eadem luna subiecta soli,
opposita nostris oculis, eius lumen obscuret: quo-
po quæque errantium stellarum, quoq; tempore
sit; qui exortus quoque die signi alicuius. aut qui
futurus sit. hæc qui ante dicunt, quam rationem
tur uides: qui thesaurum inuenturum, aut hære-
uenturam dicunt, quid sequuntur? aut in qua
natura inest, id futurum? quòd si ea, quæ sunt
n generis, habent aliquam talem necessitatem:
est tandem, quod casu fieri, aut forte fortuna-
us? nihil enim est tam contrarium rationi, &
itiae, quàm fortuna: ut mihi ne in deum qui-
dere uideatur, ut sciat quid casu, & fortuito
n sit. si enim scit, certe illud eueniet. sin certe
, nulla fortuna est. est autem fortuna: rerum
fortuitarum nulla est præsensio. aut si negas es-
mam, & omnia, quæ fiunt, quæq; futura sunt,
ui æternitate diffinita dicis esse fataliter: muta-
tionem diuinationis, quam dicebas præsensio-
nem fortuitarum. si enim nihil fieri potest, nihil
e, nihil euenire, nisi quod ab omni æternitate cer-
erit esse futurum rato tempore: quæ potest esse
a? qua sublata, qui locus est diuinationi? quæ à
uitarum rerum est dicta præsensio. quanquam
, omnia, quæ fierent, futura ue essent, fato conti-
nile sane, & plenum superstitionis fati nomen ip-
sed tamen apud stoicos de isto fato multa dicun-
tur.

DE DIVINATIONE

tur. de quo alias: nunc quod necesse est. si omnia fi-
 quid mihi diuinitio prodest? quod enim is, qui
 nat, prædicit, id uero futurum est: ut ne illud quod
 sciam quale sit, quod Deiotarum, familiarem nostri
 itinere aquila reuocauit. qui nisi reuertisset, in eo
 clauiei cubandum fuisset, quod proxima nocte cor-
 ruina igitur oppressus esset. at id neque, si fatum fu-
 effugisset, nec, si non fuerat, in eum casum incidi-
 quid ergo adiuvat diuinitio? aut quid est, quod m-
 ueant aut sortes, aut exta, aut ulla prædictio? si ei-
 tum fuit, classes populi R. bello punico primo al-
 naufragio; alteram à pœnis depressam interire: ei-
 tripudium solistimum pulli fecissent, L. Iunio, et
 dio Consulibus classes tamen interissent. sin, cū at-
 obtemperatum esset, interiturae classes non fuerunt
 interierunt fato: uultis autem omnia fato: null-
 tur est diuinitio. quod si fatum fuit, bello puni-
 cundo exercitum populi R. ad lacum Thrasimenum
 ire: num id mutari potuit, si Flaminius consul
 gnis; usque auspicijs, quibus pugnare prohibebatur
 fuisset? certe potuit. aut igitur non fato interire
 tus; mutari enim fata non possunt: aut, si fato, qui-
 te uobis ita dicendum est; etiam si obtemperasset auspi-
 cidem euenturum fuisset. ubi est igitur diuinitio il-
 corum? quæ, si fato omnia fiunt, nihil nos admon-
 test, ut cautiores simus: quoquo enim modo nos ge-
 mus, fiet tamen illud quod futurum est. sin autem
 test flecti: nullum est fatum, ita ne diuinitio quide-
 niam ea rerum futurarum est. nihil autem est pri-
 futurum, quod potest aliqua procuracione acci-



Atque ego ne utilem quidē arbitror esse nobis futu-
rerum scientiam, quæ enim uita fuisset Priamo,
adolescētia scisset quos euentus senectutis esset ha-
bitus? abeamus à fabulis: propiora uideamus. cla-
rum hominum nostræ ciuitatis grauissimos exi-
tū consolatione collegimus. quid igitur? ut omitta-
ueriores, M. ne Crasso putas utile fuisse, tū, cum
his opibus, fortunisq; florebat, scire, sibi, interfe-
lio filio, exercituq; deletō, trans Euphratem cū
omnia, & dedecore esse pereundum? an Cn. Pom-
pesi tribus suis cōsulatibus, tribus triūphis, ma-
ximam rerum gloria, lætaturum fuisse, si sciret se in
hunc Aegyptiorum trucidatū iri amisso exercitu,
item uero ea consecutura, quæ sine lacrymis non
possis dicere? quid uero Cæsarem putamus? si diui-
tore ut in eo senatu, quem maiore ex parte ipse
regē, in curia Pompeiana, ante ipsius Pompeij simul-
acrot centurionibus suis inspectantibus, à nobilissi-
mis, partim etiam à se omnibus rebus ornatis,
aus ita iaceret, ut ad eius corpus non modo ami-
ssum sed ne seruorum quidem quisquam accederet?
cuius animi uitam acturum fuisse? certe igitur
ratio futurorum malorum utilior est, quàm
illud. nam illud quidem dici, præsertim à Stoicis,
admodum potest: non isset ad arma Pompeius: non
Crassus Euphratem: non suscepisset bellum ci-
uile. non igitur fatales exitus habuerunt. uultis
uenire omnia facta: nihil ergo profuisset illis di-
latque etiam omnem fructum uitæ superioris
habere: quid enim posset eis esse lætum exitus suos
P 3 cogitantibus?

DE DIVINATIONE

cogitantibus? ita, quoquo se uerterint Stoici, iaceat necesse est omnis eorum solertia. si enim, quod euenturum est, uel hoc uel illo modo potest euenire: fortuna ualet plurimum. quæ autem fortuita sunt, certa esse non possunt. sin autem certum est, quid quaque den, quoq; tempore futurum sit: quid est, quod me adiunxerunt haruspices, cum res tristissimas portendi dixerint? Adde ad extremum, omnia leuius casura rebus diuinis praeratis. si enim nihil fit extra fatum, nihil leuari re diuina potest. hoc sentit Homerus, cum querentem Iouem inuocet, quod Sarpedonem filium à morte contra fatum tempore non posset. hoc idem significat Græcus ille in sententiam uersus:

Quod fore paratum est, id summum exuperat Ioue totum omnino fatum etiam Atellanio uersu inter esse irrisum uidetur. sed in rebus tam seueris non est candi locus. concludatur ergo ratio. si enim praerati nihil potest futurum esse eorum, quæ casu fiunt, quia certa non possunt: diuination nulla est. sin autem inter praerati possunt prouideri, quia certa sunt, et fatalia: diuination nulla est: eam enim tu fortuitarum rerum dicebas. Sed hæc fuerit nobis tanquam leuis armæ prima orationis excursio: nunc cominus agamus: riamur itaque, si possumus cornua comouere diuinationis tuæ. Duo enim genera diuinandi esse dicebas, artificiosum, alterum naturale: artificiosum constatim ex coniectura, partim ex obseruatione diuturnitaturale, quod animus arriperet, aut exciperet extrinsecus ex diuinitate, unde omnes animos haustos, amptos, aut libatos haberemus. artificiosæ diuinationis



genera ponebas, extrispicum, corūq; , qui ex fulguri
tētisq; prædicerēt, tum augurum, eorumq; qui se
aut ominibus uterentur: omneq; genus coniectu-
hoc fere genere ponebas. illud autem naturale
incitatione mentis edi, & quasi fundi uidebatur,
simo per somnum sensibus & curis uacuo proui-
duxisti autem diuinationem omnem à tribus re-
deo, à fato, à natura. sed tamē cum explicare ni-
ses, pugnasti commenticiorum exemplorum miri-
pia. de quo primo hoc libet dicere. hoc ego philo-
non arbitror, testibus uti: qui aut casu ueri, aut
falsi, fictiq; esse possunt. argumentis & ratio-
oportet, quare quidque ita sit, docere, nō euentis,
sertim, quibus mihi liceat non credere. ut ordiar
uspicina, quam ego reip. causa, cōmunisq; religio
lendā censeo: sed soli sumus: licet uerum exquire-
inuidia, mihi præsertim de plerisque dubitanti:
uamus, si placet, exta primū. persuaderi igitur cui
potest, ea, quæ significari dicuntur extis, cognita
haruspibus observatione diuturna? ecquā diu
ista fuit? aut quā longinquo tempore observa-
uit? aut quo modo est collata inter ipsos, quæ pars
ci, quæ pars familiaris esset, quod fissum periculū,
commodum aliquod ostenderet? an hæc inter se
pices Etrusci, Elij, Aegyptij, Pæni contulerunt?
præterquam quod fieri non potuit, ne fingi
am potest: alios enim alio more uidemus exta in-
ptari, nec esse unam omnium disciplinam. & cer-
est in extis aliqua uis, quæ declaret futura: neces-
leā aut cum rerum natura esse coniunctā, aut con-

DE DIVINATIONE

formari quodam modo numini deorum. atqui diuina rerum natura tanta, tamq; præclara in omnes partes, motusq; diffusa, quid habere potest commune, non dicam gallinaceum fel, (sunt enim, qui uel argutissima hæc exta esse dicant) sed tauri opimi iecur, aut cor, aut pulmo quid habet naturale, quod declarare possit quid futurum sit? Democritus tamen non in scite nugatur ut physicus: quo genere nihil arrogantius.

Quod est ante pedes, nemo spectat: cæli scrutantur plagas.

uerum is tamen habitu extorum, & colore declararet, hoc duntaxat, pabuli genus, & earum rerum, quas terra procreet, uel ubertatem, uel tenuitatem: siccitatem etiam, aut pestilentiam extis significaret. o mortalem beatum: cui certo scio ludum nunquam defuisse. hunc cine hominem tantis delectatum esse negis, ut non uideret, tum futurum id uerisimile, si omnes pecudum exta eodem tempore in eundem habitum sectoremq; conuerterent? sed si eadem hora aliæ pecudum cur nitidum, atq; plenum est, aliæ horridum, & exta quid est, quod declarari possit habitu extorum, & colore? an hoc eiusdem modi est, quale Pherocydeum illud quod est à te dictum? qui cum aquam uidisset ex puteo haustam, terræ motum dixit futurum. parum, crede impudenter, quod, cum factus esset motus, dicere antiquæ uis id effeccrit: etiam ne, futurum esse, aquæ in colore præsentunt? multa istiusmodi dicuntur in scholis: sed credere omnia uide ne non sit necesse. uerum sint sane ista Democritea uera. quando ea nos extiterquirimus? aut quādo aliquid eiusmodi ab haruspice in-



textis audiuimus? ab aqua, aut ab igni pericula
tum hæreditates, tum damna denunciant: fis-
niliare, & uitale tractant: caput iecoris ex o-
rte diligentissime considerant: si uero id non est
in, nihil putant accidere potuisse tristius. hæc ob-
serte non potuerunt, ut supra docui. sunt igitur
uenta, non uetustatis; si est ars ulla rerum inco-
m. Cum rerum autem natura quam cognatio-
bent? quæ ut uno consensu iuncta sit, & con-
quod uideo physicis placuisse, cisq; maxime, qui
quod esset, unum esse dixerunt: quid habere
est potest cum thesauri inuentione coniunctum?
textis pecuniæ mihi amplificatio ostenditur, idq;
pra: primum exta sunt coniuncta mundo, de-
quod lucrum natura rerum continetur. non ne
physicos hæc dicere? ut enim iam sit aliqua in-
rerum cognatio, quam esse concedo: multa
toici colligunt: nam & musculorum iecuscula
dicuntur augeri, & pulcium aridum flore-
so brumali die, & inflatas rumpi uesiculas,
ina malorum, quæ in his medijs inclusa sint,
varias partes se uertere: iam nervos in fidi-
s pulsus resonare alios; ostreisq; & conchilijs
as contingere, ut cum luna crescant pariter,
q; decrescant; arboresq; ut hiemali tempore,
ma simul senescentes, quia tum exsiccatae sint,
que cædi putentur. quid de fretis, aut de ma-
ribus plura dicam? quorum accessus & reces-
sus motu gubernantur. sexcenta licet eiusmodi
ut distantium rerum cognatio naturalis appa-
reat.

DE DIVINATIONE

reat . demus hoc : nihil enim huic disputationi aduer-
 satur . num etiam , si fissum cuiusdammodi fuerit in iu-
 re , lucrum ostenditur ? qua ex cognatione naturæ , &
 quasi concentu , atque consensu , quam *συμπύκνωσις* Gre-
 ci appellant , conuenire potest aut fissum iecoris cum lu-
 cello meo , aut meus quæsticulus cum cælo , terra , ni-
 rumq; natura ? concedam hoc ipsum , si uis : etsi ma-
 gnâ iacturam causæ fecero , si ullam esse conuenien-
 tiam naturæ cum extis concessero : sed tamen eo con-
 cesso , qui exenit , ut is , qui impetrare uelit , conuenien-
 tiam hostiam rebus suis immolet ? hoc erat , quod ego non
 posse dissolui . at quàm festine dissoluitur . præ-
 me non tui quidem , cuius etiam memoriam admittit ,
 sed Chrysippi , Antipatri , Posidonij , qui idem istuc
 dem dicunt , quod est dictum à te , ad hostiâ deligen-
 ducem esse uim quandam sentientem atque diuinâ
 toto confusa mundo sit . illud uero multo etiam melius
 quod & à te usurpatum est , & dicitur ab illis : o-
 immolare quispiam uelit , tum fieri extorum mutatio ,
 ut aut absit aliquid , aut supersit : deorum enim non
 parere omnia . hæc , mihi iam crede , ne aniculæ quæ
 existimant . an censes , eundem uitulum si alius dederit ,
 rit , sine capite iecur inuenturum ; si alius , cum capite
 hæc decessio capitis , aut accessio subito ne fieri possit
 se exta ad immolantis fortunam accommodent ? non
 spicitis aleam quandam inesse hostijs deligendis , præ-
 sertim cum res ipsa doceat ? cum enim tristissimæ
 sine capite fuerunt , quibus nihil uidetur esse diuina
 proxima hostia litatur sæpe pulcherrime . ubi illa
 superiorum extorum ? aut quæ tam subita facta est



ita placatio? sed affers, in tauri opimi extis im-
mola: Cæsare cor non fuisse: id quia non potuerit
esse, ut sine corde uictima illa uiueret, iudicandum
non interisse cor, cum immolaretur. qui fit, ut alterius
cor, sine corde non potuisse bouem uiuere: alterum
cor, cor subito non potuisse nescio quò auolare?
non possum nec nescire, quæ uis sit cordis ad ui-
uere, nec suspicari, cōtactam aliquo morbo bouis exi-
guum & uietum cor, & dissimile cordis fuis-
set: uero quid habes, quare putes, si paulo ante cor
in tauro opimo, subito id in ipsa immolatione in-
terit, an, quod aspexit uestitu purpureo excordem Cæ-
sar ipse corde priuatus est? urbem philosophiæ, mihi
proditis, dum castella defenditis. nam dum haru-
scum ueram esse uultis, physiologiam totam per-
ditis: caput est in iecore, cor in extis: iam abscedet,
sic molam, & uinum insterseris. deus id eripiet,
qua conficiet, aut exedet. non ergo omnium inte-
ritusque obitus natura conficiet: & erit aliquid,
aut ex nihilo oriatur, aut in nihilum subito occi-
detur, quæ hoc physicus dixit unquā? haruspices dicunt.
autur, quàm physicis, potius credendum existimas?
 Et dextra radios læto cum lumine iactans
 Inde Sagittipotens superas conuifere luce.
 Instatit, & mergit Nisi caput. et simul eff
 Sese clara Fides, & promit corpore Ceph
 Feruidus ille Canis toto cum corpore cedit
 Abditur Orion, obiit Lepus abditus umb

Inferiora cadunt Aurigæ.

Inde obiens Capricornus ab alto lumine
 Aurigā, instantemq; Caprā paruos simul
 Et magnam antiquo depellit nomine Nai
 Crus dextrūq; pedē linquens obit infera
 In loca. tum cedens à puppi linquitur Ar

Obruitur Procyon, emergunt Alites una
 Et uolucris terris existit clara Sagitta.

AVIE. * perq; notum rutila cum numinis
 Delphinum paruas promit Capricornus in
 Et matutino consurgit Aquarius orbe.
 Os Equus atque pedes nouus exerit. ecce a
 Parte poli trahit occiduum nex atra sub æ
 Centaurum cauda, sed nō caput aut humi
 Vasta simul recipit, persistit peçiore celso.
 Cornipedis species, & cælum uertice fule
 Ora dehinc Serpens & prima uolumina t



aditur, ingentis late tamen agmina caudæ
 retrahit, subit ista solū, subit æquora rursum,
 peger Oceani cum se Centaurus in undas
 erit, atque nouo uibrauit sidere Piscem:
 summa cœli surgentibus, ille per Austrum
 is item planta quam pulcher Aquarius urget
 iditur. haud toto tamen hic se corpore promit,
 manet alterius uenientis tempora signi.

* sic brachia mæstæ
 bromedæ, sic crura dehinc, humeriq; nitentes
 latim recauo redeunt maris aurea cœlo
 nam adolent Pisces, incendia denique Pisces
 atilant mundo, dextrâ hæc attollet in ulnâ
 q; Virginci rursum se corporis edunt.
 x postquam pecoris proruperit ortus,
 talē hic Aries Arâ procul admouet undis,
 itis occidui qua lux redit, excitat idem
 a proceri sustollere uerticis astra,
 iros fulgere humeros: at cetera nondum
 exempta solo, quin totum hoc inuida uerū
 ra ambigua rerum ratione reliquit,
 nus an reliquos Aries produceret artus
 ps, an Tauro freta pelleret assurgente.
 na cœlum subit integer. haud
 a nascentis noua Tauri deserit astra.
 re huius flammis Aurigæ sidus inhæret,
 tamen hunc totū sustollit Taurus in æthram.
 iam salsis euoluunt fluctibus amnem
 ntes Gemini, Taurum Capra plâtaq; læua
 i Hædi exuperât, cū primū rursus ab undis
 d 4 Cetosa



A R A T I

Cetosa in superum referuntur uiscera cœli.
 Eminus ingentem condit pars prima Boote
 Quattuor hic etenim signis surgentibus alti
 Vix penetrat pelagus. neq; sūma totus ab.
 Labitur Arcturus, manus olli quippe sinis
 Iuge manet, celsisq; * subducitur vrsis.
 At cum iam pedibus repetit fluxus Ophiū
 Ut genua Oceanus uasio procul æquore coi
 Signum erit Eoa Geminos procedere parte,
 Nec lateri Pistris cuiquam uicina uidetur:
 Sed cum tota super suscollitur, expuit atra
 Iā pelagus specie, nec adhuc tamē extima si
 Quin nec nascentis suspectat nauita ponto
 Agmina prima Padi cælo tum feruere ape
 Vicinasq; faces rutili manet Orionis.
 Curricula ut solers uero mox indice discat
 Certa tenebrarum, possitq; fideliter astro
 Explorare notos, & tuto carbasa ponto:

* monet alta Iuppiter æthra
 Singula nos. facilis ueram dedit arbiter ar
 Nōne uides, primū cum Phæbe in cornua
 Tenuis, & angusto lumen iacit ore per æth
 Decedente die, proneq; ab tramite solis,
 Promat ut ingressi solers tibi tempora mens.

* sunt tales quattuor ortus
 Marcentis Lunæ, quales sub mense renato
 Quattuor exurgunt languentis luminis um
 Atque bis octonas includunt ordine lucas.
 At decedentis postrema crepuscula noctis,
 Bis sex signa tibi quæ uersat signifer orbis.

P. 127.



onstrabunt. * nam Phœbus singula mutat
 mper. & alterno succedit in omnia lapsu
 * uel cum deuexus in undas
 hitur, & rebus formam absumpsere tenebræ
 matutino redit in cunabula. *
 m pelago, & rebus suffudit luce colores
 diuersa diem comitantur sidera semper.
 prim * exordia sumpsit ab anno,
 reret rutilo cum Phœbus sidere Cancrum,
 gula cum ueheret pelagus procul Orionis,
 um cæruleo flagraret Sirius astro
 ut fontem, unde & duxit tempora Luna,
 ita quo longum facili rate curreret æquor,
 no ruris amans telluri sacra parenti
 leret, ingentiq; petat indagine semper,
 qui uela salo, seu qui dat semina terræ,
 mora discēdi breuis, huc labor, et breue tēpus
 itur, innumeros habet autē industria fructus,
 itas te certa manet, prænoscere motus
 et acrios, & tempestatibus ipsis
 e principium. te primum si onte procellis
 bis rapidis, te rursus principe fluctus,
 bunt alij, si certis singula signis
 ora discernas.
 etenim quāquam tranquillæ noctis amictu
 e portenti requiescunt terga profundi;
 us securam subducit ab æquore classem
 a, & acla retinet statione phaselum,
 matutina præsensit signa procellæ.
 ue alias cælo tum tertia lumina Phœbus

Exerit.



Exerit.

Crebro quinta dehinc lux cōmouet amphitri
 Sæpe inopina mali clades ruit. omnia certis
 Indicijs tibi Luna dabit, seu lucis utrinque
 Cæsa facem, seu cum teretem concrescit in or
 Sol quoque uenturas aperit tibi sæpe procell.
 Sidera producens, & cum sidera con
 Nec minus ex alijs aderit cognoscere motus
 Aequoris, & magnos cæli callere tumultus.
 Cynthia cum primum cælo noua cornua proi
 Cautus utrinque deã circūspice. nanque reu
 Nequaquam semper similis lux imbuat ortum
 sed species diuersa trahit, uarioq; notatur
 Formarum primi cum surgit luminis igne.
 Tertia cum rutilat, tum maior sideris æthra
 Scandit, & aereas quarta face luminat oras
 Ingredientis erit plene tibi nuncia mensis:
 Hæc castigato si tertia fulserit ortu
 Pura, sic ut fœdis ab syrtibus abfore dicat,
 Clara serena diu.

VIR. At si uirgineum suffuderit ore ruborem,
I. geor. Ventus erit. uento semper rubet aurea Phæb.

AVIE. Luminis ista dehinc si crassior, atque retusis
 Cornibus ingreditur, si quarti sideris ortum
 Percursu, ut tenuem protendat corporis umbi
 Imbribus aut Zephyris hebetabitur: arguet u
 Flabra Noti aut pluuia

Tertia si rursus protollat Cynthia: uirrus,
 sic subiecta faces & acumina lenta coruscant
 Ut nec curua quasi declinet cornua, nec se

Fi



isa supinato diducat lumen in auras:
occiduo Zephyrum prædicet surgere mundo,
ut Libyæ de parte Notum. sin quattuor autem
ynthia curriculis cælum subit, atque coruscis
urnibus immodice præstantibus usserit ignes:
ex prolixa salum ciet ocyus omnia Cauri.
pius in Borcam quod se sustollit acumen,
curuum specie uelut armat: affore cælo
na procellosi prædicet flabra Aquilonis
teriore plaga, si Lunam tertius ortus
iferat, atque Deæ conuoluat circulus oras
fusis rutilo: mox tempestate sonora
amosum late pelagus canescere cernes,
rior & hac rauci uersabit gurgitis undas.
à quoque immodice si uultum Luna rubescat,
templator item seu plenum luminis orbem
athia distendit, seu cum tertius ambitus olli
ditur, & mediæ uelut indiga lucis utrinque
inet obductæ sibi met dispendia formæ,
nua prima replens, & cornua fessa dehiscēs.
uit & qualem procedens ore colorem,
perpende oculis, ipso monitore dierum
sa tene, ac totum discerne in tēpora mensē.
unum deprehensa diem tibi signa loquūtur,
uulgo in cunctis adsunt præcepta diebus,
quæ signa nouo dederit mox tertia in ortu
rtæue, sustollit medios dum Cynthia uultus
abunt cælo medio quæ edixerit ore.
ilias trino conuoluit tramite Lunam,
eminus plerunque meat Sol, et unicus idem.

Cingere



A R A T I

Cingere si simplex circumuersabitur orbem
 Signa procellarum certissima, signa sereni
 Præferet: abruptos subito prænunciat Euri
 Marcescens tenui sensim caligine, & æthra
 Digestus patula, docet undis adfore pacem.
 Si duo se Lunæ, circumfudere repente,
 Maxima uis pontum, uis uertet maxima ter
 Maioresq; dehinc agitant stagna procella
 Si trinus rutilum constrinxerit ambitus orl
 Et magis immodica formidine sæuiet Auste
 Zonarum teter fuerit si tractus in æthra.
 Denique disrumpant si sese cingula Lunæ,
 Vltima tempestas ruet imi gurgitis æsum.

VIR. Sol quoque & exoriens, & cū se condit in u
 I. geor. signa dabit. Solem certissima signa sequent
 Et quæ mane refert, & quæ surgentibus al

*

*

AVIE. Non hic cum primo seducet gurgite uultum
 Ceu picturato diuersos ore colores
 Proferet. haud etenim tali tibi sole reuecto
 Mitia iam cœli fas expectare serena.
 Et si tranquillo conuexa cucurrerit austro
 Indideritq; facem ponto deus integer, atra
 Nube carens purusq; coma & splendidus on
 Conuenit Eoæ facem præsumere lucis.
 Sed non ora cauo similis medioq; recedens
 Orbe, quasi uel si radios discingitur ultro
 Figat, ad Australem porrecto sidere partem,
 Aut Borea rigidi iaculetur luminis igne:
 Et uento & pluuijs reparata in luce carebit.

Deni



ne per flāmas procul atque incendia solers
 e cedunt blandi si lumina solis,
 oculos, certa hoc ducentur signa sinistro.
 sanguineus late rubor imbuat ora,
 et protractu uaga nubila sæpe rubescunt.
 labenti piceus color abdat amictu
 da, quære diu si tetro crassior orbe est,
 et pluuijs tellus.

ul amborum si uultum solis oberret
 noti quatiēt, imbres procul arua rigabūt.
 ias primo nascentis solis in ortu,
 in præcipites pelago deus inserit ignes,
 ut radij;

us his signis in terram defluit imber.
 i sub lucem densa inter nubila sese
 irumpent radij:
 nimbis ingentibus arua madebunt.
 utini si phœbum in littoris
 in solito produxerit, atque per æthram
 si similis defluxerit extimus orbis,
 hinc scādens minuat iubar igniferū sol:
 ena aderunt.

hic quoque magnis
 defacta die sub tempestatibus horret,
 ora cadens, promittet pura serena.
 iscente die uenturos conuenit imbres
 cum proni procul ad confinia cœli
 piceo spectans nubila tractu:
 declinant radij, sed partem in utranque
 occasu, nox ut serat algida rores,

imber



A R A T I

Imber erit: puras si Phœbus condit habenas,
Et Calpetano tranquillum gurgite lumen
Tingat, at in lapsu nubes ignita sequatur:

VIR. * nunquam te crastina fallet

I. geor. Hora, nec insidijs noctis capiere serenæ.

AVIE. * sed cum radijs marcentibus ardor
Languet, uel tenui tenduntur acumine frustr
Phœbei crines: nimbos aget atra procella,
Talis & obducti cernetur forma diei,
Qualem fraternos subtexens luna iugales
Lucem habitat.

* aut ubi cursum

Cum matutinos molitur Lucifer ortus,
Ebria sanguineas subuolunt uellera nubes.
Nanque grauis cœlo fundetur protinus imbi
Nec si sole procul rutila inter stagna morant
Emineant radij, radios quoque crassior umbr
Contegat: ille dies pluuijs uentoq; carebit.
Quin erit imber item, si Solem circulus ater
Ambiat exortum. maior si denique nimbus
Urgebit cœlo, maior sola perluet imber,
Circunfusa adeo si cingula nescia solui
Seruarent tetram speciem torpentia noctis.
Sæpe etiam Phœbo nubes percussa rubescit,
Et meditata dei formam procul igne recepto
Concipit effigiem simulato luminis orbe.
Id qua parte poli spectaueris, adfore ab ipsa
Parte tene uentos. tar̃ = hæc tamē omnia sen
Decedente die melius uentura docebunt.

✱

✱

Cor



inuenit hic etiam paruum Præsepe notare,
 nubî nomen, quæ Cancro obuoluitur alto,
 æcia docta dedit. quapropter denique Asellos
 spice, quorû unus septem uicina trioni (strû,
 tra adolet, tepidû procul alter spectat in Au-
 medio quod nube quasi concrescit adacta,
 Præsepe uocant. Porro hoc Præsepe repente

esse ex oculis procul auferat, ardeat autem
 gruuus aeris late rubor ignis Asellis:
 uaquam tenues agitabunt stagna procellæ.
 si sideribus similis lux duret, & illi
 a sit effigies: ruct altis nubibus imber:
 Boreæ de parte trucis uelut indiga iustæ
 a facis, lento marcescere cernitur igne,
 ocul alterius iuba late flagrat Aselli:
 inus Aethiopum surget conuallibus Auster.
 regione Noti si lucem stella senescat,
 is Riphæis Aquilo crepitabit ab oris:
 e etiam uentos præmonstrat sæpe futuros
 tum mare, cum subito penitusq; tumescit.
 q; cana salis nixco spumata liquore
 ficas certant Neptuno reddere uoces,
 densus stridor cum celso è uertice montis
 s adaugescit, scopuli ui sæpe repulsus.
 ibi tum curuis male temperat unda carinis,
 medio celeres reuolant ex æquore mergi,
 oremq; ferunt ad littora. cumq; marinæ
 o ludunt fulicæ, notasq; paludes
 it, atque altam supra uolat ardea nubem.

Denique



A R A T I

AVIE. Denique cum cœlo tenduntur pura serena;
Sœnitura polo sunt flamina

*

*

VIR. Sæpe etiam stellas uento impendente uidebi
Præcipites cœlo labi, noctisq; per umbras,
Flammæ longos à tergo albescere tractu

AVIE. Quod si diuersis se passim partibus ignes
Excitant: uerret pelagus sine fine modoq;
Turba procellarum.

*

*

VIR. At Boreæ de parte trucidis cum fulminat, &
Euriq; Zephyriq; tonat domus: omnia plen
Rura natant fossis, atque omnis nauis pon

*

*

ant bibit ingens
Iris.

AVIE. Si stellam teter uelut ambiat æquora prop
lam uarias Pelagi uolucres, & quæ Asia ci
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri
Aut arguta lacus circumuolauit Hirundo.

*

*

Et ueterem in limo ranæ cecinere querelam

*

*

CIC. Et matutinis A credula uocibus instat,
Instat, & assiduas uocum iacit ore querelas
Cum primum gelidos rores aurora remittit.
Fiscaq; nōnunquam cursans per littora con
Demersit caput & fluctum cernice recepit.

*

*

Mollipedesq; bones spectantes lumina cœli,

Nat



Naribus humiferum duxere ex aere succum.

Sæpius & tectis penetralibus extulit ovis:

Angustum formica terens iter.

* * *

Inserit interius terrarum redditus æstus,

Pectora cum curuo purgat gallinula rostro:

* * *

Agmine cum denso circumuolare uidetur

Graculus, & tenui cum stridunt gutture corui,

Eum procera salum repetit languore frequenti:

Ardea.

* * * cum parvæ defigunt spicula masca,

Et si nocturnis ardentibus undique testis

Concrescunt fungi, si flammis emicet ignis:

Effluus, aut lucis substantia langueat ultro:

Conuenit instantes prænoscere protinus imbres.

* * *

Nec nocturna quidem carpentes densa puellæ

Perseuere hyemem, testa cum ardente uiderent

Intillare oleum, & putres concrescere fungos.

* * *

In nimium ad montem nebularum crassus amictus

Indatur, summo nudentur uertice saxa.

* * *

Et cum pontus item fræta per distenta quiescit

Uibula si longo se procumbentia tractu

Effundunt cælo, & Thetidi terrisq; supinis

Ad aderit, nusquam mundo, ruet effluus imber.

Ad cum tranquillo tenduntur crassa serena,

Ab lone uenturæ prænoscere signa procellæ

* * * Conue-



A R A T I

Conuenit, & cum perfurit aeris horror
 Inspice quam referant terris pelagoq; qu.
 Inter prima tamen paruum præsepe nota
 Arduus excelsus quod Cancer cardine uol
 Cum minus & primo purgatur flammis
 Tempore. * *

VIRG. Nec quicquam seros exercet nocturna canti

AVIE. Tum uespertinum cornix longæua result.

VIRG. Tum liquidas corui presso ter gutture uo
 Aut quater ingeminant, et sæpe cubilibi
 Nescio qua præter solitum dulcedine læti
 Inter se folijs strepitant. iuuat imbribus
 Progeniem paruum, dulcesq; reuifere ni

AVIE. * tunc pennis corpora plau
 Tunc & Strymonias circumuolare repe
 suspicies, & per aperta ubi mitior anni
 Sponte procellosum disiecerit aera cæli.

VIRG. * tum stellis acies obtusa uidet

AVIE. Nubila nec crassos circumduxere meatu:

Vt iubar occulerent, flagrantibus obuia
 Nec caligo inhibet rutilantis lampados i
 Orbe nec expleto sacra sidera luna recon
 Sed iam sponte sua stellarum lumina ma
 Conuenit hybernæ prænoscere dura pro
 Nubila. * *

Gramina si carpit semesa petatius anser,
 Si nocturna tibi cornix canit: Hesperus
 Cum redit, innumero si cantu craculus
 Si matutino fringuilla resultat ab ore,



Si fugiunt uolucres raptim freta turbida Nerei,
 Orchilos infestus si floricomis hymenæis
 Ima petit terræ, si denique paruus Eritheus,
 3. * Et è pastu descendens agmine magno,
 Coruorum increpuit densis exercitus alis.

E. Cecropias si pastus Apis uicinus ab ipsa
 Castra inhibet, florisq; simul libamina mœstæ
 Proxima decerpunt. si Threiciæ per aperta
 Sponte Grues trepidât, nec sese audacius æthræ
 Committunt, *

* si soluit aranea casses.

Tenuia si toto uehit Auster licia cælo,
 Mox tempestates Et nubila tetra cientur.

Quid maiora canam * ? cinis ipse repente
 Cum coit, albenti nix terras uestit amictu,
 Nix operit terras, rutilis ubi lumina prunis
 Summa rubent, errantq; breui caligine crassa,
 Interius nebula, Et densa iam fomes in igni
 Marcescit, penitus pluuios mox arguet austros.

Induit immodicis cum semet floribus ilex.

t cum flore nouo, cū brachia glande grauantur
 ruentis cœli sibi nutrimenta latenter
 ponte operata docet.

sem uero semper uiridis semperq; grauata
 lentiscus, triplici solita grandescere fœtu
 er fruges fundens, tria tēpora monstrat arandi.

er prorumpentis Scyllæ teres erigitur flos,
 Alcandiq; solum ter monstrat tempus adesse,



ARATI

Sic & crabronum rauca agmina si uolitare
 Fine sub Autumni conspexeris æthere longo
 Iam uestertinos primos cum commouet ortus
 Vergilias, pelago dices instare procellas :
 Siq; sues lentæ, si lanæ sedula nutrix,
 Si Capra dumosis errans in saltibus ultro
 In Venerem pergat .
 Et tempestates & nubila protinus atra
 Adfore præcipites .

quin & gaudebit arator,
 Quiq; solum iusti uersabit mensibus anni
 Plebe gruum prima : gaudebit tardus arat
 Agmine pigrarum, si quadam lege deorum

His comes est imber: si denique terram
 Lanigeræ fodiant, caput aut tendatur in A
 Cum madidus per marmora turbida condit
 Pleiadas occasus, cum brumæ in frigora celi
 Frugifer autumnus, ruet æthra concitus in
 At si perruptis terrarum dorsa lacunis
 Infodiant pecudes :

VIRG. Suspecti tibi sint imbres. nanquæ urget ab
 Arboribusq; satisq; Notus pecoriq; sinister
 AVIE. Nix herbas lædet teneras, nix uret aristas

At si contigerit plures ardere cometas,
 Inualidas segetes torrebit siccior aer .

Contemplator item si longo plurimq; ponto



Agmina festinant uolucrū, solidamq; frequentes
Succedunt terram: sterilis desæniēt æstus,
At sitient agri.

Sed si * producant agmina ab undis
Nec trepido passim uersent conuexa uolatu,
Latitia est duris pastoribus, adfore parcos.
Præsumunt imbres. Sic in contraria semper
Vota homines agimur, nostriq; cupidine fructus
Poscimus alterius dispendia, denique & ipsa
Solers natura, & rerum genitabilis ordo.
Certa suis studiis affixit signa futuri.

Nanque & ouis cupido si gramina tondeat ore
insaturata cibi decerpens latius agros,
pastor indicium pluuiæ frigidæ edet.
et si persultans aries lasciuus herbas
appetit, aut sese sustollant saltibus hœdi:
vel si iuge gregi cupiant hæerere, nec usquam
matribus abscedant, & si sine fine modoq;
fabula delibent, cum tutas uespera dire
compellat caulas: monstrabunt qd fore nimbos.

ibus arator item trahit atro signa procellæ.
 ambere si lingua prima hos uestigia forte
 uiderit, aut dextrū prostrernere corpus in armum

el si prolaxis auras mugitibus implent
escua linquentes uix uespere .

dat capra moti
rsum signa poli, cum spinis ilicis aræ



A R A T I

Multa inhiat. docet hæc eadem sus horrida cæ-
Gurgitis illuue si sæpius inuoluatur.

Martius ipse lupus uillarum proxima oberr-
Affectansq; locos hominum, lectumq; larem
Sponte petens, crasso consurgere nubila cælo
Præmonet.

*

id parui cum stridunt denique M-
Cum gestire solo, cum ludere forte uidentur
Portendunt, tibimet canis in præsentia ul-
Tellurem fodiens. tamen hæc tamen omnia
Adfore, uel primo nimbis mox sole docebit
Vel cum curriculis lux ibit cæpta secundis,
Tertius aut uerso cum uenerit ortus olympo.

*

Non spernenda tibi sint ulla, sed memor uni-
Adde aliud semper, si tertia denique signa
Proueniant, firmo uenturum pectore fare,
Et transactorum solers componere mensum
Signa laborabis, si sic fluxere reperta,
Nequaquam trepidare pudor persuadeat ulli
Astrorum lapsus, astrorum protinus ortus.
Discute si casus similis, & stella per æthra
Prodidit exacti iam summa crepuscula men-
Et surgentis item primordia conscius artis
Fare sacra mensum confinia summa duorum
Cæca latent lucis hæc semper semet in octo
Inscia lunaris tendunt facis. ipse fideli
Perquires studio, & si quid tibi forte reper-
Pluribus indicijs, solers fulcire memento.

F I N I S .



CICERO DE PETITIONE CONSV-
LATVS AD M. TVLLIVM
FRATREM LIBER.

E T si tibi omnia suppetunt, quæ consequi ingenio, aut usu homines, aut diligentia possunt: tamen amore nostro nō sum arbitratus alienum, ad te perscribere ea, quæ mihi ueniebāt in mentem, dies res de petitione tua cogitanti: non ut aliquid ex te addicerem; sed ut ea, quæ in re dispersa, atque ita uiderentur esse, ratione, & distributione sub spectu ponerentur. Quinquam plurimum natura tamen uidetur in paucorū mensium negotio posse itio naturam uincere. ciuitas quæ sit, cogita, quid iqui sis. prope quotidie ad forum tibi descendenti indum hoc sit, nouus sum, consulatum peto, Romanominis nouitatem dicendi gloria maxime subs. semper ca res plurimum dignitatis habuit. non qui dignus habetur patronus consularium, indiosulatu putari. quamobrem, quoniam ab hac laudificisceris, et, quidquid es, ex hoc es: ita paratus endum uenito, quasi in singulis causis iudicium u ingenio futurum sit. eius facultatis adiuumentibi scio esse seposita, ut parata ac prompta sint, & sæpe, quæ de Demosthenis studio & exercitacripit Demetrius, recordare. deinde & amicorū udo, & genera appareant: habes enim ea, quæ abuerunt, omnes publicanos, totū fere equestrem m, multa præterea municipia, multos abs te de-

e 4 fensos



DE PETITIONE CONSULATVS
 -fensos cuiusque ordinis, aliquot collegia, præterea
 dio dicendi conciliatos plurimos adolescentulos, qua
 dianam amicorum assiduitatem & frequentiam .
 cura & ut teneas commendando, & regando, &
 ratione efficiendo, ut intelligant qui debent tuam
 -referendæ gratiæ, & qui uolunt, obligandi tui
 -pus sibi aliud nullum fore. etiam hoc multum uis
 -adiuuare posse nouum hominem, hominum nobis
 -uoluntas, & maxime consularium. prædest, quorum
 -locum ac numerum peruenire uelis, ab his ipsis illi
 -co, ac numero dignum putari. hi rogandi cuncti
 diligenter, & ad eos allegandum: persuadendum.
 -ijs, nos semper cum optimatibus de rep. sensisse, &
 -me populares fuisse; si quid locuti populariter, idem
 consilio fecisse, ut nobis Cn. Pompeium adiungeret
 -ut eum, qui plurimum posset, aut amicum in nostra
 -titione haberemus, aut certe nō aduersarium. præ
 -adolescentes nobiles elabora ut habeas, uel ut te
 studiosos quos habes. multum dignitatis affert
 plurimos habes: perfice ut sciant, quantum in ijs
 -tes esse. si adduxeris, ut ij, qui nolunt, cupiant, i
 -rimum quidem proderunt. ac multum etiam non
 -tem tuam adiuuat, quod eiusmodi nobiles tecum
 -tunt, ut nemo sit qui audeat dicere, plus illis nobil
 -tem, quàm tibi uirtutem prodesse oportere. iam
 Galbam, & L. Cassium summo loco notos, quis
 -qui petere consulatum putet? uides igitur amplius
 ex familijs homines, qui sine nervis sint, tibi pares
 non posse. at Antonius & Catilina molesti sunt. i
 -mo homini nouo, industriæ, innocenti, diserto, grati



eos, qui res iudicant, optandi competitores, ambo
 ambo libidinosi, ambo egentes. eorum alterius bo-
 scripta uidimus, uocem denique audiimus iuxta
 romae iudicio aequo cū homine Græco certare non
 ex senatu cicclum scimus. optima uero cen-
 satione in pratura competitorem habui-
 nico Sabidio, & Panthera, quod, ad tabulam
 meret, non habebat. quo tamen in magistratu
 a, quam palam domi haberet, de machinis emit-
 tione autem consulatus caupones omnes hic com-
 ter turpissimam legationem maluit, quàm ad ef-
 populo R. supplicare. Alter uero; dii boni, quo
 te est? primum nobilitate eadem, qua Catilina.
 iore? non, sed uirtute. quamobrem qui inanius
 suam metuit, hunc negliges quidem, natum in
 estate, educatum in sororis stupris, corroborat-
 ede ciuium, cuius primus ad remp. aditus in
 R. occidendis fuit. nam illis, quos memini-
 lis, qui tum Tulliorum, ac Vanniorum, ac Ta-
 capita demebant, Sylla unum Catilinam præ-
 in quibus ille hominem optimum Q. Cæcilium
 e uirum, equitem R. nullarum partium, cum
 iura, tum etiam ætate iam quietum, suis ma-
 idit. quid ego nunc dicam petere cum tecum
 m, qui hominem carissimum populo R. M.
 nspiciente populo R. uirgis per totam urbem
 ad bustum egerit, ibi omni cruciatu laceran-
 anti collum gladio sua dextera secuerit, cum
 billum eius à uertice teneret, caput sua manu
 m inter digitos eius riuus sanguinis fluerent?
 qui



DE PETITIONE CONSVLATV

qui postea cum histrionibus, & cum gladiatoribus
 uixit, ut alteros libidinis, alteros facinoris adiunctu
 beret: qui nullum in locum tam sanctum & tan-
 giosum accessit, in quo non, etsi in alijs culpa non:
 tamen ex sua nequitia dedecoris suspensionem reli-
 ret: qui ex curia Curios, & Annios, ab atrijs Sapi-
 & Caruilios, ex equestri ordine Pompilios, & vi-
 sibi amicissimos compararit: qui tantum habet v-
 cie, tantum nequitiae, tantum denique in libidin-
 tis, & efficacitatis, ut parentum prope in gremi-
 textatos liberos constuprarit. Quid ego nunc
 Africa, quid de testium dictis scribam? nota su-
 ea tu saepius legito. sed tamen hoc mihi, non pra-
 tendum uidetur, quod primum tam egens ex eo
 discessit, quam quidam indices eius ante illud in-
 fuerunt: deinde tam inuidiosus, ut aliud in eun-
 cium quotidie flagitetur. hic se sic habet, ut ma-
 meat, etiam si quieuerit; quam ut contemnat,
 commouerit. Quanto melior tibi fortuna petita-
 ta est, quam nuper homini nouo C. Celio? ille cum
 bus hominibus ita nobilissimis petebat, ut tam-
 omnia puris essent, quam ipsa nobilitas: summa-
 nia, summus pudor, plurima beneficia, summa-
 diligentia petendi. tamen eorum alterum, cum
 alter, Celius, etiam cum multo esset inferior gen-
 perior nulla re pene, superauit. quare si facies est
 tibi natura, & studia, quibus usus es semper, la-
 tur, quae temporis tui ratio desiderat, quae peten-
 debes: non erit difficile certamen cum ijs compe-
 bus, qui nequaquam sunt tam genere insignes,



mobiles. quis enim reperiri tam improbus cuius po-
tuerit uno suffragio duas in remp. sicas distin-
guere igitur, quæ subsidia nouitatis haberes,
habere posses, exposui: nunc de magnitudine peti-
ticiendum uidetur. Consulatum petis. quo hono-
re est, qui te non dignum arbitretur: sed multi,
uideant. petis enim homo ex equestri loco summū
cuiusmodi, atque ita summum, ut forti homini, di-
uocenti multo ille idem honos plus amplitudi-
nem ceteris afferat. noli putare eos, qui sunt eo-
rum, non uidere, tu cum idem sis adeptus, quid
habiturus sis. eos uero, qui consularibus fa-
cti locum maiorum consecuti non sunt, sufficor
qui admodum te amant, inuidere. etiam no-
biliores pratorios existimo, nisi qui tuo beneficio
sunt, nolle abs te se honore superari. iam in po-
pulo multi inuidi sunt, quam multi consuetudi-
nis annorum ab honoribus nouis alienati, ueni-
mentem certo scio. esse etiam non nullos tibi
in iis causis, quas egisti, necesse est. iam illud tu-
inspicito, quod ad Cn. Pompeij gloriam augen-
do studio te dedisti, num quos tibi putes ob eam
esse amicos? quamobrem cum & summum lo-
catu petas; & uideas esse studia, quæ tibi ad-
iuvant: adhibeas necesse est omnem rationem, &
& laborem, & diligentiam. Et petitio magi-
tudinis est in duarum rationum diligentiam:
altera in amicorum studiis, altera in populari
et ponenda est. Amicorum studia beneficis, &
& uetustate, facilitate, ac incunditate naturæ
parata



DE PETITIONE CONSULATU
parta esse oportet. sed hoc nomen amicorum in pe-
ne latius patet, quàm in cetera uita. quisquis est
qui ostendat aliquid in te uoluntatis, qui colat, qui
num uentitet, is in amicorum numero est haberi
sed tamen, qui sunt amici ex causa honestiore, ci-
tionis, aut affinitatis, aut sodalitatis, aut alicuius
cessitudinis, his carum & iucundum esse maximè
dest. deinde ut quisque optimus, ac maxime do-
cus, ut is amet, quisque fidelissimum esse te cupiat
de elaborandum puto: tum ut tribules, ut uicini
clientes, ut denique liberti, postremo etiam serui
nam fere omnis sermo ad forensem famam à domo
emanat auctoribus. deinde instituendi sunt cuius-
que generis amici ad speciem hominis illustris huius
ac nomine: qui etiam si suffragandi studia non ne-
tamen afferunt petitori aliquid dignitatis ad in-
obtinendam. Magistratus, ex quibus maxime con-
deinde tribunos pl. ad conficiendum centurias
nes excellenti gratia, qui tribuent centuriam, &
quod ex te beneficium aut habeant, aut ut habe-
rent, eos prorsus magnopere cōpara, & confirma-
per hos annos homines ambitiosi uehementer omni-
dio, atque opere laborarunt, ut possent à tribulibus
ea, quæ peterent, impetrare. hos tu homines, qui-
cunque rationibus poteris, ut ex animo, atque ut
la summa uoluntate tui studiosi sint, laborato. qui
satis grati homines essent, hæc omnia parata esse
bant, sicut parata esse concerno: nam hoc biennio
tuor sodalitates ciuium ad ambitionem gratissimè
tibi obligasti, M. Fundanij, Q. Gallij, Cn. Corne-

Cor.



Et horum in causis ad te deferendis quidnam
 vobales receperint Et confirmarint ; scio : nam
 . quare hoc tibi faciendum est , ut idem ab ijs ;
 bent , exigas , sæpe commonendo , rogando ;
 ando , curando ut intelligant nullum tempus a-
 nquam habituros referendæ gratiæ , profecto
 Et spe reliquorum tuorum officiorum , etiam
 us beneficijs ad studium seruandū excitabun-
 mino quoniam eo genere amicitiarum petitio
 me initiata est , quod causarum defensionibus
 es : fac ut plane ijs hominibus , quos deuinctos
 scriptum , ac dispositum suum cuique munus
 admadum memini , quod nulla in re illis un-
 lestus fuisti , sic cura ut intelligant omnia te ,
 lis tibi deberi putaris , ad hoc tempus reser-
 d quoniam tribus rebus homines maxime ad
 rtiam , atque hæc suffragandi studia ducun-
 ficio , spe , adiunctione animi , uel uoluntate :
 rtendum est , quemadmodum cuique horū ge-
 seruendum . Minimis beneficijs homines ad-
 , ut satis causæ putent se ad studium suffraga-
 lisse , ne dum ijs , quibus saluti fuisti , quos tu ha-
 mos . et intelligant , si hoc tuo tempore non sa-
 t , se probatos nemini unquam fore . quod cum
 men rogandi sunt , atque etiam in hanc opinio-
 xendi , ut , qui nobis adhuc obligati fuerint ,
 n nos obligari adhuc posse uideamur . qui au-
 mentur , quod genus hominum multo est dili-
 atque officiosius ; ijs fac ut propositum , ac pa-
 xilium tuum esse uideatur ; denique ut specta-
 torem



DE PETITIONE CONSULATI
torem te suorum officiorum esse intelligant dilige
ut uidere te plane, atque animaduvertere, quanti
unoquoque proficiscatur, appareat. Tertium ill
nus est studiorum uoluntarium: quod agendis g
accōmodandis sermonibus ad eas rationes, propt
quisque studiosus tui esse uidebitur, significan
illos pari uoluntate, adducenda amicitia in spen
liaritatis, & consuetudinis confirmari oportebit
in ijs omnibus generibus iudicato et perpendito
tum quisque possit, ut scias & quemadmodum
inseruias, & quid à quoque expectes, et postulat
enim quidam homines in suis ciuitatibus, & m
pijs gratiosi: sunt diligentes, & copiosi: qui etia
tea non studuerunt huic gratiæ, tamen ex temp
borare eius causa, cui debent, aut uolūt, facile p
his hominum generibus sic inseruiendum est, ut r
telligant te uidere quid à quoque expectes, senti
accipias, meminisse quid acceperis. Sunt autem
aut nihil possunt, aut etiam odio sunt tribulib
nec habent tantum animi, aut facultatis, ut eni
ex tēpore. hos internoscas: & uideto, ne, spe in
maiore posita, præsidiū parum comparetur. et qu
partis et fundatis amicitijs fretum ac munitū q
teret: tamen in ipsa petitione amicitiae permul
perutiles comparantur. nam in ceteris molestū
hoc tamen petitio commodi, ut possis honeste, &
cetera uita non queas, quoscunque uelis, adiun
amicitiam: quibuscum si alio tempore agas, ut it
tur, absurde facere uidere: in petitione autem
agas & cum multis, & diligenter, nullus peti



. Ego autem tibi hoc confirmo, esse neminē, ni-
t necessitudine competitorum alicui tuorum si-
lus, à quo non facile, si contenderis, impetrare
et suo beneficio promereatur, se ut ames, & sibi
is, modo intelligat te magni aestimare, ex ani-
e, bene se ponere, fore ex eo non breuem & suf-
fiam, sed firmam & perpetuam amicitiam. ne-
unhi crede, in quo modo aliquid uirtutis sit,
tempus sibi oblatum amicitiae tecum constituen-
ermittat, praesertim cum id tibi casus afferat,
upetant, quorum amicitia aut contemnenda,
nda sit, & qui hoc, quod ego te hortor, non
assequi, sed ne incipere quidem possint. nam
biat Antonius homines adiungere, atque inui-
nicitiam, quos per se suo nomine appellare nō
hi quidem stultius nihil uidetur, quàm exi-
um studiosum tui, quem non noris. eximiam
gloriam, & dignitatem, ac rerum gestarum
linem esse oportet in eo, quem homines igno-
suffragantibus meritis honore afficiant. nan-
no incers, sine officio, sine ingenio, cum infā-
is amicis septus, hominum plurimorum stu-
omnium bona existimatione munitum prae-
e magna culpa negligentiae fieri non potest.
n omnes centurias multis et uarijs amicitijs,
infirmatas habeas: & primum id, quod ante
senatores, equitesq; Romanos, ceterorum ho-
uos homines & gratiosos complectere. mul-
urbani & industrij, multi libertini gratio-
nanque uersantur: quos per te, quos per com-
munes



DE PETITIONE CONSULATV
munes amicos poteris sumere: cura ut tui cupidi
elaborato, appetito, allegato, summo beneficio
cere ostendito. deinde habe oratores urbis totius,
gium omnium pagorum, vicinitatum. ex ijs prius
ad amicitiam tuam si adiunxeris, per eos reliqua
titudinem facile tenebis. postea totam Italiam fac
animo, ac memoria tibi distributam, comprehensam
habeas: ne quod municipium, coloniam, præfecti
locum denique Italiae ne quem esse patiari, in qua
habeas firmamēti quod satis esse possit. perquiras
et inuestiges homines ex omni regione, eosque
scas, appetas, confirmes, cures ut in suis ciuitatib
bi aliquos petant, et tua causa quasi candidati fa
lent te amicum, si suam à te amicitiam expetant
id ut intelligant, oratione, quæ ad rationem per
consequere. homines municipales, ac rustici, qu
ne tantum noti sunt, in amicitia se esse arbitran
uero etiam præsidij se aliquid sibi constituere pot
amittunt occasionem promerendi. hos ceteri, qui
me tui competitores ne norunt quidem, tu etiam
facile cognoscēs: sine queis amicitia esse non
neque id tamen satis est, tametsi magnum est,
consequatur spes utilitatis, atque amicitiae, non
clator solum, sed amicus etiam bonus esse uideat
cum et hos ipsos propter suam ambitionem, qui
tribules suos plurimum gratia possint, studiosos
turijs habebis; et ceteros, qui apud aliquam
tribulium propter municipij, aut ciuitatis, au
gij rationem ualent, cupidos tui constitueris; in
spe esse debebis. Iam equitum centuriæ multo



diligentia posse teneri uidentur. primū cognoscen-
equites, deinde adipiscendi: multo enim facilius
adulescentulorum ad amicitiam ætas adiungitur.
habebis tecum ex iuuentute optimum quenque,
piosissimum humanitatis. tum equester ordo se-
uillius auctoritatem ordinis, si abs te adhibetur ea-
ritia, ut non ordinis illius auctoritatem solum uo-
cas, sed etiam singulorum amicitijs eas centurias
tas habeas. iam studia adolescentulorum in sus-
cipiendo, in obeundo, in nunciando, in affectando mi-
nima & honesta sunt. Et quoniam affecta-
mentio facta est, id quoque curandum est, ut quo-
cuiusque generis, & ordinis, & ætatis utra-
que ex ea ipsa copia coniectura fieri poterit, quan-
tum ipso campo uirium, ac facultatis habiturus.
rem rei tres partes sunt; una saluatorum, cum
ueniunt; altera deductorum; tertia affectato-
saluatoribus, qui magis uulgares sunt, & ad
suetudinem, quæ nunc est, plures ueniunt,
curandum est, ut hoc ipsum minimum officium eo-
gratissimum esse uideatur. Qui domum tuam
ad ijs significato te animaduvertere; & eorum a-
mici illis renuncient, ostendito; sæpe ipsis dici-
mines sæpe, cum obeunt plures competitores,
ut unum esse aliquem, qui hæc officia maxime
curat, ei se dedunt, deferunt ceteros, minuta-
munibus proprijs, ex fucosis firmi suffraga-
unt. iam illud teneto diligenter, si eum, qui
deferit, fucum, ut dicitur, facere uelle. sense-
id audisse, aut scire dissimules; si quis tibi se
f purgare



DE PETITIONE CONSVLATVS

purgare uolet, quòd suspectum esse arbitretur, a-
 mes te de illius uoluntate nunquam dubitasse, nec
 bere dubitare: is enim, qui se non putat satisfacere
 micus esse nullo modo potest. scire autem oportet,
 quisque animo sit, ut & quantum cuique confici
 constituere possis. Iam deductorum officium, quod
 ius est quàm saluatorum, hoc gratius tibi esse sig-
 cato, atque ostendito, et, quoad eius fieri poterit, et
 temporibus descendito. magnam affert opinionem
 gniam dignitatem quotidiana in deducendo frequen-
 Tertia est ex hoc genere assidua asseclatorum copia,
 ea quos uoluntarios habebis, cura ut intelligant
 in perpetuum summo beneficio obligari, qui autem
 bi debent, ab ijs plane hoc munus exige; qui per-
 tem, ac negotium poterunt, ipsi tecum ut assidui,
 qui si ipsi sectari non poterunt, necessarios suos
 munere constituent. ualde ego te uolo, & ad rem
 tinere arbitror, semper cum multitudine esse. prae-
 ea magnam affert laudem, & summam dignitatem
 ij tecum erunt, qui à te defensi, & qui per te secun-
 ac iudicijs liberati sunt. haec tu plane ab ijs postula-
 ut, quoniam nulla impensa per te alij rem hone-
 alij salutem, ac fortunas omnes obtinuerunt, nec
 ullum tempus futurum sit, ubi tibi referre gratias
 sint, hoc te officio remunerent. Et quoniam in a-
 rum studijs haec omnis oratio uersatur: qui locus
 genere cauendus sit, praetermittendum non uide-
 fraudis, atque insidiarum, & perfidia plena sunt
 nia. non est huius temporis perpetua illa de hoc
 disputatio, quibus rebus benivolus, & simulato-



possit. tantum est huius temporis admonere. sum
virtus eosdem homines & simulare tibi esse a-
& inuidere coget. quamobrem Επιχαρμειον il-
eto, nervos atque artus esse sapientiae non te-
edere. et cum tuorum amicorum studia consti-
um etiam obrectatorum, atque aduersariorum
, & genera cognoscito. haec tria sunt: unum
uos laesisti: alterum, qui sine causa non amant:
qui competitorum ualde amici sunt. Quos lae-
contra eos pro amico dices, his te purgato
excessitudines commemorato: in spem adducito:
in rebus, si se in amicitiam contulerint, pari-
tque officio futurum spondeto. Qui sine causa
ut, eos aut beneficio, aut spe, aut significando
illos studia futura, delenies, dans operam, ut
in prauitate deducas. Quorum uoluntas erit
pter competitorum amicitias alienior, his quo-
inserui oratione, qua superioribus: et si pro-
ris, te in eos ipsos competitores tuos beneuolo
ostendito. Quoniam de amicitijs constituen-
ctum est, dicendum est de illa altera parte pe-
ae in populari ratione uersatur. Ea desiderat
ionem, blanditiam, assiduitatem, benignita-
rem, spem in rep. primum id, quod facis, ut
ris, significa, ut appareat; & auge, ut quo
fiat. nihil mihi tam popolare, neque tam
letur. Deinde id, quod natura non habes,
imum ita simulandum esse, ut natura facere
n committas tibi necesse est, ea, quae bono ac
ne digna sunt. sed opus est magnopere blan-
f 2 ditia:



DE PETITIONE CONSULATV'
ditia: quæ etiam si vitiosa est, & turpis in cetera;
tamen in petitione necessaria. tibi enim cum det-
rem aliquem assentando facit, improba est: cum-
torem, non tam vituperanda. petitori vero neces-
est, cuius & frons, & vultus, & sermo ad eorū,
cunque conuenerit, sensum, & uoluntatem comi-
dus est. iam assiduitatis nullum est præceptum.
bumq; ipsum docet, quæ res sit. prodest quidem
menter nusquam deesse: sed tamen hic fructus
ditatis, non solum esse Romæ, atque in foro, sel-
due petere, sæpe eosdem appellare, non commū
quisquam possit dicere, quod eius sit consequi p-
abs te non sit rogatum, et ualde ac diligenter ro-
Benignitas autem late patet, & est in re familiar-
quanquam ad multitudinem peruenire non pote-
men ab amicis laudatur, & multitudini grata
in conuiuijs, quæ facere abs te, & amicis tuis
lebrentur & passim, & tributim: est etiam in
quam peruiulga, & communica: cura, ut adit-
diurni atque nocturni pateant, neque foriba-
edium tuarum, sed etiam vultu, & fronte, q-
nimi ianua. quæ si significant uoluntatem abdi-
ac retrusam, parui refert patere ostium: homin-
non modo promitti sibi, præsertim quæ à canda-
tant, sed etiam large ac honorifice promitti ueli-
re hoc quidem facile præceptum est, ut, quod
sis, id significes te studiose, ac libenter esse fac-
illud difficilis, & magis ad tempus, quàm ad
accommodatum tuam; quod facere non possis,
eunde neges. quorum alterum est boni viri, al-



toris. nam cum id petitur, quod honeste, aut sine
mento nostro promittere non possumus, quo modo
roget, ut contra amicum aliquam causam recipias
belle negandum est, ut ostendas necessitudinem,
nostres quàm moleste feras, alijs te id rebus exactio
se persuadeas. audiui hoc dicere quendam de quĩ
in oratoribus, ad quos causam suam detulisset; gra
n sibi fuisse orationem eius, qui negasset, quàm il
qui recepisset. sic homines fronte, & oratione ma
nam ipso beneficio, req; capiuntur. uerum hoc pro
est. illud alterum subdurnum tibi homini plane pe
adere: sed tamen tempori tuo consulam. quibus
e propter aliquod officium necessitudinis affutu
garis, tamen ij possunt abs te placati æquiq; di
. quibus autem iccirco negaris, quòd te impedi
e dixeris aut amicorum negotijs, aut grauiori
sis, aut ante susceptis; inimici discedunt, om
hoc animo sunt, ut sibi te mentiri malint, quàm
. C. Cotta in ambitione artifex dicere solebat,
nam suam, quod non contra officium rogaretur,
si solere omnibus, impartire ijs, apud quos opti
i arbitraretur; ideoq; se negare nemini, quòd sc
deret causa, cur is, cui pollicitus esset, non utere
ne, ut ipse magis esset uacuius, quàm putasset; ne
se domum eius compleri, qui tantum modo reci
quantum uideret se obire posse; casu fieri, ut a
rea, quæ non putaris, illa, quæ credideris in ma
Te, ut aliqua de causa non agantur: deinde esse
um, ut irascatur is, cui mendacium dixeris. id si
tas, & incertum est, & in diem, & in paucio
f 3 ribus.



DE PETITIONE CONSULATVS
 ribus. sin autem id neget, statim ab alienant se, &
 micantur: plures enim multo sunt qui rogant, ut in
 ceat opera alterius, quàm qui utantur. quare satius
 ex ijs aliquos aliquando tibi in foro irasci, quàm in
 continuo domi, præsertim cum multo magis irasca
 * ijs, qui negent, quàm ijs, quem uideant ea causa
 peditum, ut facere, quod promisit, cupiat, si ullo
 possit. Ac ne uidear aberrasse à distributione mea
 hæc in hac populari parte petitionis disputem; hi
 quor, hæc omnia non tam ad amicorum studia, quàm
 popularem famam pertinere. etsi inest aliquod di
 ex illo genere, benigne respondere, studiose inferri
 gotijs amicorum, ac periculis: tamen hoc loco ea
 quibus multitudinem capere possis, ut de nocte
 compleatur, ut multi spe tui præsidij teneantur, u
 ciores abs te discedant quàm accesserint, ut quam
 rimorum aures optimo sermone compleant. Sequit
 nim, ut de rumore dicendum sit. cui maxime serui
 est. sed quæ dicta sunt omni superiori oratione, e
 ad celebrandum rumorem ualent, dicendi laus, p
 publicanorum, & equestris ordinis, hominum nob
 uoluntas, adolescentulorum frequentia, eorum, q
 te defensi sunt, assiduitas, ex municipijs multitud
 rum, quos tua causa uenisse appareat, bene homin
 se, comiter appellare, assidue ac diligenter petere, l
 gnum, ac liberalem esse, bene loqui existimare, a
 ut multa nocte compleatur, omnium generum fre
 tia adsit, satisfiat oratione omnibus, re, operaq;
 proficiatur, id quod fieri potest labore, & arte, &
 gentia, non ut ad populum ab ijs omnibus fama p



sed ut in ijs studijs populus ipse uersetur. Iam ur-
nam illam multitudinem & eorum studia, qui con-
terent, quæ adeptus es in Pompeio ornando, in
iij causa recipienda, Cornelio defendendo, exci-
nobis sunt: quæ adhuc habuit nemo, quin idem
iorem omnium, uoluntatesq; haberet. Efficiendum
illud est, ut sciant omnes, Cn. Pompeij summam
esse uoluntatem, & uehementer ad illius ratio-
id assequi, quod petis, pertinere. Postremo tota
cura ut pompæ plena sit, ut illustris, ut splendi-
popularis, ut habeat summam speciem, ac digni-
ut, etiam si qui possit, ne competitoribus tuis exi-
sceleris, aut libidinis, aut largitionis accommo-
deorum mores infamia. Atque etiam in hac peti-
maxime uidendum est, ut spes reip. bona de te sit,
gesta opinio. nec tamen in petendo resp. capeßent
neque in senatu, neque in concione. sed hæc sunt
uinenda, ut senatus te existimet ex eo, quòd ita ui-
defensorem auctoritatis suæ fore; equites R. bo-
locupletes ex uita acta te studiosum otij ac rerum
illarum; multitudo, ex eo duntaxat quòd oratio-
nacionibus, ac iudicio popularis fuisti, te à suis
idis alienum non futurum. Hæc mihi ueniebant
tem de duabus illis commotionibus matutinis,
i quotidie ad forum descendenti meditandum esse
mus: nouus sum: consulatum peto: tertium re-
oma est, ciuitas ex nationum conuentu constitu-
qua multæ insidiæ, multa fallacia, multa in omni
uitia uersantur; multorum arrogantia, multo-
ntumacia, multorum maleuolentia, multorum su-
f 4 perbia,



DE PETITIONE CONSILIATVS
perbia, multorum odia ac molestia perferenda est. n
esse magni cōsiliū, atque artis, in tot hominum cuius
modi uitīs, tantisq; uersantem uitare offensionem,
tare fabulam, uitare insidias, esse unum hominem
commodatum ad tantam morum, ac sermonum, ac
luntatum uarietatem. quare etiam atque etiam p
tenere istam uiam, quam instituisti: excelle dicen
hoc & tenentur Romæ homines, & alliciuntur, &
impediendo, ac lædendo repelluntur. et quoniam n
uel maxime uitiosa est ciuitas, quod, largitione im
sita, uirtutis, ac dignitatis obliuisci solet, in hoc se
te bene noris, id est, ut intelligas eum esse te, qui in
ac periculi metum maximum competitoribus af
possis. fac itaque, ut se abs te custodiri, atque obse
sciant. tum diligentiam tuam, tum auctoritatem i
dicendi, tum profecto equestris ordinis erga te stud
pertimescent. atque hæc ita te uolo illis proponere
uideare occasionem non meditari, sed ut hoc terrore
cilius hoc ipsum, quod agis, consequare. et plane sic
tende omnibus neruis, ac facultatibus, ut adipiscari
quod petimus. uideo esse nulla comitia tam inquit
largitione, quibus non gratis aliqua centuria ren
cient suos maxime necessarios. quare si aduigila
pro rei dignitate, & si nostros ad summum studium
neuolos excitamus, & si hominibus studiosis gratias
nostri suum cuique munus describimus, & si comp
toribus iudicia proponimus, si ex equestribus metū
cimus, diuisores ratione aliqua coercemus: perfici
est, ut largitio nulla fiat, aut nihil ualeat. Hæc
quæ putauī non melius scire me quā te, sed faci



is occupationibus colligere unum in locum posse,
et perscripta mittere. quæ tamen etsi ita scripta
et non ad omnes, qui honores petant, sed ad te
et, et ad hanc tuam petitionem valeant: tamen
quid mutandum esse videbitur, aut omnino tollen-
dum si quid erit præteritum, nelim hoc mihi dicas:
hinc hoc commentariolum petitionis haberi omni-
perfectum.

SCHOLIA



COLIA PAULI MANVTII IN
CVNDAM CICERONIS PHI-
LOSOPHIAE PARTEM.

2.

QUID est enim temeritate fortius?] Aut hic,
in malam partem est accipiendum; quasi uiolen-
tia significatione hanc uocem alibi non memini
uisse: aut pro fortius corrigendum, scædius; quod
re sine uetustis exemplaribus non audeo.

2.

MOD, uero maxime etc.] Receptam lectio-
nem improbo: neque enim est cur debeam. sed ut
non eos solum, qui ægrotant, sed eos etiam, qui
in modo habent, quandoque curant, ut ad natu-
rificium addito artis adiumento, quamoptimam
in rem, & speciem consequantur: sic nos non ea
nostræ errorum tenebris inuoluta, minus perspicua
si quid etiam eiusmodi est, quod lectorem om-
nia lateat, quanto magis possumus correctione il-
luminare: ut hoc in loco, dixi me receptam lectionem
improbare; neque, cur improbem, causa est: tamen
statem, & ornatum quiddam addetur, si ita le-
x uero maxime rem, causamq; continet, utrū
sint, nihil moliantur, ab omni curatione & ad-
ditione rerum uacent; an contra ab his & à prin-
cipia facta & constituta sint, & ad infinitum
regantur, atque moueantur; in primis magna
est.

PHY-



SCHOLIA IN PARTEM II.

6.

PHYSIOLOGIAM] Post hanc uocem *φ* batur, id est naturæ rationem: quod induximus, u tes glossam esse ab aliquo adiectam, qui physiolog interpretaretur.

8:

A' MAGISTRO Platone uno dissentien; primum non ab uno, sed à multis dissentiebat; nam losophi de dijs uarie sentiebant: deinde ab alijs po quam à Platone; cuius eandem fere de dijs fuisse se tiam paulo ante ostendit. quam eius discipuli, Ar teles, & Ponticus Heraclides, sunt secuti: itaque n dum, num ita legi possit: A' magistro Platone dissentiens.

8:

IN stellis uagis nominantur.] Quis non esse rectius, vagi nominantur? nam, *πλανήται*, uagi. nemo tamen hactenus hoc uidit.

9.

VT diuinam, esse affectam putat.] vi diuin se affectam putat, & apertius esset, et, ut puto, m.

9.

THEOGONIAM, idest originem deum Hic quoque glossa fuit: nam illud, id est originem rum, quis non uidet adscriptum fuisse, ut Theogon gnificatio ostenderetur? qua ratione adducti de mus, eo libentius, quòd quibusdam in antiquis: expositio illa non est.

9.

VSITATA S perceptasq; cognitiones]



PHILOSOPHIAE CIC.

opinor, insitas perceptasq; cognitiones: nam et in
li libro ita scriptum legitur: et pagina etiam 10:
s, dixit, deorum cognitiones habemus. Et alibi
mel. atque etiā Lucretius hac locutione usus est:
(inquit libro V.) insita notities est utilitatis.

11:

NON modo uiderat animo, sed etiam sic tractat,
nu, doceat] Huius loci correctionem sensus ipse
ostendere: tollet enim omne mēdum, si quis ita
Non modo uiderat animo, sed etiam sic tracta-
manu, docet.

11:

ISTAT, & ad deos affluat] Legendum
A' deo affluat, sententia ita postulante: de quo
ndū eo minus est, quòd pagina 24 Cum, inquit,
imagines semper affluant. et Lucretius nostram
turam libro 4. plane confirmat.

15:

OD & non prædicanti tam facile quidem cre
icut] Tam, & sicut particulae non sunt sibi in-
respondentes: itaque & locutione magis usita-
sensu aliquanto aptiore legetur: Quod & non
ranti, tamen facile quidem crederem, sicut mali
j, etc. quam lectionem habet Maffei liber ma-
utus.

17.

PIC pulchrior deo?] Concinnior erit senten-
egatur; Hui, pulchrior deo?

18.

SVM sibi displicere] sic libri manuscripti:
a quibus



SCHOLIA IN PARTEM II.

à quibus non dissentio : uidendum tamen est, num
etius ita possit, ipsum tibi displicere . . .

18.

SIGILLA numerantes] sensu, ut opinor
liore, clariore quidem certe legetur, sigilla uenerar

19.

QVAE funditus gens uestra non nouit] Eni
gendum esse, Quem : ut subaudiatur, morem : &
inde ; argumentis sententiam, non argumenti
tentiam .

19:

 nam beneficio provocati facere debemus? an im-
 imitari agros fertiles, qui multo plus afferunt
 quàm acceperunt? etenim si in eos, quos speramus
 nobis profuturos, non dubitamus officia conferre
 quales in eos esse debemus, qui iam profuerunt.
 nam cum duo genera liberalitatis sint, unum dan-
 di beneficij, alterum reddendi: demus, nec ne, in
 nostra potestate est; non reddere uiro bono non li-
 cet, si modo id facere possit sine iniuria. Accep-
 tum autem beneficiorum sunt delectus habendi:
 nec dubium, quin maximo cuique plurimum de-
 beat. in quo tamen in primis, quo quisque ani-
 mo, studio, beneuolentia fecerit, ponderandum
 est. multi enim multa faciunt temeritate quadam,
 sine iudicio, uel modo, in omnes, uel repentino
 quodam, quasi uento, impetu animi incitati. quæ
 beneficia æque magna non sunt habēda, atque ea
 quæ iudicio, cōsiderate, constanterq. delata sunt.

Sed

hoc idem
 uide expref-
 sum concin-
 ne in proæ-
 mio lib. de
 claris orat.

reddere enī
 beneficium
 ita debet,
 ne quid in-
 iuriæ com-
 mittat.



in collocando beneficio, & in referenda gratia, tera paria sunt, hoc maxime officij est, ut que maxime opis indigeat, ita ei potissimumulari. quod contra fit a plerisque. a quo enim maximum sperant, etiam si ille his non eget, tamen istissimum inserviunt. Optime autem societas inum, coniunctioq. seruabitur, si ut quisque coniunctissimus, ita in cum benignitatis pluram conferetur. Sed, quæ naturæ principia sint munitatis, & societatis humanæ, repetentius uidetur. est enim primum, quod cerni in uniuersi generis humani societate. eius autem ulum est ratio, & oratio, quæ docendo, dicto, communicando, disceptando, iudicando, iungit inter se homines, coniungitq. naturali quasi societate. neque ulla re longius absumus a fera ferarum: in quibus inesse fortitudinem scicimus, ut in equis, in leonibus, iustitiam, pietatem, bonitatem non dicimus. sunt enim rationis, & orationis expertes. ac latissime quidem mens hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes societas hæc est. in qua omnium rerum, quas communem usum hominum natura genuit, est tanta communitas, ut, quæ descripta sunt legibus, & iure ciuili, hæc ita teneantur, ut sit conuentum; c quibus ipsis cetera sic obseruentur, ut racorum proverbio est, amicorum omnia esse communia. omnia autem communia hominum uidentur ea, quæ sunt generis eiusdem, quod ab Ennio positum

quæ mercatura potius, quam liberalitas, appellanda.

si uires, & animū spectemus. quæ tamen fortitudo proprie nō est, rationis expertis, & prudentis.



positum in una re, transferri per multas potest:

hoc ipsum
attingit in
oratione
pro Balbo.

Vt homo, qui erranti comitē monstrat viam.

Quasi lumen de suo lumine accedant, facit,

Vt nihilo minus ipsi luceat, cum illi accendunt

una enim ex re satis præcipitur, ut, quidquid sin

detrimento possit commodari, id tribuatur cuique

uel ignoto. ex quo sunt illa communia, non probi

bere aqua profluente; pati, ab igne ignem capere

si quis velit; consilium fidele deliberanti dare. quæ

sunt ijs utilia, qui accipiunt, danti non molesta

quare & his utendum est, et semper aliquid ad cō-

munem utilitatem afferendum. Sed quoniam copia

parua singulorum sunt; eorum autem, qui his eg-

ant, infinita est multitudo: vulgaris liberalitas refi-

renda est ad illum Ennii finē; Nihilo minus ut ipsi

luceat: ut facultas sit, qua in nostros simus libera-

les. Gradus autē plures sunt societatis hominum. ni-

enim ab illā discedatur infinitate, propior est eius-

dem gentis, nationis, linguæ, qua maxime homines

cōiunguntur: interius etiam est, eiusdem esse cimi-

tatis. multa sunt enim ciuibus inter se cōmunia, fo-

rum, fana, porticus, viæ, leges, iura, iudicia, suf-

fragia, consuetudines præterea, et familiaritates,

multæq. cum multis res, rationesq. contractæ. Ar-

ctior uero colligatio est, societas propinquorū: ab

illā enim immensa societate humani generis, in exi-

guum, angustumq. concluditur. nam cum sit hoc

natura cōmune omnium animantium, ut habeant

libidinem procreandi; prima societas in ipso est con-

ingio,

quæ omni-
bus imper-
titur.

quæ omni-
bus omnes
ratione, & o-
ratione cō-
iunguntur.



proxima in liberis, deinde una domus, com
 a omnia. id autem est principium ūrbis, &
 seminarium rēip. Sequuntur fratrum con-
 iunctiones, post consobrinorum, sobrinorumque:
 cum una domo iam capi non possint, in alias
 is, tanquam in colonias, exeunt. Sequuntur
 abia, & affinitates: ex quibus etiam plures
 inqui. quæ propagatio, & soboles, origo est
 pp. sanguinis autem coniunctio, & beneuo-
 lentiæ deinceps caritate homines. magnū est enim,
 non habere monumenta maiorum, cōsdem uti
 sepulcra habere communia. Sed omnium
 atum nulla præstantior est, nulla firmior,
 & cum uiri boni, moribus similes, sunt fami-
 lare coniuncti. illud enim honestum, quod scē-
 rimus, etiam si in alio cernimus, tamen nos
 t; atque illi, in quo id inesse uidetur, amicos
 & quanquam omnis uirtus nos ad se allicit,
 que, ut diligamus, in quibus ipsa inesse uideat
 tamen iustitia, & liberalitas id maxime ef-
 nihil autem est amabilius, nec copulanti-
 morum similitudo bonorum. in quibus enim
 studia sunt, eademq. uoluntates, in his sit,
 ne quisque altero delectetur, ac se ipso: effi-
 i. id, quod Pythagoras uult in amicitia, ut
 fiat ex pluribus. Magna etiam illa communi-
 tas, quæ conficitur ex beneficijs ultro citroq.
 acceptisque. quæ mutua, & grata dum
 inter quos ea sunt, firma deuinciuntur socie-
 tate.

urbs enī ex
 domibus,
 resp. e ciui-
 bus cōstat.

erant enim
 & publica
 ciuitatis, &
 priuata cu-
 iusque fa-
 milie sacra.

sicuti ab a-
 liis traditū
 est. nam ip-
 se nihil scri-
 psit.



de Cæsare
dictum.

de M. Anto-
nio, qui li-
beratâ Cæ-
saris nece
remp. rur-
sus oppri-
mere cona-
batur. quod
ei denique
succesit.

habenda rē
poris ratio
quandoque
maior est,
quàm neces-
situdo.

tate. Sed, cum omnia ratione, animoq. lustrari-
ris, omnium societatum nulla est gratior, na-
carior, quàm ea, quæ cum rep. est unicuique
strum. cari sunt parentes, cari liberi, propin-
familiares: sed omnes omnium caritates patria
complexa est: pro qua quis bonus dubitet morti
oppetere, si ei sit profuturus? quo est detestabilis
istorum immanitas, qui lacerarunt omni scelere
patriam, & in ea funditus delenda occupati
sunt, & fuerunt. Sed si contentio quædam,
comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum
officii: principes sunt patria, & parentes; quorum
beneficijs maxime obligati sumus: proximi liberi
totaq. domus, quæ spectat in nos solos, neque
aliud ullum potest habere perfugium: deinceps
ne conuenientes propinqui, quibus communis
tiam plerumque fortuna est. quamobrem necessarii
uitæ præsidia debentur ijs maxime, quos antea
xi: uita autem, uictusq. communis, consilia, se-
mones, cohortationes, consolationes, interdum
etiam obiurgationes in amicis uigent maximè
estq. ea iucundissima amicitia, quam similitu-
morum coniugauit. Sed in his omnibus officijs tri-
buendis, uidendum erit, quid cuique maxime ne-
cesse sit, & quid quisque nobiscum, uel sine nol-
aut possit consequi, aut non possit. ita non iude
erunt necessitudinum gradus, qui & temporum
suntq. officia, quæ alijs magis, quàm alijs, debe-
tur: ut, uicinum citius adiuueris in frugibus pe-
cipiendi



dis, quàm aut fratrem, aut familiarem. at,
iudicio sit, propinquum potius, & amicū,
vicinum defenderis. Hæc igitur, & talia
inspicienda sunt in omni officio: & consuetu-
rercitatioq. capienda, ut boni ratiocinadores
rum esse possimus, & addendo, deducendoq.
, quæ reliqui summa fiat, ex quo, quantū
debeatur, intelligas. Sed, ut nec medici,
peratores, nec oratores, quamvis artis præ
perceperint, quidquam magna laude dignū
, & exercitatione consequi possunt: sic of-
feruandi præcepta traduntur illa quidem,
mus ipsi; sed rei magnitudo usum quoque,
rationemq. desiderat. Atque ab ijs rebus,
nt in iure societatis humanæ, quemadmodū
r honestum, ex quo ortum est officium, sa-
diximus. Intelligendum est autem, cum
ita sint genera quattuor, e quibus honestas,
q. manaret, splendidissimum uideri, quod
māgno, elatoque, humanasq. res despicien-
um sit. itaque in probris maxime in prom-
si quid tale dici potest:

etenim iuvenes animum geritis muliebrē,
i. uirgo uiri: & si quid huiusmodi:
iāci da spolia sine sanguine, & sudore.
in laudibus; quæ magno animo, & forti-
tellerq. gesta sunt, ea nescio quo modo
enimore ore laudamus. hinc rhetorum cam-
Marathone, Salamīne, Plataeis, Ther-
C mopylis,

oratorē ui-
detur impe-
ratori ante
ponere in
præmio
lib. i. de
orat.

fortitudi-
nis descri-
ptio, &
laus.

feminae no-
men uiro
tribuit pro-
bri causa.
Str. lib. 14.



enumerat,
qui mortis
discrimen
forti ani-
mo adie-
runt.

quæ comu-
ne commu-
dum, non
priuatum,
spectat.

quod forti-
tudinis pri-
cipium ui-
detur.

mopylis, Leuëtris, Stratocle : hinc noster Cōci-
hinc Decij, hinc Cn. et P. Scipiones, hinc M. M.
cellus, innumerabilesq. alij : maximeq. ipse pe-
lus R. animi magnitudine excellit. Declaratur a
studiū bellicæ gloriæ, quod statuas quoque uideri
ornatu fere militari. Sed ea animi elatio, quæ c-
nitur in periculis, et laboribus, si iustitia uacat,
gnatq. non pro salute communi, sed pro suis cō-
dis, in uitio est. non enim modo id uirtutis non,
sed potius immanitatis, omnem humanitatem
pellentis. itaque probe definitur a Stoicis forti-
do, cum eam uirtutem esse dicunt propugnari
pro æquitate. quocirca nemo, qui fortitudinis
riam consecutus est, insidijs, et malitia huiusmodi
adeptus. nihil enim honestum esse potest, quod
iustitia uacat. præclarum igitur Platonis illud :
solum, inquit, scientia, quæ est remota a iustitia
calliditas potius, quam sapientia, est appellanda.
uerum etiam animus paratus ad periculum, si
cupiditate, non utilitate communi impellitur,
daciæ potius nomen habeat, quam fortitudinis.
que uiros fortes, et magnanimos, eosdem bonos
simplices, ueritatis amicos, minimeq. fallaces
uolumus. quæ sunt ex media laude iustitiæ. Sed
lud odiosum est, quod in hac elatione, & mag-
dine animi facillime pertinacia, & nimia cupid-
principatus innascitur. ut enim apud Platonem
omne morem Lacedæmoniorum inflammatur
cupiditate uincendi : sic, ut quisque animal ma-
turi



maxime excellit, ita maxime uult princeps
 esse, uel potius solus esse. difficile autem
 præstare omnibus concupieris, seruare
 rem, quæ est iustitia maxime propria. ex
 ut neque disceptatione uinci se, nec ullo pu-
 c legitimo iure patiatur. existuntq. in rep.
 que largitores, & factiosi, ut opēs quam-
 as consequantur, & sint ui potius superio-
 am iustitia pares. sed quo difficilius, hoc
 ius. nullum enim est tempus, quod iusti-
 re debeat. fortes igitur, & magnanimi
 endi, non qui faciunt, sed qui propulsant
 . uera autem, & sapiens animi magnitu-
 dum illud, quod maxime natura sequitur,
 positū, non in gloria iudicat, principemq.
 uult, quam uideri. etenim qui ex errore
 multitudinis pendet, hic in magnis uiris
 abendus. Facillime autem ad res iniustas
 er, ut quisque est altissimo animo & glo-
 ro. qui locus est sane lubricus: quod uix in
 qui, laboribus susceptis, periculisq. adi-
 quasi mercedem rerum gestarum, desi-
 riam. Omnino fortis animus, & magnus
 ebus maxime cernitur: quarum una in
 ternarum despicientia ponitur, cum per-
 t, nihil hominem, nisi quod honestum,
 . sit, aut admirari, aut optare, aut ex-
 ortere, nullique neque homini, neque
 ioni animi, nec fortunæ succumbere. al-

potētiam,
 non diui-
 tias.

Græcis, δὲ
 σχολὰ τὰ
 καλὰ.

ex quo faci-
 le errat. ita
 que uirtus
 ipsa per se,
 non uulgi
 laude, æsti-
 manda.

quam sæpe,
 neglecta æ-
 quitate, ap-
 petimus.



non inani
aliquo stu-
dio.

tera est res, ut, cum ita sis affectus animo, ut
pra dixi, res geras magnas illas quidem, & mi-
me utiles, sed ut uehementer arduas, plen.
laborum, & periculorum, tum causa uitae, &
multarum rerum, quae ad uitam pertinent. E-
rerum duarum splendor omnis, & amplitudo,
addo etiam utilitatem, in posteriore: causa,
& ratio efficiens magnos uiros est in priore.
enim est illud, quod excellentes animos, & t-
na contemnentis facit. id autem ipsum cerat-
duobus, si & solum id, quod honestum sit, te-
iudices; & ab omni animi perturbatione libe-
nam & ea, quae eximia plerisque, & pra-
uidentur, parua ducere, e. i. q. ratione stabili-
ma. i. q. contemnere, fortis animi, magni. q. di-
est: & ea, quae uidentur acerba, quae multa
uaria in hominum uita, fortun. i. q. uersantur
ferre, ut nihil a statu naturae discedas, nihil
gnitate sapientis, robusti animi est, magna. q.
stantie. Non est autem consentaneum, qui-
non frangatur, enim frangi cupiditate; nec
inuietum se a labore praestiterit, uincta uol-
te. quamobrem & haec uitanda sunt, & pe-
fugienda cupiditas. nihil enim est tam argu-
mi, tam. q. parui, quam amare diuitias: nihil
stius, magnificentiusque, quam pecunia con-
re, si non habeas; si habeas, ad beneficentia-
ralitatem. q. conferre. Cauenda est etiam glo-
piditas, ut supra dixi. eripit enim libertatem



agnanimis uiris omnis debet esse contentio.
 uero imperia expetenda, ac potius non acci-
 i interdum, aut dēponenda non nunquam.
 idum autem est omni animi perturbatione,
 cupiditate, & metu, tum etiam aegritudine,
 luptate animi, & iracundia, ut tranquilli-
 mi adsit, & securitas, quæ afferat tum con-
 m, tum etiam dignitatem. Multi autem &
 & fuerunt, qui eam, quam dico, tranquil-
 & expetentes, a negotijs publicis se remo-
 i, ad otiumq. perfugerunt. in his & nobilif-
 ilosophi, longeq. principes, & quidam ho-
 seueri, & graues nec pōpuli, nec principū
 ferre potuerūt: uixeruntq. non nulli in agris,
 iti re sua familiari. his idem propositum
 uod & regibus, ut ne quare egrent, ne
 erent, libertate uterentur, cuius propriū
 uiuere, ut uelis. Quare, cum hoc commu-
 ntentiæ cupidorum cum ijs, quos dixi, otio-
 eri se adipisci id posse arbitrantur, si opes
 habeant; alteri, si contenti sint & suo, &
 in quo quidem neutrorum omnino contem-
 est sententia: sed & faciliior, & tutior, &
 bliis grauis, aut molesta uita est otiosorum:
 sior autem hominū generi, & ad clari-
 amplitudinemq. aptior eorum, qui se ad
 & ad magnas res gerendas accommodaue-
 uapropter & his forsitan concedendum sit
 non capeissentibus, qui excellenti ingenio,

ut Sylla di-
 ctaturam.
 ex quo illū
 postea C.
 Cæsar, litte-
 ras nescis-
 se, cauilla-
 tus est, di-
 ctator ipse
 perpetuus.

ergo prestā-
 tior. non
 enim nobis
 tantū ipsis
 nati sumus.



doctrinæ sese dediderunt; & ijs, qui aut ual-
 nis imbecillitate, aut aliqua grauiore caussa,
 diti, a rep. recesserunt, cum eius administrati-
 potestatem alijs, laudemq. concederent. qui
 autem talis nulla est caussa, si despiciere sed
 ea, quæ plerique admirentur, imperia, &
 gistratus, his non modo non laudi, uerum et
 uitio dandum puto. quorum iudicium in eo,
 gloriâ contemnant, & pro nihilo putent,
 cile factu est non probare: sed uidentur labori
 molestias tum offensionum, tû repulsarum,
 quandam ignominiam, timere, & infamiam.
 sunt enim, qui in rebus contrarijs parum sibi
 stent; uoluptatem seuerissime contemnant, &
 lore sint molliores; gloriam negligant, fratur
 infamia: atque ea quidem non satis constat.
 Sed ijs, qui habent a natura adiumenta rerum
 rendarum, abiecta omni cunctatione adipisci
 magistratus sunt, et gerenda resp. est. nec
 aliter aut regi ciuitas, aut declarari animi uir-
 tudo potest. Capeissentibus autem remp. nihi-
 nus quàm philosophis, haud scio an magis ei-
 et magnificentia, et despicientia adhibenda e-
 rum humanarum, quam sæpe dico, et tran-
 litas animi, atque securitas: siquidem nec
 futuri sunt, et cum grauitate, constantiaq. ui-
 ri. quæ eo facilioꝛa sunt philosophis, quo
 patent multa in eorum uita, quæ fortuna se-
 et quo minus multis rebus egent; et quia, si

non enim
 amāda glo-
 ria, sed id,
 unde ori-
 tur gloria,
 honestum,
 & uirtus.

quæ non in
 otiosa uita,
 sed in rebus
 gerendis per-
 spicitur.



si eueniat, tam grauit^r cadere non possunt.
 circa non sine causa maiores motus animorū
 tantur: maioraq. efficienda remp. gerenti
 quā quietis. quo magis his et magnitudo
 i est adhibenda, et uacuitas ab angoribus. Ad
 gerendam autem qui accedit, caueat, ne id
 consideret, quā illa res honesta sit; sed etiā,
 beat efficiendi facultatem. in quo ipso consi-
 adū est, ne aut temere desperet propter igna-
 , aut nimis confidat propter cupiditatem. in
 his autem negotijs prius, quā aggredia-
 adhibenda est preparatio diligens. Sed cum
 que arbitretur res bellicas maiores esse, quā
 uas; minuenda est hęc opinio. multi enim
 sepe quæsuerunt propter gloriæ cupiditatē:
 in magnis animis, ingenijsq. id plerunque
 agit, eoq. magis, si sunt ad rem militarem
 et cupidi bellorum gerendorum. uere autem
 unus iudicare, multæ res extiterunt urba-
 aiores, clarioresq. quā bellicæ. quam-
 im Themistocles iure laudetur, et sit eius no-
 quā Solonis, illustrius; citeturq. Salamis
 timæ testis uictoriæ, quæ anteponatur con-
 solonis, ei, quo primum constituit Ariopa-
 : non minus præclarum hoc, quā illud, iudi-
 im est. illud enim semel profuit, hoc semper
 rit ciuitati: hoc consilio leges Atheniensiu,
 aiorum instituta seruantur. et Themisto-
 uidem nihil dixerit, in quo ipse Ariopagum

tēpus hoc
 diiudicat.
 modo enī
 bellicæ ex-
 cellunt, ino-
 do urbanæ.

Persis Græ-
 cia pullis,
 ac trucidat-
 tis.



utriq. præ-
stitit Agefi
laus: sed ab
illis dilata-
tum magis
imperium
est.

minor, Paul
li filius.

tribunum
pl. pernicio-
sas reip. le-
ges feren-
tem.

coniuratio
ne oppres-
sa.

adiuuerit: at ille adiuuit Themistoclem. est en-
bellum gestum consilio senatus eius, qui a Solo
erat constitutus. licet eadem de Pausania, Lys-
droq. dicere. quorum rebus gestis quanquam in-
perium Lacedæmoniorum dilatatum putatur: t-
men ne minima quidē ex parte Lycurgi legibi-
et disciplinæ conferendi sunt: quin etiam ob hasi-
sas caussas et paratiores habuerunt exercitus,
fortiores. Mihi quidem neque, pueris nobis, Ma-
Scaurus C. Mario, neque, cum uersaremur
rep. Q. Catulus Cn. Pompeio cedere uidebatur
parua enim sunt foris arma, nisi est consilium
mi. nec plus Africānus, singularis et uir, et in-
perator, in excidenda Numantia reip. profu-
quām eodem tempore P. Nasica priuatus, cum
Ti. Gracchum interemit. quanquam hac quide-
res non solum ex domestica est ratione: attim-
enim et bellicam, quoniam ui, manuq. confel-
est. sed tamen id ipsum gestum est consilio urban-
sine exercitu. Illud autem optimum est, inq-
me inuadi solere ab inuidis, et improbis audio:

Cedant arma togæ: concedat laurea lingue.
ut enim alios omittam, nobis remp. gubernam-
bus non ne togæ arma cessere? neque enim in re-
periculum fuit grauius unquam, nec maius otium
ita consilijs, diligentiaq. nostra celeriter de mar-
bus audacissimorum ciuium delapsa arma ipsa
ciderunt. quæ res igitur gesta est unquam in be-
tanta? quis triumphus conferendus? licet enim

Ma



re fili, apud te gloriari, ad quem et hereditas
gloriæ, & factorum imitatio pertinet. mi-
idem certe, uir abundans bellicis laudibus,
Pompeius, multis audientibus, hoc tribuit,
eret, frustra se tertium trūmphiū deporta-
fuisse, nisi meo in rep. beneficio, ubi trium-
t, esset habiturus. Sunt ergo domesticæ for-
nes non inferiores militaribus: in quibus plus
, quàm in his, operæ, studiiq. ponendum
nino enim illud honestum, quod ex animo
o, magnificoq. quærimus, animi efficitur,
rporis uiribus. exercendum tamen est cor-
& ita afficiendum, ut obedire consilio, ratio
ossit in exequendis negotijs, & in labore to-
lo. honestum autem id, quod exquirimus,
est positum in animi cura, et cogitatione.
non minorem utilitatem afferunt, qui toga-
.. præsumunt, quàm qui bella gerunt. itaque
& consilio sæpe aut non suscepta, aut confecta
iunt, non nunquam etiam illata, ut M. Ca-
on consilio bellum tertium Punicum: in quo e-
nortuū ualuit auctoritas. quare expetenda
m magis est decernendi ratio, quàm decer-
fortitudo: sed cauendum, ne id bellandi ma-
ta, quàm utilitatis ratione, faciamus. Bel-
utem ita suscipiatur, ut nihil aliud, nisi pax
ta uideatur. Fortis uero animi, et constantis
m perturbari in rebus asperis, nec tumul-
em de gradu deijci, ut dicitur; sed præsentis
animi

Mithridate
& Tigra-
ne
uictis.

cum actum
est, Catone
iā mortuo,
de Cartha-
gine euer-
tenda.



animi uti cōsilio, nec a ratione discedere. quā
 hoc animi, illud etiam ingenii magni est, præci
 re cogitatione futura, & aliquanto ante consi
 re, quid accidere possit in utranque partem;
 quid agendum sit, cum quid euenerit; nec comi
 tere aliquid, ut aliquando dicendum sit, Non p
 ram. hæc sunt opera magni animi, & excelsi,
 prudentia, consilioq. fidentis. temere autem in
 cie uersari, et manu cum hoste conflagrare, im
 ne quiddam, & belluarum simile est. sed, a
 tempus est, necessitasq. postulat, decertandi
 manu est, & mors seruituti, turpitudiniq. ex
 ponenda. De euertendis autem, diripiendisq. a
 bibus ualde illud considerandum est, ne quid
 mere, ne quid crudeliter fiat. idq. est uiri mag
 nimi, rebus agitatis punire fontes, multitudinē
 conseruare, in omni fortuna recta, atque bonā
 retinere. ut enim sunt, quemadmodum supra
 xi, qui urbanis rebus bellicas anteponunt: sic
 perias multos, quibus periculosa, & callida con
 lia quietis cogitationibus splendidiora, & man
 uideantur. nunquam omnino periculi fuga com
 mittendum est, ut imbelles, timidiq. uideantur
 sed fugiendum etiam illud, ne offeramus nos pe
 culis sine causa. quo nihil potest esse stultius. quā
 propter in adeundis periculis consuetudo imitatio
 medicorum est, qui leuiter egrotantes leuiter c
 rant; grauioribus autem morbis periculosas con
 tiones, & ancipites adhibere coguntur. quare
 tranqu

uiribus, nō
 ratione, u-
 tentium.

accurate e-
 xaminatis.

quo distin-
 guitur a for-
 titudine te-
 meritas.

quæ uel sa-
 lucem, uel
 inperitum
 afferant.



quillo tempestatem aduersam optare, demen-
 t; subuenire autē tempestati quauis ratione,
 entis, eoq. magis, si plus adipiscare re expli-
 boni, quā addubitata mali. Periculosa au-
 rerum actiones partim iis sunt, qui eas susci-
 t; partim reip. Itemq. alij de uita, alij de glo-
 & beneuolentia ciuium in discrimen uocan-
 promptiores igitur debemus esse ad nostra pe-
 a, quā ad communia, dimicareq. paratius
 more, & gloria, quā de ceteris commodis.
 ti autem multi sunt, qui non modo pecuniā,
 uitam etiam profunderē pro patria parati es-
 ijdem gloria iacturam ne minimam quidem
 e rellect, ne rep. quidem postulante: ut Cal-
 tidas, qui, cum Lacedæmoniorum dux esset
 ponneseiaco bello, multa q. fecisset egregie, uer-
 extremum omnia, cum consilio non paruit eo
 , qui classem ab Arginusis remouendam, nec
 Atheniensibus dimicandum putabant. qui-
 le respondit; Lacedæmonios, classe illa amif-
 liam parare posse; se fugere sine suo dedeco-
 n posse. atque hæc quidem Lacedæmonijs pla-
 ediocris fuit, illa pestifera, qua, cum Cleom-
 is, inuidiam timens, temere cum Epaminon-
 pflixisset, Lacedæmoniorū opes corruerunt.
 to Q. Maximus melius: de quo Ennius:
 nūs homo nobis cunctando restituit rem:
 ton ponebat enim rumores ante salutem.
 rgo magisq. magisq. uiri nunc gloria claret.

quod

libēter & a
 Græcis, &
 a nobilissi-
 mis Græcię
 populis e-
 xempla su-
 mit.

hūc uersum
 Virg. in lib.
 6. trāstulit,
 ut alios ali-
 bi ex uere-
 rib⁹ poetis.



quod genus peccandi uitandum est etiam in rebus
 urbanis. sunt enim, qui quod sentiunt, etiam si opti-
 mum sit, tamen inuidiae metu non audent dicere.
 Omnino, qui reip. praefuturi sunt, duo Platonis
 praecepta teneant; unum, ut utilitatem
 uiui sic tueantur, ut, quidquid agunt, ad ea
 referant, obliti commodorum suorum: alterum,
 ut totum corpus reip. curent; ne, dum partem
 quam tuentur, reliquas deferant. ut enim tutela
 sic procuratio reip. ad utilitatem eorum, qui com-
 missi sunt, non ad eorum, quibus commissi, gerenda
 est. qui autem parti ciuium consulunt, partem neg-
 gunt, rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt
 seditionem, atque discordiam. ex quo euenit, ut
 populares, alij studiosi optimi cuiusque uideantur
 pauci uniuersorum. hinc apud Athenienses magna
 discordiae orta, in nostra rep. non solum seditiones
 sed pestifera etiam bella ciuilia. quae grauis et fo-
 tis ciuis, in rep. dignus principatu, fugiet, atque
 derit, tradetque se totum reip. neque opes, aut po-
 tentiam consecrabitur, totamque eam sic tuebitur,
 ut omnibus consulat. Nec uero criminibus falsis
 odium aut inuidiam quenquam uocabit: omnino
 ita iustitiae, honestatique adhaerescet, ut, dum eas
 conseruet, quamuis grauius offendat, mortem a-
 petat potius, quam descat illa, quae dixi. Miseri-
 ma est omnino ambitio, honorumque contentio:
 qua praecclare apud eundem est Platonem: simile
 facere eos, qui inter se contenderent, uter potius
 remp.

qui dicun-
 tur optima-
 res: de qui-
 bus multa
 in oratione
 pro Sextio.



b. administret, ut, si nautæ certarent, quis
 im potissimum gubernaret. idemq. præcepit,
 os aduersarios existimemus, qui arma contra
 nt; non eos, qui suo iudicio tueri remp. uelint:
 is fuit inter P. Africānum, & Q. Mētellum
 acerbitate dissensio. Nec uero audiendi, qui
 iter irascendum inimicis putant, idq. magna-
 s, & fortis uiri esse censent. nihil enim lauda-
 s, nihil magno, et præclaro uiro dignius pla-
 litate, atque clementia. In liberis uero popu-
 & iuris æquabilitate, exercenda etiam est fa-
 as, & altitudo animi quæ dicitur: ne, si ira-
 ur aut intempestiue accedentibus, aut impu-
 er rogantibus, in morositatem inutilem, &
 sam incidamus. Et tamen ita probanda est
 isuetudo, atque clementia, ut adhibeatur,
 .caussa, seueritas, sine qua administrari ciui-
 ion potest. Omnis autem & animaduersio, et
 gatio contumelia uacare debet, neque ad eius,
 punit aliquē, aut uerbis castigat, sed ad reip.
 tatem referri. Cauendum est etiam, ne ma-
 xæna, quàm culpa sit; &, ne ijsdem de caus-
 ilij plectantur, alij ne appellentur quidem.
 hibenda autem maxime est ira in puniendo.
 quam enim, iratus qui accedet ad pœnam, me-
 ritatem illam tenebit, quæ est inter nimium,
 arum: quæ placet Peripateticis & recte pla-
 modo ne laudarent iracundiam, & dicerent
 iter a natura datam. illa uero omnibus in re-
 bus

eodem an-
 no, Africa-
 nus ex Afri-
 ca, Metel-
 lus ex Ma-
 cedonia, tri-
 umpharūt.

si tantū ob
 egregias
 res irasce-
 remur.



cū omnia,
quæ uiden-
tur esse in-
fra nostrā
fortunam,
fastidio
quodā reii-
cimus.

& cogitan-
do, & discē-
do. nomina
uit enim ra-
tionem, &
doctrinam.

bus repudianda est: optandumque, ut ii, qui praesunt reip. legum similes sint: quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur. Atque etiam in rebus prosperis, & ad uoluntatem nostram fluentibus, superbiam magnopere, fastidium, arrogantiamque fugiamus. nam ut aduersas res, sic secundas immoderate ferre, leuitatis est: præclaraque est æquabilitas in omni uita, & idem semper uultus, eademque frons: ut de Socrate, item de Caio quoque Lælio accepimus. Philippum quidem, Macedonum regem, rebus gestis, & gloria superatum a filio, facilitate uero, & humanitate uideo superiorem fuisse. itaque alter semper magnus, alter sæpe turpissimus fuit. ut recte præcipere uideantur, qui monent; ut, quanto superiores simus, tanto nos summissius geramus. Panætius quidem auditorem Africanum, et familiarem suum solitum ait dicere: ut equos, propter crebras contentiones præliorum ferocitate exsultantes, domitoribus tradere soleant, ut his facilioribus possint uti; sic homines, secundis rebus effrænatos, sibi que præfidentes, tanquam in gyrum rationis, & doctrinæ duci oportere, ut perspicere rerum humanarum imbecillitatem, uarietatemque fortunæ. Atque etiam in secundissimis rebus maxime est utendum consilio amicorum: hisque etiam maior, quam ante, tribuenda est auctoritas. iisdemque temporibus cauendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus. in quo falli facile est. tales enim nos esse putamus,

ut



elaudemur: ex quo nascuntur innumerabilia
 ta; cum homines, inflati opinionibus, tur-
 irridentur, & in maximis uersantur errori-
 Sed hæc quidem hætenus. Illud autem sic
 dicandum, maximas geri res, & maximi
 ab ijs, qui remp. regant; quod eorum ad-
 ratio latissime pateat, ad plurimosq. perti-
 lesse autem magni animi, & fuisse multos,
 in uita otiosa, qui aut inuestigarent, aut co-
 tur magna quædam, seseq. suarum rerum
 : continerent; aut interiecti inter philoso-
 : & eos, qui remp. administrarent, delecta-
 : rē sua familiari, non eam quidem omni ra-
 : exaggerantes, neque excludentes ab eius u-
 : , potiusq. et amicis impartientes, & reip.
 : ido usus esset. quæ primum bene parta sit,
 : turpi quæstu, neque odioso: tum, quam-
 : us, modo dignis, se utilem præbeat: dein-
 : geatur ratione, diligentia, parsimonia: nec
 : i potius, luxuriaque, quam liberalitati, &
 : sentia, pateat. hæc præscripta seruantem
 : agnifice, grauiter, animoseq. uiuere, at-
 : am simpliciter, fideliter, uitæq. hominum
 : . Sequitur, ut de illa reliquā parte honesta-
 : ndum sit, in qua uerecundia, et, quasi qui-
 : matus uitæ, temperantia, et modestia, om-
 : idatio perturbationum animi, et rerum mo-
 : rnitur. hoc loco continetur id, quod dici
 : lecorum potest: græce enim πρέπον dicitur,
 huius

quā philo-
 sopher non
 curant.

tria maxi-
 me præci-
 piuntur in
 re familia-
 ri.

temperantia,
 de iis uirtu-
 tibus, unde
 manat ho-
 nestū, quar-
 ta.



iustitia, for-
situdine,
prudencia.

decora cū
omni uirtu-
te confu-
sum est.

decori de-
scriptio du-
plex.

huius uis est ea, ut ab honesto non queat separari
nam & , quod decet , honestum est: & , quod
honestum est , decet . qualis autem differentia sit
honesti , & decori , facilius intelligi , quā expli-
nari potest . quidquid enim est , quod deceat ,
tum apparet , cum antegressa est honestas . itaq;
non solum in hac parte honestatis , de qua hoc lo-
differendum est , sed etiam in tribus superioribus
quid deceat , apparet . nam & ratione uti , atq;
oratione prudenter ; & agere , quod agas , confi-
rate ; omniq. in re , quid sit ueri , uidere , & tu-
ri decet : contraq. falli , errare , labi , decipi , totū
dedecet , quā delirare , & mente captum esse .
Et iusta omnia decora sunt ; iniusta omnia contra
ut turpia , sic indecora . Similis est ratio fortitudi-
nis . quod enim uiriliter , animoq. magno fit , id
gnum uiro , & decorum uidetur : quod contra ,
ut turpe , sic indecorum . quare pertinet quida-
ad omnem honestatem hoc , quod dico , decorum :
& ita pertinet , ut non recondita quadam ratio-
cernatur , sed sit in promptu . est enim quiddam
idq. intelligitur in omni uirtute , quod deceat
quod cogitatione magis a uirtute potest , quā
separari . ut enim uenustas , & pulchritudo cor-
ris secerni non potest a ualetudine : sic hoc , de quo
loquimur , decorum , totum quidem illud est cū
uirtute confusum , sed mente , & cogitatione d-
stinguitur . Est autem eius descriptio duplex . na-
& generale quoddam decorum intelligimus , quod
in om-



si honestate uersatur; & aliud huic subie-
 quod pertinet ad singulas partes honestatis.
 illud superius sic fere definiri solet: decorum
 , quod consentaneum sit hominis excellētiæ
 in quo natura eius a reliquis animantibus
 ut. Quæ autē pars subiecta generi est, eam
 iniunt, ut id decorum esse uelint, quod ita
 consentaneum sit, ut in eo moderatio, &
 rantia appareat cum specie quadam libera-
 cita intelligi a philosophis, possumus existi-
 ex eo decoro, quod poetæ sequuntur: de quo
 coplura dici solent. sed tum seruare illud poe-
 imus, quod deceat, cum id, quod quaque
 a dignum est, & sit, & dicitur: ut, si aut
 is, aut Minos diceret,
 unt, dum metuant; aut,
 sepulcrum ipse est parens;
 rum uidetur, quod eos fuisse iustos acce-
 at, Atreo dicente, plausus excitantur:
 m digna persona oratio. sed poetæ; quid
 ue deceat, ex persona iudicabunt: nobis au-
 rsonam imposuit ipsa natura, magna cum
 ntia, præstantiaq. animantium reliquorū.
 sa poetæ in magna uarietate personarum,
 uitiosis quid conueniat, & quid deceat, ui-
 nobis autem cum a natura constantia,
 rationis, temperantiæ, uerecundiæ partes
 nt; cumq. eadem natura doceat non negli-
 quemadmodum nos aduersus homines gera-

D mus:

argumentū
 a minori. nā
 si poetæ,
 multo ma-
 gis philoso-
 phi.

Thyestes:
 cui filium
 epulandum
 frater Atre-
 us apposu-
 it. inde Se-
 necam in
 Thyeste, &
 Horatiū in
 arte poeti-
 ca.



pulchritu-
dinis defi-
nitio.

iustitia, &
uerecundia
in quo dif-
ferant.

tres virtu-
tes signifi-
cat, pruden-
tiam, iusti-
tiam, forti-
tudinem:
quas hoc ip-
so ordine ia-
tigit.

mus: efficitur, ut & illud, quod ad omnem ho-
statem pertinet, decorum, quàm late fufum
appareat, & hoc, quod fpectatur in unoquoq-
genere uirtutis. ut enim pùlchritudo corporis a-
ta compositione membrorum mouet oculos, & a-
lectat hoc ipfo, quòd inter fe omnes partes cū qu-
dam lepore consentiunt: fic hoc decorum, qu-
elucet in uita, mouet approbationem eorum, qu-
buscum uiuitur, ordine, & constantia, moder-
tione dictorum omnium, atque faكتورum. ad-
benda est igitur quædam reuerentia aduersus ho-
mines & optimi cuiusque, & reliquorum. na-
negligere, quid de se quisque sentiat, non solu-
arrogantis est, sed etiam omnino diffoluti. I-
autem, quod differat in omni ratione habenda, i-
ter iustitiam, & uerecundiam. iustitiæ pan-
sunt, non uiolare homines: uerecundiæ, non off-
dere: in quo maxime perspicitur uis decori. I-
igitur expositis, quale fit id, quod decere di-
mus, intellectum puto. Officium autem, quod
eo ducitur, hanc primum habet uiam, quæ de-
cit ad conuenientiam, conseruationemq. naturæ.
quam si sequemur ducem, nunquā oberrabim-
sequemurq. & id, quòd acutum & perspicax
tura est, & id, quòd ad hominum societatem
cōmodatum; & id, quòd uehemens, atque for-
sed maxima uis decori in hac inest parte, de qua
disputamus. neque enim solum corporis, qui
naturam apti sunt, sed multo etiam magis ani-
mot



probandi, qui item ad naturam accommo-
 nt. Duplex est enim uis animorum, atque
 : . una pars in appetitu posita est; quæ est
 race; quæ hominem huc, & illuc rapit:
 in ratione; quæ docet, & explanat, quid fa-
 m, fugiendumq. sit. ita fit, ut ratio præsit,
 us uero obtemperet. Omnis autem actio
 debet temeritate, et negligentia; nec uero
 uidquam, cuius non possis causam probabi-
 ddere. hæc est enim fere descriptio officij.
 idum autem est, ut appetitus rationi obe-
 eamq. neque præcurrant, nec propter pi-
 i, aut ignauiam deserant; sintq. tranquil-
 ue omni perturbatione animi careant. ex-
 cebit omnis cōstantia, omnisq. moderatio.
 i appetitus longius euagantur, et tanquam
 tes siue cupiendo, siue fugiendo non satis a-
 retinentur, hi sine dubio finem, & modū
 nt. relinquunt enim, & abiiciunt obedi-
 ec rationi parent, cui sunt subiecti lege na-
 quibus non modo animi perturbatur, sed
 uora. licet ora ipsa cernere iratorum, aut
 qui aut libidine aliqua, aut metu commo-
 aut uoluptate nimia gestiunt: quorū om-
 ltus, uoces, motus, statusq. mutantur.
 is illud intelligitur, (ut ad officij formam
 nur) appetitus omnes contrahendos, se-
 ue, excitandamq. esse animaduersionem,
 entiam, ut ne quid temere, ac fortuitu,

appetitus
 rationi o-
 bediant.

appetitus
 rationi legē
 naturæ sub-
 iecti.

attēde, quæ
 sit officij
 forma.



natura nos
ad seuerita-
tē genuit.

inconsiderate, negligenterq. agamus. neque
ita generati a natura sumus, ut ad ludum, e-
cum facti esse uideamur, sed ad seueritatē po-
et ad quædam studia grauiora, atque maiora.
Ludo autem, et ioco uti illis quidem licet, se-
cut somno, et quietibus ceteris, tum, cum g-
bus, serijsq. rebus satisfecerimus. ipsumq. g-
iocandi non profusum, nec immodestum, se-
genuum, et facetum esse debet. ut enim pi-
non omnem licentiam ludendi damus, sed e-
quæ ab honestatis actionibus non sit aliena: R-

duplex iocā
di genus.

ipso ioco aliquod probi ingenij lumē eluceat.
plex omnino est iocandi genus; unum illiber-
petulans, flagitiosum, obscenū; alteruñ eleg-
urbanum, ingeniosum, facetum. quo genere
modo Plautus noster, et Atticorum antiquo-
mædia, sed etiam philosophorum Socratico-
libri referti sunt: multa q. multorum facete di-

Cato censo-
rius ἀπο-
φθέγματα
collegit.

ut ea, quæ a sene Catone sunt collecta, quæ u-
tur ἀποφθέγματα. Facilis igitur est distinctio
geni, et illiberalis ioci. alter est, si tempore
ac remisso animo, libero dignus: alter ne hoc
quidem, si rerum turpitudini adhibetur uer-
obscenitas. Ludendi etiam est quidam modus
tinendus, ut ne nimis omnia profundamus, el-
uoluptate in aliquam turpitudinem delaban-
suppeditant autem et campus noster, et st-
nenandi honesta exempla ludendi. Sed per-
ad omnem officij quæstionem, semper in pron-
hab



quantum natura hominis pecudibus, reli-
 estijs antecedit. illæ enim nihil sentiunt,
 voluptatem, ad eamq. feruntur omni impetu:
 autem mens discendo alitur, & cogitan-
 ter aliquid aut inquirat, aut agit, uiden-
 t audiendi delectatione ducitur. quin etiã,
 paullo ad voluptates propensior, modo
 pecudum genere, (sunt enim quidam ho-
 mines, sed nomine) sed si quis est paullo e-
 quamvis uoluptate capiatur, occultat, et
 appetitum uoluptatis, propter uere-
 . ex quo intelligitur, corporis uoluptatẽ
 esse dignam hominis præstantia, eamq.
 , & reici oportere; sin sit quispiam,
 id tribuat uoluptati, diligenter ei tenen-
 modum eius fruendæ. itaque uictus, cul-
 poris ad ualeitudinem referantur, et ad
 in ad uoluptatem. Atque etiam, si consi-
 lumus, quæ sit in natura excellentia, &
 intelligemus, quàm sit turpe diffluere
 & delicate, ac molliter uiuere; quamq.
 , parce, continenter, seuerè, sobrieq. ue-
 dum est etiam, dū abus quasi nos a natu-
 esse personis: quarum una est cõmunis,
 ad omnes participes sumus rationis, præ-
 eius, qua antecellimus bestiis, a qua o-
 lum, decorumq. trahitur, & ex qua
 uiendi officij exquiratur: altera autem,
 ue singulis est tributa. ut enim in corpo-

D 3 ribus

bestiæ præ-
 ter uolupta-
 tem nihil
 sentiunt.

hominis,
 mens discẽ-
 do alitur.

corporis uo-
 luptas non
 satis digna
 est hominis
 præstantia.

natura dua-
 bus perso-
 nis hominẽ
 induit, una
 communi,
 altera pro-
 pria.



uirile quid-
dam digni-
tas, mulie-
bre uenu-
stas habet.
infra.

Socrates in
omni ora-
tione simu-
lator.

qui nisi ef-
fet per infi-
dias inter-
fectus, bel-
lum aduer-
sus Persarū
regem, dux
electus uni-
uersæ Græ-
ciæ consen-
su, gessisset.
Val. Max.

ribus magnæ dissimilitudines sunt: (alios enim
demus uelocitate ad cursum, alios uiribus ad lu-
dum ualere; itemq. in formis, alijs dignitatem
esse, alijs uenustatem) sic & in animis exist-
etiam maiores uarietates. erat in L. Crasso,
L. Philippo multus lepos, maior etiam, mag-
de industria in C. Cesare L. filio. at iisdem ti-
poribus in M. Scauro, & in M. Druso adole-
te singularis seueritas, in C. Lælio multa hili-
tas, in eius familiari Scipione ambitio maior, i-
tristior. de Græcis autem, dulcem, & faceti-
festiuiq. sermonis, atque in omni oratione si-
latorem, quem εἰρωνα Græci nominauerunt, i-
cratem accepimus; contra, Pythagoram, et
riclem summam auctoritatem consecutos sine
hilaritate. callidum Annibalem ex Pænorum
nostris ducibus Q. Maximum accepimus, si-
calare, tacere, dissimulare, insidiari, præcip-
hostium consilia. in quo genere Græci Them-
clem Atheniensem, & Phœæum Iasonem c-
ris anteponunt. in primisq. uersutum, & cal-
factum Solonis: qui, quo & tutior uita eius
& plus aliquanto reip. prodesset, furere se si-
lauit. Sunt his alij multum dispares, simplice-
aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidijs a-
dum putant, ueritatis cultores, fraudis inim-
itemq. alij, qui quiduis perpetiantur, cum si-
miant, dum, quod uelint, consequantur: ut
lam, & M. Crassum uidebamus. quo in ge-



tissimum, et patientissimum Lacedæmonium
 adrum accepimus; contraq. Callicratidam,
 ræfectus classis proximus post Lysandrū fuit.
 q. in sermonibus, alium quidem uidemus,
 uis præpotens sit, efficere, ut unus de mul-
 se uideatur. quod in Catulo, & in patre, &
 p, idemq. & in Q. Mucio Mancino uidimus.
 i & ex maioribus natu, hoc idem fuisse in
 xpione Nasica; contraque, patrem eius, il-
 qui Ti. Gracchi conatūs perditos uindicauit,
 in comitatem habuisse sermonis; nec non Xe-
 tem quidem seuerissimum philosophorum, ob
 rem ipsam magnum, clarumq. fuisse. In-
 rabiles aliæ dissimilitudines sunt naturæ, mo-
 ue, minime tamen uituperandorum. Ad-
 m autem tuenda sunt sua cuique non uitiosa,
 men propria, quo facilius decorum illud,
 quærimus, retineatur. sic enim est faciendū,
 tra naturam uniuersam nihil contendamus;
 men conseruata, propriam naturam sequa-
 ut, etiam si sint alia grauiora, atque melio-
 men nos studia nostra naturæ regula metia-
 meque enim naturæ attinet repugnare, nec
 uam sequi, quod assequi nequeas. ex quo
 t emergit, quale sit decorum illud: ideo quia
 decet inuita, ut aiunt, Minerva, id est ad-
 te, & repugnante natura. omnino, si quid-
 est decorū, nihil est profecto magis, quàm
 pilitas uniuersæ uitæ, tum singularum actio-

contra uolū-
 tatem opti-
 matum, id
 est contra
 temp.

sua cuique
 propria tu-
 enda.

Horat. Tu
 nihil inuita
 dices facies
 ue Minervæ.



num : quam conseruare non possis , si aliorum
 turam imiteris , omittas tuam . ut enim sermone
 eo debemus uti , qui notus est nobis , ne , ut quidam
 græca uerba inculcantes , iure optimo rideamus
 sic in actiones , omnemq. uitam nullam discre-
 pantiam conferre debemus . atque hæc differentia
 naturarum tantam habet uim , ut non nunquam
 mortem sibi ipsi alius consciscere debeat , alius
 eadem causa non debeat . non enim alia in causa
 M . Cato fuit , alia ceteri , qui se in Africa Cæsa-
 ri tradiderunt . atqui ceteris forsitan uitio datum
 esset , si se interemissent : propterea quod eorum
 natura lenior , & mores fuerant faciliores : Catoni
 autem cum incredibilem tribuisset natura grauita-
 tem ; eamq. ipse perpetua constantia roborasset
 semperq. in proposito , susceptoq. consilio perma-
 nens ; moriendum potius , quam tyranni uultu
 aspiciendus fuit . Quam multa passus est Ulysses
 in illo errore diuturno , cum & mulieribus (si Cal-
 ce , & Calypso mulieres appellanda sunt) inser-
 uiret , & in omni sermone omnibus affabilem
 esse uellet : domi uero etiam contumelias seruorum
 ancillarumq. pertulit , ut ad id aliquando , quo
 cupiebat , perueniret . at Ajax , quo animo tra-
 hitur , millies oppetere mortem , quam illa perpeti
 maluisset . Quæ contemplantes expendere oportet
 bit , quid quisque habeat sui , eaq. moderari , ne
 uelle experiri , quam se aliena deceant . id enim
 quæque decet , quod est cuiusque suum maxime
 suum

non idem
 omnes de-
 cet.

ergo hæc
 scripta sunt
 Cæsare mor-
 tuo.

id quæque
 decet, quod



igitur quisque noscat ingenium, ac remque
 uitiorum, & bonorum suorum iudicem
 eat: ne scenici plus, quam nos, uideantur
 prudentia. illi enim non optimas, sed si-
 commodatissimas fabulas eligunt. qui enim
 freti sunt, Epigonos, Medeamque; qui ge-
 neralippam, Clytemnestram: semper Ru-
 ssum, quem ego memini, Antiopam, non saepe
 pus. Aiacem. ergo histrio hoc uidebit in
 scaena, quod non uidebit sapiens in uita? Ad quas
 res aptissimi erimus, in ijs potissimum cla-
 uis. sin aliquando necessitas nos ad ea de-
 nit, quæ nostri ingenij non erunt: omnis ad-
 da erit cura, meditatio, diligentia, ut ea si-
 ne errore, at quamminimū indecore facere
 uis. nec tam est enitendum, ut bona, quæ
 data non sunt, sequamur, quam ut uitia fu-
 ges. Ac duabus his personis, quas supra di-
 rtia adiungitur; quam casus aliquis, uel
 is imponit: quarta etiam, quam nobismet
 iudicio nostro accommodabimus. nam regna,
 aia, nobilitates, honores, diuitia, opes, eaque
 unt his contraria, in casu sita, temporibus
 nantur: ipsi autem quam personam gerere
 us, a nostra uoluntate proficiscitur. itaque
 ad philosophiam, alij ad ius ciuile; alij ad
 entiam applicant: ipsarumque uirtutum in
 ius mauult excellere. quorum uero patres,
 uiores in aliqua gloria præstiterunt, eorum
 plerique

est cuius-
 que suum
 maxime.

ad quas a-
 pti res su-
 mus, in iis
 elabore-
 mus.

diuitia, &
 opes in ca-
 su site sunt.



Aemilii, qui
de Perſa
Macedonũ
rege trium
phauit.

uitæ genus
conſiderate
deligendũ.

lib. 2. memo
rabilium.

plerique in hoc genere laudis student excellere;
*Q. Mucius P. filius in iure ciuili, P. ſculli fili
 Africanus in re militari. Quidam autem ad
 laudes, quas a patribus acceperunt, addunt a
 quam ſuam: ut hic idem Africanus eloquent
 cumulauit bellicam gloriam: quod idem fecit
 motheus, Cononis filius; qui, cum belli laude;
 inferior fuiſſet, quàm pater, ad eam laudem a
 Etrinae, & ingenij gloriam adiecit. Fit autem
 terdum, ut non nulli, omiſſa imitatione maior
 ſuum quoddam inſtitutum conſequantur. max
 meq. in eo plerunque elaborant ij, qui magna
 bi proponunt, obſcuris orti parentibus. Hac ig
 tur omnia, cum querimus quid deceat, compl
 eti animo, & cogitatione debemus. In prim
 autem conſtituendum eſt, quos nos, & qual
 eſſe uelimus, & in quo genere uitæ. quæ deli
 ratio eſt omnium difficillima. ineunte enim adol
 ſcentia, cum ineſt maxima imbecillitas conſili
 tunc id ſibi quiſque genus ætatis degenda conſti
 tuit, quod maxime adamauit: itaque ante imp
 catur aliquo certo genere, curſuq. uiuendi, quai
 potuit, quod optimum eſſet, iudicare. Nam
 quòd Herculem Prodicus dicit, (ut eſt apud Xe
 nophontem) cum primum pubeſceret, quod tem
 pus a natura ad deligendum, quam quiſque uiu
 uiuendi ſit ingreſſurus, datum eſt, exiſſe in ſol
 tudinem, atque ibi ſedetem diu ſecum multum
 dubitaſſe, cum duas cerneret uias, unam uolu
 ptati*



is, alteram uirtutis, utram ingredi melius;
 hoc Herculi, Iouis saturo edito, potuit fortas-
 mingere: nobis non item, qui imitamur, quos
 ne uisum est, atque ad eorum studia, insti-
 q. impellimur. Plerumque autem, parentū
 ceptis imbuti, ad eorum consuetudinem, mo-
 q. deducimur. alij multitudinis iudicio ferun-
 quæq. maiori parti pulcherrima uidentur, ea
 sime exoptant. non nulli tamen, siue felicitate
 adam, siue bonitate naturæ, siue parētum
 plina, rectam uitæ secuti sunt uiam. Illud au-
 maxime rarum genus, eorum, qui aut ex-
 nte ingenij magnitudine, aut præclara eru-
 me, atque doctrina, aut utraque re ornatī,
 ium deliberandi habuerunt, quem potissimū
 cursum sequi uellent. in qua deliberatione
 uiam cuiusque naturam consilium est omne re-
 endum. nam cum in omnibus, quæ aguntur,
 o modo, quo quisque natus est, ut supra di-
 n est, quid deceat, exquirimus: tum in tota
 constituenda multo est eius rei cura maior
 ibenda; ut constare in uitæ perpetuitate pos-
 us nobismet ipsis, nec in ullo officio claudica-
 . Ad hanc autem rationem quoniam maximā
 natura habet, fortuna proximam; utriusque
 uino ratio habenda est in deligendo genere ui-
 sed naturæ magis. multo enim & firmitior est,
 onstantior: ut fortuna nō nunquam ipsa mor-
 s cum immortalī natura pugnare uideatur.

qui

ut in fabu-
lis.

liberum ar-
bitrium cō-
ceditur no-
bis ad imi-
tandum.

recta uitæ
uia unde
cōtingat.

in deligen-
do uitæ ge-
nere ad suā
quisque na-
turam consi-
lium omne
reuocet.

fortuna
mortalis,
natura im-
mortalis.



qui igitur ad naturæ suæ non uitiosæ genus consi-
 lium uitæ omne contulerit, is constantiam teneat
 id enim maxime decet. nisi forte se errasse intelle-
 xerit in deligendo genere uitæ. quod si acciderit.
 (potest autem accidere) facienda morum, insti-
 tutorumq. mutatio est. eam igitur mutationem
 si tempora adiunabunt, facilius, commodiusq.
 faciemus: sin minus, sensim erit, pedetentimq.
 facienda: ut amicitias, quæ minus delectent, &
 minus probentur, magis decere, censent sapien-
 tes, sensim dissuere, quàm repente præcidere.
 commutato autem genere uitæ, omni ratione cu-
 randum est, ut id bono consilio fecisse uideamur.
 Sed quoniam paullo ante dictum est, imitandos
 esse maiores: primum illud exceptum sit, ne ui-
 tia sint imitanda: deinde, si natura non ferret, ut
 quedam imitari possint; ut superioris Africani
 filius, qui hunc Paullo natum adoptauit, propter
 infirmitatem uoletudinis non tam potuit patris si-
 miles esse, quàm ille fuerat sui: si igitur non pote-
 rit siue causas defensitare, siue populum concio-
 nibus tenere, siue bella gerere; illa tamen præ-
 stare debet, quæ erunt in ipsius potestate, iusti-
 tiam, fidem, liberalitatem, modestiam, tempe-
 rantiam; quo minus ab eo id, quod desit, requi-
 ratur. optima autem hereditas a patribus tra-
 ditur liberis, omniq. patrimonio præstantior,
 gloria uirtutis, rerumq. gestarum: cui dedecori
 esse, nefas, & uitium iudicandum est. Et quo-
 niam

amicitia
 sensim dif-
 fuenda.

de quo sæ-
 pe mentio-
 nem faci-
 mus: uel,
 propiore
 ætati no-
 stra.

optima he-
 reditas a pa-
 tribus tradi-
 tur liberis,
 gloria uirtu-
 tis.



officia non eadem disparibus ætatibus tri-
 untur, aliaq. sunt iuuenum, alia seniorum:
 uid etiam de hac distinctione dicendum est.
 igitur adolescentis, maiores natu uereri, ex
 eligere optimos, & probatissimos, quorū
 illo, atque auctoritate nitatur. ineuntis enim
 is inscitia, senum constituenda, & regenda
 sentia est. Maxime autem hæc ætas a libidi-
 arcenda est, exercendaq. in labore, patien-
 & animi, & corporis, ut eorum & in bel-
 & civilibus officijs uigeat industria. atque
 cum relaxare animos, & dare se iucundi-
 uolent, caueant intemperantiam, memine-
 ue decuria: quod erit facilius, si eiusmodi.
 ue rebus maiores natu interesse uelint. Seni
 utem labores corporis sunt minuendi, exer-
 ciones animi etiam augendæ uidentur: danda
 opera, ut amicos, & iuuentutem, & ma-
 remp. consilio, & prudentia quampluri-
 adiuuent. nihil autem magis cauendum est.
 tuti, quàm ne languori, desidiaq. se dedat.
 ria uero cum omni ætati turpis, tum sene-
 fædissima est. sin autem & libidinum intem-
 ntia accesserit, dūplex malum est, quod &
 senectus concipit dedecus, & facit adolescen-
 impudentiorem intemperantiam. Ac ne il-
 quidem alienum est, de magistratuum, de
 atorū, de ciuium, de peregrinorum officijs
 re. Est igitur proprium munus magistratus,
 intelligere,

adolescen-
 tie ratio lau-
 dabiliter
 traducenda.

senibus præ-
 cepta.

senex in li-
 xuria dupli-
 citer pec-
 cat, primū
 re, deinde
 exemplo.



boni ciuis
officium.

Peregrini
officium.

decoris qui
bus rebus
constat.

corporis hu-
mani for-
mam hone-
sta specie
natura ex-
ornauit.

intelligere, se gerere personam ciuitatis, de-
reque eius dignitatem, & decus sustinere, ser-
re leges, iura describere, ea fidei suae commu-
meminisse. Priuatum autem oportet aequo,
pari cū cīuibus iure uiuere, neque summissum
abiectum, neque se effertentem; tum in rep.
uella, quae tranquilla, & honesta sint. talent
nim & sentire, & bonum ciuem dicere solent
Peregrini autem, & incolae officium est, ut
praeter suum negotium agere, nihil de alio inqu-
rere, minimeque in aliena esse rep. curiosum.
fere officia reperientur, cum quaeretur, quid
ceat, & quid aptum sit personis, temporibus
etatibus. nihil est autē, quod tam decoris, quam
in omni re gerenda, consilioque capiendo seru-
constantiam. Sed quoniam decorum illud in o-
nibus factis, & dictis, in corporis denique mem-
& statu cernitur, idque positum est in tribus
bus, formositate, ordine, ornatu ad actionem
apto; (difficilius ad eloquendum, sed satis erit in-
telligi) in his autem tribus continetur cura
illa, ut probemur ab ijs, cum quibus, & apud
quos uiuimus: his quoque de rebus pauca dicam-
tur. Principio, corporis nostri magnam naturā
ipsa uidetur habuisse rationem: quae formam
stram, reliquamque figuram, in qua esset species
bonesta, eam posuit in promptu; quae autē par-
tes corporis, ad naturae necessitatem datae, asse-
ctum essent deformem habituram, atque turpem,



ntexit, atque abdidit. hanc naturæ tam di-
 -m fabricam imitata est hominum uerecun-
 -uæ enim natura occultauit, eadem omnes,
 -a mente sunt, remouent ab oculis; ipsiq̃
 -tati, dant operam, ut quam occultissime
 -nt: quarumq̃. partium corporis usus sunt
 -trij, eas neque partes, neque earum usus
 -minibus appellant: quodq̃. facere non tur-
 -, modo occulte, id dicere obscenum est.
 -nec actio rerum illarum aperta petulan-
 -at, nec oratio obscenitate. Nec uero au-
 -sunt Cynici, aut si qui fuerunt Stóici pæ-
 -lici, qui reprehendunt, & irrident, quòd
 -æ turpia re non sunt, uerbis flagitiosa di-
 -; illa autem, quæ turpia sint, nominibus
 -emus suis. latrocinari, fraudare, adultera-
 -turpe est, sed dicitur non obscene: liberis
 -peram, re honestum est, nomine obscenū:
 -in eam sententiam ab eisdem contra uere-
 -m disputantur. Nos autem naturam seque-
 - & ab omni, quod abhorret ab ipsa ocu-
 -uriumq̃. comprobatione, fugiamus. sta-
 -cessus, sessio, accubatio, uultus, oculi,
 -m motus teneant illud decorum. Quibus
 -s duo sunt maxime fugienda, ne quid effe-
 -m, aut molle; aut ne quid durum, aut ru-
 -sit. nec uero histrionibus, oratoribusq̃.
 -ndum est, ut ijs hæc apta sint, nobis dissolu-
 -uicorū quidem mos tantam habet a uetere
 disciplina

uide episto-
 lam, cuius
 initium est,
 Amo uere-
 cundiani,
 lib.9. fam.

naturam re-
 cte sequi
 mur.



disciplina uerecundiam; ut in scena sine sublig-
culo prodeat nemo. uerentur enim, ne, si qui
casu euenerit, ut corporis partes quædam ap-
riantur, aspiciantur non decore. nostro quida-
more cum parentibus puberes filij, cum socer
quidem generi non lauuantur. retinenda est igitur
huius generis uerecundia, præsertim natura ip-
sæ magistra, & duce. Cum autem pulchritudine
duo genera sint, quorum in altero uenustas, in
altero dignitas: uenustatem muliebre[m] du-
re debemus, dignitatem uirile[m]. Ergo & as-
pectu remoueat[ur] omnis uiro non dignus ornat[us].
huic simile uitium in g[re]ssu, motuq[ue]. caueatur.
& palæstrici motus sæpe sunt odiosiores: & ex-
triorum non nulli gressus ineptius non uacant
in utroque genere, quæ sunt recta, & simplici
laudantur. Formæ autem dignitas coloris be-
nè tuenda est, color exercitationibus corporis.
Adhibenda est præterea munditia nõ odiosa,
que exquisita nimis, tantum quæ fugiat agrestem
& inhumanam negligentiam. Eadem ratio
habenda uestitus: in quo, sicut in plerisque rebus
mediocritas optima est. Cauendum est autem,
aut tarditatibus utamur in gressu mollioribus,
similes pomparum ferculis esse uideamur: aut
festinationibus suscipiamus nimias celeritate[m],
quæ cum fiunt, anhelitus mouentur, uultus in-
stantur, ora torquentur: ex quibus magna signi-
ficatio fit, non adesse constantiam. Sed nimis
eti-

uerecundia
retinenda
est, magi-
stra & duce
natura.

de gressu.

color tuen-
dus est exer-
citationi-
bus corpo-
ris.

de gressu.



magis elaborandum est, ne animi motus a
 recedant: quod assequemur, si cauebi-
 ne in perturbationes, atque exanimationes
 nus, & si attentos animos ad decori con-
 onem tenebimus. Motus autem animorū
 rs sunt, alteri cogitationis, alteri appeti-
 gitatio in uero exquirendo maxime uersa-
 petitis impellit ad agendum. curandum
 ur, ut cogitatione ad res quamoptimas uta
 appetitum rationi obediētem præbeamus.
 niam magna uis orātionis est, eademq. du-
 altera contentionis, altera sermonis: con-
 isceptationibus tribuatur iudiciorum, con-
 , senatus; sermo in circulis, disputationi-
 ingressionibus familiarium uersetur, per-
 r etiam conuiuia. contentionis præcepta
 m sunt, nulla sermonis. quanquam haud
 possint hæc quoque esse. sed discentium
 inueniuntur mágistri: huic autem qui stu-
 unt nulli: rhetorum turba referta omnia.
 am quæ uerborum sententiarumq. præ-
 ent, eadem ad sermonem pertinebunt.
 orationis indicem uocem habeamus; in-
 tem duo sequamur, ut clara sit, ut suavis:
 e omnino a natura petendum est; uerum
 e exercitatio augebit, alterum imitatio
 quentium, & leniter. quid fuit in Cātu-
 s exquisito iudicio putares uti litterarū?
 m erant litterati: sed et alij. hi autē opti

motus ani-
 morum du-
 plices.

orationis
 duplex uis.

discere cu-
 pientibus
 magistri uō
 defunt.

& patre, &
 filio.

E me



quod facti-
dum pare-
ret audiēti.

sermo qua-
les debeat
esse.

sermo in-
dex morū.

me uti lingua latina putabatur. sonus erat dul-
litteræ neque expressæ, neque oppressæ; ne
obscurum esset, aut nimis pūtidum. sine com-
tione uox nec languens, nec canora. uberiore
tio L. Crassi, nec minus faceta: sed bene loqu-
di de Catulis opinio non minor. sale uero con-
tus, & facetijs Cæsar, Catuli patris frater, u-
omnes; ut in ipso illo forensi genere dicendi
tentiones aliorum, sermone uinceret. In omni
igitur his elaborandum est, si in omnibus, q-
deceat, exquirimus. Sit igitur hic sērmō, in
Socratici maxime excellūt, lenis, minimeq. p-
tinax: insit in eo lepos. nec uero, tāquam in
sessionem suam uenerit, excludat alios; sed
reliquis in rebus, tum in sermone communi,
cissitudine non nunquam utendum putet. ac
deat in primis, quibus de rebus loquatur: si ser-
seueritatem adhibeat; si iocosus, leporem. in
mis provideat, ne sērmō uitium aliquod in-
inesse moribus. quod maxime tum solet euen-
cum studiose de absentibus, detrahendicūq.
aut per ridiculum, aut seuerè, maledice, con-
melioseq. dicitur. Habentur autem plerumq.
sermōnes aut de domesticis negotijs, aut de
aut de artium studijs, & doctrina. danda igitur
opera est, ut, etiam si aberrare ad alia cœperit
hæc reuocetur oratio; sed utcunque aderunt
neque enim ijsdem de rebus, nec in omni tem-
re, nec similiter delectamur. Animaduerte.



um, quatenus sermo delectationem habeat, t incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus quoniam in omni uita rectissime precipi- perturbationes fugiamus, id est motus an- rios, rationi non obtemperantes: sic eius- notibus sermo debet uacare: ne aut ira exi- ut cupiditas aliqua, aut pigritia, aut igna- t quid tale appareat. maximeq. curandum eos, quibuscum sermonem conferimus, & diligere uideamur. Obiurgationes enim nunquam incidunt necessariae: in quibus um est fortasse et uocis contentione maiore, orum grauitate acriore. Id agendum etiā, cēre non uidcamur irati, sed, ut ad uen- & secundum medici, sic nos ad hoc genus adi raro, inuitiq. ueniamus, nec unquam, ssario, si nulla reperietur alia medicina: en ira procul absit, cūm qua nihil recte ibil considerate potest. Magna autem ex dementi castigatione licet uti, grauitate diuncta, ut seueritas adhibeatur, & con- repellatur. Atque etiam illud ipsum, erbitatis habet obiurgatio, significandum us caussa, qui obiurgetur, susceptum esse. est autem, etiam in illis contentionibus, inimicissimis sūt, etiam si nobis indigna is, tamen grauitatem retinere, iracun- uellere. quæ enim cum aliqua perturba- ut, ea neque constanter fieri possunt, nec

modus in sermone.

sermo ua-
cet omni
perturba-
tione.

obiurgatio
qualis.

cum ira re-
cte fieri ni-
hil potest.



deforme est
de se ipso
prædicare.

in petitione
consulatus.
atque etiam
de ambitu
dânatus est.
uide epist.
ad Q. fratrem.

ab ijs, qui adsunt, approbari. Deforme etiam
de se ipso prædicare, falsa præsertim, & cum
risione audientium imitari militem gloriosum
quoniam omnia persequimur, uolumus quid
certe; dicendum est etiam, qualem hominis ho
rati, & principis domum placeat esse. cuius
est usus: ad quem accommodanda est ædific
descriptio: et tamen adhibenda dignitatis, co
moditatisq. diligentia. Cn. Octauio, qui pri
ex illa familia consul factus est, honori fuisse
cepimus, quòd præclaram ædificasset in Pala
& plenam dignitatis domum: quæ cum uulgo
seretur, suffragata domino, nouo homini, ad
sulatum putabatur. hanc Scaurus demolitus
cessionem adiunxit ædibus. itaque ille in suam
mum consulatum primus intulit: hic summi
clarissimi uiri filius, in domum multiplicatam
repulsam solum retulit, sed ignominiam, &
lamitatem. ornanda est enim dignitas domo,
ex domo dignitas tota quærenda; nec domo de
nus, sed domino domus honestanda est. Et, i
ceteris habenda ratio non sui solum, sed etiã
rum, sic in domo clari hominis, in quam & l
tes multi recipiendi, & admittenda homi
cuiusque generis multitudo, adhibenda est
laxitatis: aliter ampla domus dedecori do
sæpe fit, si est in ea solitudo, & maxime, si
quando alio domino solita est frequentari.
sum est enim, cū a prætereuntibus dicitur; &



Incipit, quàm dispari domino dominaris. quod
 i, his tēporibus, in multis licet dicere.
 dum est etiam, præsertim si ipse ædifices, ne
 modum sumptu, & magnificētia prodeas.
 genere multum mali etiam in exemplo est.
 enim plerique, præsertim in hac parte,
 principum imitantur: ut L. Luculli, sum-
 uirtutem quis? quàm multi uillarū ma-
 tiam imitati sunt? quarum quidem certe
 libendus modus, ad mediocritatem reuo-
 eademq. mediocritas ad cōmunem usum,
 q. uita referenda est. Sed hac hætenus.
 autem actione suscipienda, tria sunt te-
 orimum, ut appetitus rationi pareat; quo
 ad officia conseruanda accommodatius;
 ut animaduertatur, quanta illa res sit,
 ficere uelimus; neu minor, ne ue maior
 opera suscipiatur, quàm caussa postulet.
 est, ut caueamus, ut ea, quæ pertinent
 blem speciem, & dignitatem, moderata
 idus autem est optimus, decus ipsum te-
 quo ante diximus, nec progredi longius.
 utem trium præstantissimum est, appeti
 temperare rationi. Deinceps de ordine
 & temporum oportunitate dicendum
 autem scientia continet eam, quam Græ-
 ay nominant, non hanc, quam interpre-
 odestiam; quo in uerbo modus inest. sed
 raξία, in qua intelligitur ordinis conser-
 uatio.

cum Cæsa-
 riani habi-
 tēt in Pom-
 peianorum
 ædibus.

tria tenean-
 tur in actio-
 ne suscipi-
 enda.

ut in obli-
 uio non
 cadat

ut in obli-
 uio non
 cadat



scientia de
finiunt.

ordinis defi
nitio.

prudencia
definitur ut
modestia.

ordo actio-
num quid
requirat.

Anaxagoræ
physici au-
ditor.

uatio. itaque, ut eandem nos mō destiam appo-
mus, sic definitur a Stoicis, ut modestia sit sci-
tia earum rerum, quæ agentur, aut dicent
loco suo collocandarum. itaque uidetur eandem
ordinis, & collocationis fore. nam & ordinem
sic definiunt, compositionem rerum aptis, &
commodatis locis: locum autem actionis, op-
tunitatem temporis esse dicunt, tempus autem
actionis oportunitatem, præce dicitur, latine
pellatur occasio. sic sit, ut modestia hæc, quæ
interpretamur ita, ut dixi, scientia sit oportu-
nitatis idoneorum ad agendum temporum. scilicet
est eadem esse prudentiæ definitio. de qua pri-
mo diximus, hoc autem loco de moderatâ
& temperantia, et alijs similibus uirtutibus
loquimur. itaque, quæ erant prudentiæ propria,
loco dicta sunt: quæ autem harum uirtutum,
quibus iam dudum loquimur, quæ pertinent
uerecundiam, & ad eorum approbationem, quibus
cum uiuimus, nunc dicenda sunt. Talis est
tur ordo actionum adhibendus, ut, quemad-
modum in oratione constanti, sic in uita omnia
apta, & inter se conuenientia. turpe est enim
ualdeque uitiosum, in re seuerâ conuiuio dignum
aut delicatum aliquem inserere sermonem. b
Periclès, cum haberet collegam in prætura
phoclem; hiq. de communi officio conuenisse
& casu formosus puer præteriret; dixissetq.
phocles, o puerum pulchrum, Pericle; præ-



Sophocle, decet non solum manus, sed etiā
 abstinentes habere. atque hoc idem Sopho-
 si in athletarum approbatione dixisset, in-
 prehensione caruisset. tanta uis est & loci,
 corporis. ut, si quis, cum causam sit actum
 itinere, aut in ambulatione secum ipse me-
 rit, aut si quid aliud attentius cogitet; non
 pendatur: at, hoc idem si in conuiuio faciat,
 manus uideatur inscitia temporis. Sed ea,
 multum ab humanitate discrepant, ut si quis
 cantet, aut si qua est alia magna peruer-
 facile apparent, nec magnopere admonitio-
 & præcepta desiderant: quæ autem par-
 entur esse delicta, neque a multis intelligi-
 nt, ab his est diligentius declinandum. ut in
 is, aut in tibijs, quamuis paulum discrepet,
 uid a sciente animaduerti solet: sic uidendū
 uita, ne forte quid discrepet; uel multo e-
 magis, quo maior, & melior actionum,
 sonorum, concentus est. itaque, ut in fidi-
 usicorum aures uel minima sentiūt: sic nos,
 s, ac diligentes iudices esse uolumus, ani-
 rsoresq. uitiorum, magna intelligimus sæ-
 paruis. ex oculorum obtutu, superciliorū
 missione, aut contractione, ex mæstitia, ex
 tate, ex risu, ex locutione, ex reticentia,
 attentione uocis, ex summissione, ex ceteris
 his facile iudicabimus, quid apte eorum
 quid ab officio, naturaq. discrepet. quo in

nudis enim
 corporibus
 athletæ cer-
 tabant.

maior, &
 melior acti-
 onū, quàm
 sonorū, con-
 centus est.



uitemus
quod in a-
liis dede-
cet.

consilio do-
ctorū, ut suq.
peritorū u-
tendum est.

maxime A-
pelles. uide
Plin. l. 35.
c. 10.

quorū prin-
ceps Dio-
genes.

genere non est incommodum, quale quodque eo sit, ex alijs iudicare; ut, si quid dedēceat in illi uitemus & ipsi. fit enim nescio quo modo, ut magis in alijs cernamus, quā in nobismet ipsis, quid delinquitur. itaque facillime corrigunt illi in discendo, quorum uitia imitantur emendandi causa magistri. Nec uero alienum est, ad agenda, quae dubitationem afferunt, adhibere etiam illos homines, uel etiam usu peritos, & quid de uno quoque officij placeat, exquirere maior enim pars eò fere deferri solet, quò anxia ipsa deducitur. in quibus uidendum est, modo, quid quisque loquatur, sed etiam, quid quisque sentiat, atque etiam, qua de causa quid sentiat. ut enim pictōres, & ij, qui signa fabricant, & uero etiam poeta suum quisque opus a uulgo considerari uult; ut, si quid reprehensum sit a pluribus, id corrigatur; hiq. & secum, & cum alijs, quid in eo peccatum sit, exquirunt: aliorum iudicio permulta nobis & facienda, & non facienda, & mutanda, & corrigenda sunt. Quae uero more aguntur, & institutis ciuilibus de his nihil est praecipendum. illa enim ipsa pracepta sunt: nec quenquam hoc errore duci oportet, ut, si quid Socrates, aut Aristippus contra morem, consuetudinemq. ciuilem fecerint, locuti ue sint, idem sibi arbitrentur licere. magni illi, & diuinis bonis hanc licentiam assequebantur. Cynicorum uero ratio tota est eijcienda: e-

enim



inimica uerecundia, sine qua nihil rectum
 potest, nihil honestum. Eos autem, quorum
 perspecta in rebus honestis, atque magnis est,
 sentientes, ac bene meritos, aut meren-
 aliquo honore, aut imperio affectos, obser-
 & colere debemus; tribuere etiam multū
 uti; cedere ijs, qui magistratum habebunt;
 re delectum ciuis, & peregrini; in ipso quo-
 peregrino, priuatim ne, an publice uenerit:
 mmam (ne agam de singulis) communem
 generis hominum conciliationem, & con-
 sonem colere, tueri, seruare debemus. Iam,
 ificijs, & quæstibus, qui liberales habendi,
 didi sint, hæc fere accepimus. Primum im-
 ntur ij quæstus, qui in odia hominum incur-
 ut portitorum, & feneratorum. illibera-
 em, & sordidi quæstus mercenariorū om-
 quorum opera, non quorum artes emun-
 t enim in illis ipsa merces. auctoramentum
 tis. Sordidi etiam putandi, qui mercan-
 tatoribus, quod statim uendant. nihil
 roficiunt, nisi admodum mentiātur. Nec
 uidquam est turpius uanitate: opificesq. o-
 i sordida arte uersantur. nec uero quidquā
 um potest habere officina: minimeq. ar-
 anda, quæ ministræ sunt uoluptatum; ce-
 anij, coqui, fartores, piscatores, ut ait
 us: adde his, si placet, unguentarios,
 es, totumq. ludum talarium. Quibus au-
 tem

sene&uti
 multum tri-
 buere debe-
 mus.

Præcepta
 ad merca-
 turam.

uanitate ni-
 hil turpius.



mercatura,
si tenuis,
sordida.

agricultura
nihil meli⁹.

honestorū
cōparatio.

prudētia, iu-
sticia, forti-
tudo, tem-
perantia.

tem artibus aut prudentia maior inest, aut no-
mediocris utilitas quæritur, ut medicina, archi-
tectura, ut doctrina rerum honestarum; hæ su-
iis, quorum ordini conueniunt, honestæ. Merca-
tura autem, si tenuis est, sordida putanda est: si
magna, & copiosa, multa undique apportant
multisq. sine uanitate impartiens, non est adme-
dum uituperanda: atque etiam, si satiata quæsti-
uel contenta potius, ut sæpe ex alto in portum, si
ex ipso portu se in agros, possessionesq. cōtuleri
uidetur iure optimo posse laudari. Omnium au-
tem rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil
agricultura melius, nil uberius, nil dulcius, i-
libero homine dignius. de qua quoniam in Cato
Maiores satis multa diximus, illinc assumes, quæ
ad hunc locum pertinebunt. Sed ab iis partibus
quæ sunt honestatis, quemadmodum officia duc-
rentur, satis expositum uidetur. Eorum autem
ipsorum, quæ honesta sunt, potest incidere sa-
contentio, & comparatio, de duobus honestis
utrum honestius: qui locus a Panætio est præte-
missus. nam cum omnis honestas manet a pa-
ribus quattuor, quarum una sit cognitionis, al-
ra communitatis, tertia magnanimitatis, qua-
ta moderationis: hæ in deligendo officio sæpe in-
se comparentur, necesse est. placet igitur, apte
esse naturæ ea officia, quæ ex communitate
quàm ea, quæ ex cognitione ducantur. idq. l-
argumento confirmari potest, quòd, si contige-



ta sapienti, ut omnium rerum affluentibus co-
 litetur; quamuis ea, quæ cognitione digna
 summo otio secum ipse consideret, & con-
 siletur, tamen, si solitudo tanta sit, ut homi-
 uidere non possit, excedat e uita. Princepsq.
 rum uirtutum est illa sapientia, quam σοφία
 uocant. prudentiam enim, quam Græci
 φρόνησις dicunt, aliam quandā intelligimus, quæ
 rerum expetendarum, fugiendarumq. scien-
 tia est diuinarum, atque humanarum scien-
 tia, in qua continetur deorum, & hominum com-
 munitas, et societas ipsorum inter ipsos. ea si ma-
 nescit, ut certe; necesse est, quod a communi-
 catur officium, id esse maximum. etenim
 cognitio, contemplatioq. naturæ manca quodam
 modo, atque inchoata sit, si nulla actio rerum con-
 tinetur. ea uero actio in hominum commodis
 maxime cernitur. pertinet igitur ad socie-
 tatem generis humani. ergo hæc cognitioni ante-
 ponenda est. atque id optimus quisque re ipsa o-
 portet, & iudicat. quis est enim tam cupidus in-
 scienda, cognoscendaq. rerum natura, ut,
 actanti, contemplantiq. res cognitione di-
 gnas subito sit allatū periculum, discrimenq.
 cui subuenire, opitulariq. possit, non illa
 relinquat, atque abijciat, etiam si diuine
 stellas, aut metiri mundi magnitudinem
 arbitretur? atque hoc idem in parentis, in
 amici

prudentia
quid.

sapientia
quid.

cognitio
manca sine
actionibus.

actio cogni-
tioni ante-
ponenda.



homini antiquius nihil debet esse hominum utilitate.

Pythagoræ discipulus : de quo Dio Chrysostomus in oratione inscripta, Recusatio magisteratus.

a Platone. hunc enim non Lyfim, significat.

eloquentia copiosa uel egregiis cogitationibus præstat.

amici re, aut periculo fecerit. Quibus rebus intelligitur, studiis, officiisque scientiæ præponenda esse officia iustitiæ: quæ pertinet ad hominum utilitatem: qua nihil homini debet esse antiquius. Atque illi, quorum studia, uitaque omnis in rerum cognitione uersata est, tamen ab augendis hominum utilitatibus, & commodis non recesserunt, nam & erudierunt multos, quo meliores ciues, utilioresque rebus suis publicis essent; ut Thebanum Epaminondam Lysis Pythagoreus, Syracusium Dionem Plato, multique multos: nosque ipsi, quidquid ad remp. attulimus, (si modo aliquid attulimus) a doctoribus, atque doctrina instructi ad eam, & ornati accessimus. neque solum uiui, atque præsentis studiosos discendi erudiunt, atque docent, sed hoc idem etiam post mortem monumentis litterarum assequuntur. nec enim locus ullus prætermissus est ab iis, qui ad leges, qui ad mores, qui ad disciplinam reip. pertineret, ut otium suum ad nostrum negotium contulisse uideantur. ita illi ipsi doctrinæ studiis, & sapientiæ dediti, ad hominum utilitatem suam sapientiam, prudentiam, intelligentiamque potissimum conferunt. Ob eam etiam causam eloqui copiose, modo prudenter, melius est, quam uel acutissime sine eloquentia cogitare: quod cogitatio in se ipsa uertitur; eloquentia uero complectitur eos, quibuscum communitate iuncti sumus. atque, ut apum examina non fingendorum fauorum causa congre-



regantur, sed, cum congregabilia natura
 fingunt fauos: sic homines, ac multo etiam
 is, natura congregati, adhibent agendi, co-
 ndi. solertiam. itaque, nisi ea uirtus, quæ
 lat ex hominibus tuendis, id est ex societate
 ris humani, attingat rerum cognitionem; so-
 cia cognitio, & ieiuna uideatur: itemq. ma-
 do animi, remota communitate, coniunctio-
 humana, feritas sit quædam, & immani-
 ta sit, ut uincat cognitionis studium conso-
 ciorum hominum, atque communitas. Nec uerum
 quod dicitur a quibusdam, propter necessita-
 uitæ, quod ea, quæ natura desideraret, con-
 sine alijs, atque efficere non possemus, ic-
 istam esse cum hominibus communitatem,
 cietatem: quod, si omnia nobis, quæ ad ui-
 cultumq. pertinent, quasi uirgula diuina,
 unt, suppeditarentur, tum optimo quis-
 ingenio, negotijs omnibus omissis, totum se
 gnitione, & scientia collocaret. non est ita.
 & solitudinem fugeret: & socium studij quæ-
 : tum docere, tum discere uellet, tum audi-
 um dicere. Ergo, omne officium, quod ad
 gnitionem hominum, & ad societatem tuen-
 dalet, anteponendum est illi officio, quod co-
 me, & scientia continetur. Illud forsitan
 endum sit, num hæc communitas, quæ ma-
 est apta naturæ, sit etiam moderationi, mo-
 iq. semper anteponenda. non placet. sunt
 enim

cogitatio-
 nis studiū
 uincit con-
 sociatio ho-
 minum.

duobus pro-
 positis ho-
 nestis, con-
 cludit hic
 utrum ho-
 nestius.



patriæ caus-
sa non pla-
ne omnia
sapiens fa-
ciat.

considera-
te agere,
pluris est,
quàm cogi-
tare prudē-
ter.

de gradib⁹
officiorum
Gellius l. 5.
c. 13.

nimis tu
quoque glo-
riam amas
Cicero no-
ster, sæpe
enim iam
hoc dixisti.

enim quædam partim ita facta, partim ita flag-
tiosa, ut ea ne conseruandæ quidem patriæ cau-
sa sapiens facturus sit. ea Posidonius collegit pe-
multa, sed ita tetra quædam, ita obscena, ut a-
ctu quoque uideantur turpia. hæc igitur non si-
scipiet quisquam reip. causa. nec resp. quide-
pro se suscipi uolet. sed hæc commodius se re-
habet, quod non potest accidere tempus, ut in-
tersit reip. quidquam illorum facere sapientem
quare hoc quidem effectum sit in officiis delige-
dis, hoc genus officiorum excellere, quod tenetur
hominum societate. etenim cognitionem, prou-
dentiamq. sequetur considerata actio. ita sit, ut
considerate agere, pluris sit, quàm cogitare prou-
denter. Atque hæc quidem hæctenus: patefactum
est enim locus ipse; ut non sit difficile, in exqui-
rendo officio, quod cuique sit præponendum, uide-
dere. In ipsa autem communitate sunt gradus
officiorum, ex quibus, quod cuique præstet, inte-
ligi possit; ut primâ dijs immortalibus, secundâ
patriæ, tertiâ parentibus, deinceps gradatim re-
qua reliquis debeantur. Quibus ex rebus breuiter
disputatis intelligi potest, non solum id homines
lere dubitare, honestum ne an turpe sit; sed etiam
duobus propositis honestis, utrum honestius. Hic
locus a Panætio est, ut supra dixi, prætermisimus
sed ad reliqua pergamus.

MARC



TVLLII CICERONIS
OFFICIORVM
D MARCVM FILIVM.
LIBER II.

VENIAM AD MODVM officia ducerentur ab honestate, Marce fili, atque ab omni genere uirtutis, satis explicatum arbitror libro superiore.

quattuor uirtutes significat.

utur, ut hæc officiorum genera persequar, pertinent ad uitæ cultum, & ad earum re, quibus utuntur homines, facultatem, ad, ad copias. in quo tum quæri dixi, quid uti- id inutile; tum, ex utilibus quid utilius, aut maxime utile. de quibus dicere aggrediar, ca prius de instituto, ac de iudicio meo dixi. Quamquam enim libri nostri complures non ad legendi, sed etiam ad scribendi studium uerint: tamen interdum uereor, ne quibus- bonis uiris philosophiæ nomen sit inuisum, uturq. in ea tantum me operæ, & temporis e. Ego autem, quàm diu resp. per eos rege- quibus se ipsa commiserat, omnes meas cu- agitationesq. in eam conferebam. cum au- ominatu unius omnia tenerentur; neque es- uam consilio, aut auctoritati locus; socios re tuendæ reip. summos uiros amisissem; e angoribus dedi, quibus essem confectus, restitissem; nec rursus indignis homine docto

quod me ad scribendum cōtulerim.

quod auoca- re uideatur a rep. capes- senda.



Sylla mortuo.

pleraque enim scripsit euerſa rep.

ſcripſit de conſulatu ſuo, & de tēporibus ſuis, & orationes multas, quas ſignificat, cū infert, litteræ forenſes.

ſapientiz definitio.

docto uoluptatibus . atque utinam reſp. ſtetiſſet quo cœpērat, ſtatu, nec in homines non tam commutandarum rerum , quàm euerſendarum cupidus incidiſſet . primum enim, ut ſtante rep. facere ſolebamus , in āgendo plus , quàm in ſcribendo operæ poneremus : deinde , iſſis ſcriptis non quæ nunc , ſed actiones noſtras mandaremus , ſæpe fecimūs . cum autem reſp. in qua omnis cura, cogitatio, opera poni ſolebat, nulla eſſet . cœſarino ; illæ ſcilicet litteræ conticuerunt , forenſes & ſenatoriæ . nihil autem agere cum animus non poſſet, in ijs ſtudijs ab initio uerſatus ætatis ; cœſar ſtimauit honeſtiſſime moleſtias deponi poſſe, ſed ad philoſophiam retuliſſem . cui cum multū aualeſcens, diſcendi cauſſa , temporis tribuiſſem ; ſed ſtea quàm honoribus inſeruire cœpi, meq. totū reip. tradidi, tantum erat philoſophiæ loci, quantum ſuperfuerat amicorum , & reip. temporibus . id autem omne conſumebatur in legendo ſcribendi otium nō erat . Maximis igitur in malis hoc tantum boni aſſecuti uidemur , ut ea litteræ mandaremus , quæ nec ſatis erant nota noſtra, & erant cognitione digniſſima . quid eſt enim, ſed deos, optabilius ſapientia? quid præſtantius? quid homini melius? quid homine dignius? hanc expetunt igitur, philoſophi nominantur : nec quicquam aliud eſt philoſophia , ſi interpretari uel quàm ſtudium ſapientiæ . Sāpientia autem eſt ut a ueteribus philoſophis definitum eſt , rerū diuin



arum, & humanarum, caussarumque, quæ
 res continentur, scientia. cuius studium
 vituperat, haud sane intelligo, quidnam sit,
 laudandum putet. nam siue oblectatio quæ
 animi, requiesque curarum; quæ conferri cum
 in studiis potest, qui semper aliquid acqui-
 rit, quod spectet, & ualeat ad bene, beateque
 uidum: siue ratio constantiæ, uirtutisque. quæ
 ; aut hæc ars est, aut nulla omnino, per quæ
 sequamur. nullam uero dicere maximarum
 in artem esse, cum minimarum sine arte nul-
 li hominum est parum considerate loquentium,
 in maximis rebus errantium. si autem est
 hæc disciplina uirtutis; ubi ea quaeretur, cum ab
 discendi genere discesseris? Sed hæc, cum ad
 philosophiam cohortamur, accuratius solent di-
 ri: quod alio quidem libro fecimus. hoc au-
 tem tempore tantum nobis declarandum fuit, cur,
 in reip. muneribus, ad hoc nos studium potius
 contulissemus. Occurritur autem nobis,
 uidem a doctis, & eruditibus, quærentibus,
 ne constanter facere uideamur, qui, cum
 ubi nihil posse dicamus, tamen & alijs de re-
 ferere soleamus, & hoc ipso tempore præ-
 officij persequamur. Quibus uellem satis
 haec esset nostra sententia. non enim sumus ij,
 qui uagetur animus errore, nec habeat un-
 quid sequatur. quæ enim esset ista mens,
 hæc uita potius, non solum disputandi, sed

philosophiæ
 commendatio.

qui inscribi
 tur Horten-
 sius.

tanquam Aca-
 demici.

F etiam



CICERONIS

nihil enim
affirmam⁹,
sed proba-
bilia sequi-
mur.

ab ipso Ari-
stotele, om-
nium prin-
cipe, nobi-
litata.
non enim
ualde a pe-
ripateticis
academici
dissentunt,
præsertim
in officii o-
pinione.

etiam uiuendi ratione sublata? nos autem, ut ce-
teri, qui alia certa, alia incerta esse dicunt, sic, a
his dissentientes, alia probabilia, contra alia im-
probabilia esse dicimus. quid est ergo, quod mihi
impediat ea, quæ mihi probabilia uideantur, sequi,
quæ contra, improbare; atque affirmandi arro-
gantiam uitare, fugere temeritatem, quæ a sapien-
tia dissidet plurimum? Contra autem omnia di-
sputatur a nostris, quòd hoc ipsum probabile elu-
cere non posset, nisi ex utraque parte caussarum
esset facta contentio. Sed hæc explanata sunt in
Academicis nostris satis, ut arbitror, diligenter.
Tibi autem, mi Cicero, quanquam in antiquissi-
ma, nobilissimaq. philosophia Cratippo auctor
uersaris, ijs simillimo, qui ista præclara pepere-
runt; tamen hæc nostra, finitimâ uestris, ignota
esse nolui. sed iam ad instituta pergamus. Quin-
que igitur rationibus propositis officij persequen-
di, quarum duæ ad decus, honestatemq. perti-
nent, duæ ad commoda uitæ, copias, opes, facul-
tates, quinta ad eligendi iudicium, si quando ea
quæ dixi, pugnare inter se uiderentur, honestati
pars perfecta est; quam quidem tibi cupio esse no-
tissimam. hoc autem, de quo nunc agimus, id ip-
sum est, quod utile appellatur. in quo uerbo la-
psa consuetudo deflexit de uia, sensimq. eò dedu-
cta est, ut ab honesto utile secerneret, & consti-
tueret honestum aliquod, quod utile non esset; e-
utile, quod non honestum. qua nulla pernici-

maior



r hominum uita potuit afferri . Summa qui-
 auctoritate philosophi seuerè sane, atque hō-
 hæc tria genera, confusa cogitatione, distin-
 t. quidquid enim iustum sit, id utile etiam
 ensent; itemque, quod honestum, idem esse
 m. ex quo efficitur, ut, quidquid hōnestum
 em sit utile. quod qui parum prospiciunt, hi
 uersutos homines, & callidos admirantes,
 n malitiam, sapientiam iudicant. quorum
 eripiendus est: omnisq. opinio ad eam spem
 cenda, ut honestis consilijs, iustisq. factis,
 fraude, & malitia, se intelligant ea, quæ
 , consequi possit. Quæ ergo ad uitam homi-
 uendam pertinent, partim sunt inanimata,
 um, argentum, ut ea, quæ gignuntur e ter-
 alia eiusdem generis; partim animalia, quæ
 suos impetus, & rerum appetitus. eorum
 alia rationis expertia sunt, alia ratione
 1. expertes rationis sunt equi, boues, reli-
 cudes, apes, quarum opere efficitur aliquid
 inum usum, atque uitam. Ratione autem
 m duo genera ponuntur; unum deorum,
 n hominum. deos placatos pietas efficiet,
 titas. proxime autem, & secundum deos,
 s hominibus maxime utiles esse possunt.
 q. item rerum, quæ noceant, & obsint,
 diuisio est. sed quia deos nocere non pu-
 s exceptis, homines hominibus plurimum
 uel prodesse arbitrantur. ea enim ipsa,
 F 2 quæ

quod iustum,
idem utile.

quod hone-
stum, idem
utile.

uita homi-
num inani-
matis uti-
tur, & ani-
malibus.

ratione uti-
tium duo
genera.



ab homine
omnis ma-
nat utili-
tas.

quæ inanimata diximus, pleraque sunt hominum effecta operis: quæ nec haberemus, nisi manus & ars accessisset: nec his sine hominum administratione uteremur. neque enim valetudinis curatio, neque navigatio, neque agricultura, neque frugum, fructuumque reliquorum perceptio, & conseruatio, sine opera hominum, ulla esse potuisset. Iam uero, & earum rerum, quibus abundaremus, exportatio, & earum, quibus egeremus, inuectio certe nulla esset, nisi his muneribus homines fungerentur. Eademque ratione nec lapides exciderentur e terra ad usum nostrum necessarii, nec ferrum, aurum, æs, argentum effunderetur penitus abditum, sine hominum laboribus & manu. Tecta uero, quibus & frigorum impelleretur, & calorum molestia sedarentur, unde aut initio generi humano dari potuissent, aut postea subuenire, si aut ui tempestatis, aut terræ motu, aut uetustate cecidissent, nisi communis uita ab hominibus harum rerum auxilia petere didicisset? Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppositæ fluctibus, portus manu factos: quæ non sine hominum opere habere possemus. Ex quibus omnibus, multisque alijs perspicuum est, quifructus, quæque utilitates ex rebus ijs, quæ sunt inanimatæ, percipiantur, eas nos nullo modo sine hominum manu, atque opera capere potuisse. Denique ex bestijs fructus, aut quæ commodi

hactenus inanimata nominauit.

nunc de animatis, quæ



homines adiunarent, percipi posset? nam & principes inueniendi fuerunt quem ex quaque re usum habere possemus, homines certe fuerunt: nec hoc tempore sine hominum opera aut erere eas, aut domare, aut tueri, aut tempesti-
 fructus ex his capere possemus: ab eisdemq. rebus, quæ nocent, interficiuntur, & quæ usui sunt esse, capiuntur. Quid enumerem artium multitudinem, sine quibus uita omnino nulla esset? quis enim agris subueniret? quæ esset ratio ualentium, qui uictus, aut cultus, nisi multæ nobis artes ministrarent? quibus re-
 x culta hominum uita tantum distat a uictu, uti bestiarum. Urbes uero sine hominum non potuissent nec edificari, nec frequenta-
 re quo leges, moresq. constituti, tum iuris descriptio, certaq. uiuendi disciplina, per-
 uenire, beateq. uiuitur. quas res & mansue-
 mimorum consecuta, & uerecundia est: ef-
 fectumq. est, ut esset uita munitionior, atque ut dan-
 te accipiendo, permutandisq. facultatibus, et
 modis nulla re egeremus. Longiores hoc lo-
 cus, quam necesse est. quis est enim, cui
 conspicua sint illa, quæ pluribus uerbis a Pa-
 trimonem memorantur, neminem neque ducem in
 nec principem magnas res, & salutare si-
 uinum studiis gerere potuisse? commemora-
 re Themistocles, Pericles, Cyrus, Age-
 Alexander: quos negat sine adiumentis

F 3 homi-

ipsa sine ho-
 minis indu-
 stria nullū
 fructum fer-
 rent, aggre-
 ditur dicere.

legibus in-
 tra urbem,
 moribus
 aduersus ex-
 teram uim.

etate ulti-
 mus, rerum



gestarū glo-
ria omniū
præstantis-
simus.

homini ab
homine pes-
sima quæq.
nascuntur.

uirtus tri-
bus in re-
bus uerti-
tur.

hominum tantas res efficere potuisse. utitur in-
non dubia testibus non necessariis. Atque ut ma-
gnas utilitates adipiscimur conspiratione hominū
atque consensu: sic nulla tam detestabilis pesti-
est, quæ non homini ab homine nascatur. est Di-
cæarchi liber de interitu hominum, peripateticus
magni, & copiosi: qui, collectis ceteris causis
eluuionis, pestilentiae, uastitatis, belluarum et
tiam repentinæ multitudinis, quarum impetu de-
cet quædam hominum genera esse consumpta, de-
inde comparat, quanto plures deleti sint homines
hominum impetu, id est bellis, aut seditionibus
quàm omni reliqua calamitate. Cum igitur hic
cui nihil habeat dubitationis, quin homines plu-
rimum hominibus & prosint, & obsint; proprium
hoc statuo esse uirtutis, conciliare sibi animos ho-
minum, & ad usus suos adiungere. itaque, quod
in rebus inanimis, quæq. in usibus, & tractationibus
belliarum fiunt utiliter ad hominum uitam, arti-
bus ea tribuuntur operosis: hominum autem studia,
ad amplificationem nostrarum rerum promota
pta, ac parata, uirorum præstantium sapientia
& uirtute excitantur. Etenim uirtus fere omnis
in tribus rebus uertitur. quarum una est in per-
spiciendo, quid in quaque re uerum, sincerum
sit, quid consentaneum cuique, quid consequens
ex quo quæque gignantur, quæ cuiusque rei
caussa. alterum, cohibere motus animi turbatores
quos Græci πάθη nominant; appetitiones, quæ



ipsas, obediētes efficere rationi. tertium, ijs,
 hiscūm congregamur, uti moderate, & scien-
 quorum studijs ea, quæ natura desiderat, ex-
 ia, cumulataq. habeamus: per eos denique, si
 importetur nobis incommodi, propulsemus:
 scamurq. eos, qui nocere nobis conati sunt;
 taq. pœnā afficiamus, quantam æquitas, hu-
 litasq. patitur. Quibus autem rationibus
 c facultatem assequi possimus, ut hominum
 ia complectamur, eaq. teneamus; dicemus,
 ue ita multo post. sed pauca ante dicēda sunt.
 gnam uim esse in fortuna in utrāque partem,
 id secundas res, uel aduersas, quis ignorat?
 et, cum prospero flatu eius utimur, ad opta-
 exitus prouehimur: & cum reflauit, affligi-
 . hac igitur ipsa fortuna ceteros casus vario-
 abet; primum ab inanimis procellas, tem-
 ates, naufragia, ruinas, incendia; deinde a
 ijs ictus, morsus, impetus. hac igitur, ut di-
 ariora. at uero interitus exercituum, ut pro-
 e triūm, sæpe multorum; clades imperato-
 , ut nuper summi, ac singularis uiri; inuidiæ
 erea multitudinis; atque ob eas bene meri-
 m sæpe ciuium expulsionēs, calamitates, fu-
 rursusq. secundæ res, honores, imperia, ui-
 iæ, quanquam fortuita sunt, tamen sine ho-
 m operibus, & studijs neutram in partem
 possunt. hoc igitur cognito, dicendum est,
 am modo hominum studia ad utilitates no-

in puniēdo
 modus est
 ab humani-
 tate præscri-
 ptus.

fortunæ uis
 in utrāque
 partē sum-
 ma.

in Thessalia
 duce Pom-
 peio: in A-
 frica, duce
 Scipione,
 Pompeii so-
 cero: in Hi-
 spania, du-
 cibus Pom-
 peii filius.



causæ, cur
quidque fi-
at ab homi-
nibus erga
homines.

uirtus pecu-
niæ præstat.

amor opes
confirmat,
metus euer-
tit.

stras allicere, atque excitare possimus. quæ si lon-
gior fuerit oratio, cum magnitudine utilitatis con-
paretur: ita fortasse etiã breuior uidebitur. Qua-
cunque igitur homines homini tribuunt ad em-
augendum, atque honestandum; aut beneuolen-
tiæ gratia faciunt, cum aliqua de causâ quæpiam
diligunt; aut honoris, si cuius uirtutem suspiciunt.
& si quem dignum fortuna quam amplissima piti-
tant; aut cui fidem habent, et bene rebus suis con-
sulere arbitrantur; aut cuius opes metuunt; aut
côtra, a quibus aliquid exspectant, ut cum regibus
populares uel homines largitiones aliquas propo-
nunt: aut, postremo, pretio, aut mercede ducun-
tur. quæ sordidissima quidem est ratio, & inqu-
natissima & ijs, qui ea tenentur, & illis, qui
eam confugere conantur. male enim se res habet
cum, quod uirtute effici debet, id tentatur pecu-
nia. sed quoniam non nunquam subsidium hoc
necessarium est, quemadmodum sit utendum eo, di-
cemus, si prius ijs de rebus, quæ uirtuti propior
sunt, dixerimus. Atque etiam subiiciunt se ho-
mines imperio alterius, & potestati pluribus
causis. ducuntur enim aut beneuolentia, aut be-
neficiorum magnitudine, aut dignitatis præstan-
tia, aut spe, sibi id utile futurum; aut metu, ne
parere cogantur; aut spe largitionis, promissio-
nisq. capti; aut, postremo, ut sæpe in nostra rep-
uidemus, mercede conducti. Rerum autem om-
nium nec aptius est quidquam ad opes tuendas
quàm



diligi ; nec alienius , quàm timeri . præ-
Ennius :

quem metuunt , oderunt :

quem quisque odit , perijisse expetit.

Brutum autem odijs nullas opes posse obsistere,
ea fuit ignotum, nuper est cognitum. nec ue-

rius tyranni solum, quem armis oppressa per-

iclititas , interitus declarat , quantum odium
num ualet ad pestem ; sed reliquorum simi-

litus tyrannorum ; quorum haud fere quis-

interitum similem effugit . malus enim cu-

perpetuitatis metus : contraq. beneuolentia
est uel ad perpetuitatem . Sed ijs, qui ui op-

is imperio coercent , sit sane adhibenda se ui-

theris in famulos, si aliter teneri non possunt.

pro in libera ciuitate ita se instruunt, ut me-

ur ; his nihil potest esse dementius . quamuis

demersa sint leges alicuius opibus, quamuis

facta libertas: emergunt tamen hæc aliquã-

indicijs tãcitis , aut occultis de honore suf-

is . acriores autem morsus sunt intermissæ

atis, quàm retentæ . Quod igitur latissime

neque ad incolumitatem solum, sed etiam

non tamen
diu : quod
Brutus ad
M. Antoni-
um scripsit
fam. li. xi.

seruitia dun-
taxat heris
in famulos
conceditur.

tacēt enim
metu homi-
nes, sed ma-
le existimāt
de iis, qui
dominan-
tur.

Diony-



Syracusium
tyrannum.

Dionysium, quo cruciatu timoris angī solitum, quo cultros metuens tonsorios, candente carbone sic adurebat capillum? quid Alexandrum Pheræ quo animo uixisse arbitramur? qui, ut scriptum legimus, cum uxorem Theben admodum diligere ret, tamen, ad eam ex epulis in cubiculum ueniens, barbarum, & eum quidem, ut scriptum est, compunctum notis Threicijs, districto gladio iubebat anteire: præmittebatq. de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres, & ne quod in uestimentis occultaretur telum, exquirerent. o miserum, qui fidelio rem & barbarum

compunctum
notis Threicijs,
proxime dixit.

& stigmatiam putaret, quam coniugem. ne eum fefellit opinio: ab ea est enim ipse propter pellicatus suspicionem interfectus. Nec uero ullius imperij tanta est, quæ, premente metu, posset sit esse diuturna. testis est Phalaris: cuius est præter ceteros nobilitata crudelitas: qui non ex insidijs interijt, ut is, quem modo dixi, Alexander non a paucis, ut hic noster; sed in quem uniuersæ

Cæsar.

superbissimum.
humanissimum.

Agrigentorum multitudo impetum fecit. qui Macedones? non ne Demetrium reliquerunt, uniuersi q. se ad Pyrrhū contulerunt? quid Lacedæmonios iniuste imperantes? non ne repente omnes fere socij deseruerunt, spectatores q. se otiosos præbuerunt Leuctricæ calamitatis? Externis libentius in tali re, quam domestica recordor. ueruntamen, quam diu imperium populi R. beneficijs tenebatur, non iniurijs, bella aut pro socijs

cum a Thebanis profligati sunt,
duce Epaminonda.



de imperio gerebantur; exitus erant bellorum
 mitis, aut necessarii. regum, populorum, na-
 um portus erat, & refugium senatus. nostri
 magistratus, imperatoresq. ex una hac
 maximam laudem capere studebant, si provin-
 , si socios equitate, & fide defendissent. ita-
 illud patrociniū orbis terræ uerius, quā
 erium poterat nominari. sensim hanc consue-
 nem, & disciplinam iam antea minuebamus,
 uero Sylla uictoriam penitus amisimus. desi-
 est enim uideri quidquam in socios iniquum,
 extitisset etiam in ciues tanta crudelitas. er-
 illo secuta est honestam causam non honesta
 oria. est enim ausus dicere, hasta posita, cum
 in foro uenderet & bonorum uirorum, &
 oletum, & certe ciuium, prædam suam se-
 rere. Secutus est, qui in causa impia, uicto-
 tiam sædiore non solum singulorum ciuium
 publicaret, sed uniuersas quoque prouincias
 mesq. uno calamitatis iure comprehenderet.
 re, uexatis, & perditis exteris nationibus,
 templum amissi imperii portari in triumpho
 ūliam uidimus, & ex ea urbe triumphari,
 qua nunquam nostri imperatores ex transal-
 bellis triumpharunt. multa cōmemorarem
 ia in socios, si hoc uno sol quidquam uidisset
 inius. iure igitur plectimur. nisi enim mul-
 n impunita scelera tulissemus, nunquam ad
 tanta peruenisset licentia: a quo quidem
 rei

pugnauit e-
 nim pro o-
 ptimatibus
 contra ple-
 bem.

que pro P^{ro}
 peio stete-
 rant.

Semper enī
 Malsiliensi-
 um auxiliis
 Romani
 sunt usi.



ad quā pro-
scriptorum
ciuium bo-
na uenibāt.

Cæsare do-
minante .
ep. 10. lib.
9. & lib. 15.
ep. 17. 19.

argumentū
a maiori .

et enim pa-
riter omnes
egent .

rei familiaris ad paucos , cupiditatum ad multa
improbos uenit hereditas . nec uero unquam be-
lorum ciuium semen , & causa deerit , dum be-
mines perditī hāstam illam cruentam & memini-
rint , & sperabunt , quam P . Sylla cum uibras-
set , dictatore propinquo suo , idem sexto & tri-
cesimo anno pōst a sceleratiore hasta eadem no-
recessit . alter autem , qui in illa dictatura scrib-
fuerat , in hac fuit quæstor urbanus : ex quo debet
intelligi , talibus præmijs propositis , nunquam de
futura bella ciuilia . itaque parietes urbis modi-
stant ; & manent , iūq. ipsi iam extrema scelerum
metuentes : rem uero publicam penitus amisimus
atque in has clades incidimus , (redeūdu est enim
ad propositum) dum metui , quā cari esse , &
diligere , maluimus . quæ si populo R . iniuste impe-
ranti accidere potuerunt : quid debent putare sin-
guli ? Quod cum perspicuum sit , beneuolentia uim
esse magnam metus imbecillern : sequitur , ut dis-
seramus , quibus rebus possimus facillime eam
quam uolumus , adipisci , cum honore , & fide
caritatem . sed ea nō pariter omnes egemus . nam
ad cuiusque uitam instituendam accommodandū
est , a multis ne opus sit , an satis sit a paucis di-
ligi . Certum igitur hoc sit , id quod & primum
& maxime necessarium , familiaritates habere
fidas amantium nos amicorum , & nostra mira-
tum . hæc enim est una res prorsus , ut non diffē-
rat multum inter summos , & mediocres uiros .
eaq.



utrisque propemodum comparanda. honore,
 gloria, & beneuolentia ciuium fortasse non
 omnes egent: sed tamen, si cui hæc suppe-
 diuant aliquantum tum ad cetera, tum
 amicitias comparandas. Sed de amicitia libro
 est, qui inscribitur Lælius. nunc dicamus
 propria. quanquam ea quoque de re diu sunt no-
 libri. sed attingamus, quandoquidem ea in
 maioribus administrandis adiuvat plurimū.
 ma igitur, & perfecta gloria constat ex tri-
 bus: si diligit multitudo: si fidem habet: si cū
 ratione quadam, honore nos dignos putat.
 item, si est simpliciter, breuiterq. dicendū,
 res rebus pariuntur a singulis, eisdem fere a
 stitidine. sed est alius quoque quidam aditus
 multitudinem, ut in uniuersorum animos tan-
 influere possimus. Ac primum de illis tri-
 bus quæ ante dixi, beneuolentiæ præcepta uidea-
 mus quæ quidem beneficijs capitur maxime: se-
 cundo autem loco benefica uoluntate beneuolen-
 ouetur, etiam si res forte non suppetit. uehe-
 ter autem amor multitudinis commouetur
 fama, & opinione liberalitatis, beneficentiæ,
 fidei, omniumq. earum uirtutum, quæ
 pient ad mansuetudinem morum, ac facilita-
 etenim illud ipsum, quod decorum, hone-
 stas diximus, quia per se nobis placet, ani-
 mi omnium natura, & specie sua commouet,
 meq. quasi perlucet ex ijs, quas commemo-
 rauimus,

de quibus
 non semel
 in epist. ad
 Atticum.

causæ glo-
 riam gigne-
 tes.

beneuolen-
 tia unde o-
 riatur.

decorū spe-
 cie sua com-
 mouet ani-
 mos.



raui, uirtutibus, iccirco illos, in quibus eas uirtutes esse remur, a natura ipsa diligere cogimur.

Atque hæ quidem causæ sunt diligendi grauissima: possunt enim præterea non nullæ esse leuiores.

Fides ut acquiratur.

Fides autem ut habeatur, duabus rebus effici potest; si existimabimur adepti coniunctam ciuitatis iustitiam prudentiam. nam & ijs fidem habemus, quos plus intelligere, quam nos, arbitramur, quosq. & futura prospicere credimus, & cum res agatur, in discrimenq. uentum sit, expedire rem, & consilium ex tempore capere posse: (hanc enim omnes existimant utilem, ueramq. prudentiam) iustis autem, & fidei hominibus, id est bonis, ita fides habetur, ut nulla sit in his fraudis, iniuriæq. suspicio: itaque his salutem nostram, his fortunam, his liberos rectissime committi arbitramur. harum igitur duarum ad fidem faciendam iustitia plus pollet, quippe cum ea sine prudentia

qui consiliū ex tempore expedit, uere prudens est.

prudentia sine iustitia nihil ualet ad fidem faciendam.

satis habeat auctoritatis, prudentia sine iustitia nihil ualeat ad faciendam fidem. quo enim quis uersutior, & callidior est, hoc inuisior, & suspectior, detracta opinione probitatis. quamobrem intelligentiæ iustitia coniuncta, quantum uolet, habebit ad faciendam fidem uirium: iustitia sine prudentia multum poterit: sine iustitia nihil ualet prudentia. Sed ne quis sit admiratus, cum inter omnes philosophos constet, a meq. ipso sæpe disputatum sit, qui unam haberet, omnes habere uirtutes; nunc ita seiungam, quasi possi-

quis-



nam, qui non idem prudens sit, iustus esse. Illa, cum ueritas ipsa limatur in disputatio-
 bilitas; alia, cum ad opinionem cōmunem
 accommodatur oratio: quamobrē, ut uulgus,
 hoc loco loquimur, ut alios fortes, alios bo-
 ros, alios prudentes dicamus. popularibus
 uerbis est agendum, & usitatis, cum loqua-
 re opinione populari: idq. eodem modo se-
 natius. sed ad propositum reuertamur.
 gitur ex tribus, quæ ad gloriam pertine-
 voc tērtium, ut cum admiratione hominū
 ab his digni iudicaremur. Admirantur
 cōmuniter illi quidem omnia, quæ magna,
 tērtē opinionem suam animaduertunt; se-
 m autem in singulis, si perspiciunt nec opi-
 uadam bona: itaque eos uiros suspiciunt,
 isq. efferunt laudibus, in quibus existimāt
 llentes quasdam, & singulares uirtutes
 ere; despiciunt autem eos, & contemnunt,
 us nihil uirtutis, nihil animi, nihil neruo-
 ntant. non enim omnes eos contēmnunt,
 us male existimant. nam quos improbos,
 os, fraudulentos putant, et ad faciendam
 n instructos, eos haud contemnunt quidē,
 is male existimant. quamobrem, ut ante
 ptemnuntur ij, qui nec sibi, nec alteri pro-
 dicitur; in quibus nullus labor, nulla in-
 nulla cura est: admiratione quadam ue-
 ntur ij, qui anteire ceteros uirtute putan-
 tur,

tertium de
 gloria com-
 paranda.

contemne-
 re, & male
 existimare,
 non idem
 sunt. —



uoluptates,
blandissimæ
dominæ.

ex una iusti-
tia boni ui-
ri appellan-
tur.

iustitia pa-
rit omnem
gloriam.

omnis uitæ
institutio
adiumenta
hominum
desiderat.

tur, & cum omni carere dedecore, tum uero i-
uitijs, quibus alij non facile possunt obsistere. nam
& uoluptates, blandissimæ dominæ, sæpe ma-
res partes animi a uirtute detorquent: & dol-
rum cum admoventur faces, præter modum plu-
rique exterrentur: uita, mors, diuitiæ, pauper-
tas omnes homines uehementissime permouet.
quæ qui in utranque partem excelso animo, ma-
gnoq. despiciunt; cumq. aliqua his ampla, & he-
nesta res obiecta est, totos ad se conuertit, & i-
pit: tum quis non admiretur splendorem, pulch-
tudinemq. uirtutis? ergo & hæc animi perspicu-
tia admirabilitatem magnam facit: & maximè
iustitia, ex qua una uirtute uiri boni appellanti-
mirifica quædam res multitudini uidetur: nec in
iuria. nemo enim iustius esse potest, qui mortem
qui dolorem, qui exsilium, qui egestatem timeat
aut qui ea, quæ his sunt contraria, æquitati
teponit. maximeq. admirantur eum, qui pecu-
nia non mouetur: quod in quo uiro perspectu-
sit, hunc dignum spectatu arbitrantur. itaq.
illa tria, quæ proposita sunt ad gloriam, omni-
iustitia conficit; & beneuolentiam, quod prode-
se uult plurimis; & ob eandem causam fidem,
admirationem, quod eas res spernit, & neglig-
ad quas plerique inflammati auaritate rapiuntur.
Ac, mea quidem sententia, omnis ratio, & i-
stitutio uitæ adiumenta hominum desiderat,
primisq. ut habeas, quibuscum possis familiariter
conferre.



ermones: quod est difficile, nisi speciem præ-
 xoni uiri feras. ergo etiam solitario homini,
 ne in agro uitam agenti opinio iustitiæ necessa-
 riæ est, eoq. etiam magis, quod, si eam non ha-
 bent, iniusti habebuntur; & nullis præsidijs,
 multis afficientur iniurijs. Atque his etiam
 vendunt, emunt, conducunt, locant, contra-
 ctisq. negotijs implicantur, iustitia ad rem ge-
 ram necessaria est. cuius tanta vis est, ut nec
 uidem, qui maleficio, & scelere pascuntur,
 possint sine ulla particula iustitiæ uiuere. nam qui iustitia etiā
 in cuipiam, qui una latrocinantur, furatur apud latro-
 nem, aut clam eripit, is sibi ne in latrocinio nes necessa-
 riæ.
 rem relinquit locum. ille autem, qui archipi-
 ladicitur, nisi æquabiliter prædam dispertiat,
 occidetur a socijs, aut relinquetur. quin etiā
 latronum esse dicuntur, quibus pareant, quas
 uiuent. itaque propter æquabilem prædæ par-
 tem & Bargulus, Illyricus latro, de quo est
 Theopompum, magnas opes habuit; et mul-
 ti virores Viriathus Lusitanus: cui quidem exer-
 citus nostri, imperatoresq. cesserunt: quem C.
 Sulpicius, is, qui Sapiens usurpatur, prætor fre-
 quenter comminuit; ferocitatemq. eius ita repres-
 sentauit, ut facile bellum reliquis traderet. Cum igitur
 iustitia sit, ut ea etiam latronum opes
 augeat; quantam eius uim inter le-
 ges & iudicia, & instituta reip. fore putamus?
 quidem non apud Medos solum, ut ait He-



regum ere-
andorum
origo.

legum con-
dendarum
caussa.

iustitia &
propter se,
& quia glo-
riam ampli-
ficat, colen-
da est.

Socratis de
gloria præ-
ceptum.

rodotus, sed apud etiam maiores nostros fruenda
iustitiæ causa videntur olim bene morati rege-
constituti. nam, cum premeretur initio multitu-
do ab ijs, qui maiores opes habebant, ad unum
aliquem confugiebant uirtute præstantem; qui
cum prohiberet iniuria tenuiores, æquitate consti-
tuenda summos cum infimis pari iure retinebat,
eademq. constituendarum legum fuit causa, qua
regum. ius enim semper quæ situm est æquabile
neque enim aliter esset ius. id si ab uno iusto, &
bono uiro consequerentur, eo erant contenti. cum
id minus contingeret, leges sunt inuentæ, quæ
omnibus semper una, atque eadem uoce loque-
rentur. Ergo hoc quidem perspicuum est, eos ad
imperandum deligi solitos, quorum de iustitia
magna esset opinio multitudinis. adiuncto uero
hoc, ut iidem etiam prudentes haberentur, nihil
erat, quod homines his auctoribus non posse conse-
qui se arbitrarentur. Omni igitur ratione colenda
& retinenda iustitia est, tum ipsa propter sese
(nam aliter iustitia non esset) tum propter ampli-
ficationem honoris, & gloriæ. Sed ut pecunia
quærendæ non solum ratio est, sed etiam collocan-
dæ, quæ perpetuos sumptus suppeditet, nec solum
necessarios, sed etiam liberales: sic gloria quæren-
da, & collocanda ratione est. quanquam præcla-
re Socrates hanc uiam ad gloriam proximam, &
quasi compendariam dicebat esse, si quis id age-
ret, ut, qualis haberi uellet, talis esset. Quod



nulatione, & inani ostentatione, ficto non
 sermone, sed etiam uultu stabilem se gloriā
 qui posse rentur, uehementer errant. uera
 radices agit, atque etiam propagatur: fi-
 nia celeriter, tanquam flosculi, decidunt;
 nulationum potest quidquam esse diuturnum.
 sunt permulti in utranque partem: sed, bre-
 uis causa, familia erimus contenti una. Ti.
 Gracchus, P. filius, tam diu laudabitur,
 memoria rerum Romanarum manebit: at
 uiui nec uiui probabantur a bonis, & mortui
 non obtinent iure casorum. Qui igitur adi-
 rari iustitiæ gloriam uolet, iustitiæ fun-
 damentis efficijs. ea quæ essent, dictum est in supe-
 ro. Sed, ut facillime, quales simus, ta-
 uideamur; etsi in eo ipso uis maxima est,
 is ij, qui haberi uelimus: tamen quædam
 ea danda sunt. Nam si quis ab ineunte
 habet causam celebritatis, & nominis, aut
 acceptam, quod tibi, mi Cicero, arbitror
 esse, aut aliquo casu, atque fortuna: in hūc
 unum conijciuntur, atque in eo, quid
 uemadmodum uiuat, inquiritur; &
 in clarissima luce uersetur, ita nullum
 in potest nec dictum eius esse, nec factum.
 autem prima ætas, propter humilitatē,
 uirtutem, in hominum ignoratione uersa-
 simul ac iuuenes esse cœperunt, magna
 & ad ea rectis studijs debent contende

ficta, tan-
 quam flos-
 culi deci-
 dunt.

quia leges
 ferre cona-
 ti sunt per-
 niciosas
 recip.

non modo
 enim exspe-
 ctatur, sed
 quali exigi-
 tur ab eo
 uirtus.



Fauetur ad
lescentia.

Cæsariana.

Pópeiana.

animi maio
ra sunt ope
ra, quàm
corporis.

de hoc in
Bruto.

re. quod eo firmiore animo facient, quia non ma
do non inuidetur illi ætati, uerum etiam fauetur
Prima igitur est adolescenti commendatio ad gl
riam, si qua ex bellicis rebus comparari potest
in qua multi apud maiores nostros extiterunt
semper enim fere bella gerebantur. tua autē at
incidit in id bellum, cuius altera pars sceleris
mum habuit, altera felicitatis parum. quo tam
in bello, cum te Pompeius alæ alteri præfuisse
magnam laudem & a summo uiro, & ab exer
tu consequere, equitando, iaculando, omni
militari labore tolerando. atque ea quidem ti
laus pariter cum rep. cecidit. mihi autem hac
ratio suscepta non de te est, sed de genere tota
quamobrem ad ea, quæ restant, pergamus. I
gitur in reliquis rebus multo maiora sunt opera
animi, quàm corporis: sic ea res, quas persequi
mur ingenio, ac ratione, gratiores sunt, quàm illi
quas uiribus. Prima igitur commendatio prop
ciscitur a modestia, tum pietate in parentes, tum
in suos beneuolentia. Facillime autem in optimam
partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad cle
ros, & sapientes uiros, bene consulentes res
contulerunt. quibuscum si frequentes sunt, opi
nionem afferunt populo, eorum fore se similes
quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. P. Rân
lij adolescentiam ad opinionem & innocentiam, &
iuris sciētiam P. Mucij commendauit domus. nam
L. quidem Crassus, cum esset admodum ado
sce.



is, non aliunde mutuatus est, sed sibi ipse peti maximam laudem ex illa accusatione nobis et gloriosa. Et qua etate qui exercentur, laudari solent; ut de Demosthene accepimus; ea et L. Crassus ostendit, id se in foro optime iam meditatum facere, quod etiam tum poterat cum laude meditari. Sed tum duplex sit rationis; quarum in altera sit sermo, in altera contentio: non est id dubium; quin contentio- nis plurimum possit, et maiorem vim habere ad gloriam: ea est enim, quam eloquentiam quis: sed tamen difficile dictu est, quantopere soliet animos hominum comitas, affabilitasque. In his extant epistola et Philippi ad Alexandrum, et Antipatri ad Cassandrum, et Antigoni Philippum, trium prudentissimorum: (sic accepimus.) quibus praecipunt, ut oratione magna multitudinis animos ad beneuolentiam adducant, militesque, blande appellando, sermonibus leniant. Quae autem in multitudine cum con- tione habetur oratio, ea saepe uniuersam exci- toriam: magna est enim admiratio copiose, interque dicentis: quem qui audiunt, intellige- runt, et sapere plus, quam ceteros; arbi- trari. si uero inest in oratione mixta modestiae, nil admirabilius fieri potest, eoque ma- iora sunt in adolescente. Sed cum sint pluri- missarum genera, quae eloquentiam deside- runt multique in nostra rep. adolescentes et apud

G 3 iudices,

cum accusa-
uit, & gāna
uit. C. Car-
bonem ho-
minem, elo-
quentissimū,
cōsularem:
qui cantha-
ridas sum-
psit. fam.
li. 9. ep. 21.

eius filium:
de quo ui-
de Iustinū.



iudiciorum
ratio du-
plex.

Lucius, &
Marcus, fra-
tres, qui
Seruiliū
augurē de
peculatu ac-
cusarunt.
Plutarchus
in Lucullo,
& Cic. in
proœmio
Acad.

de hoc in li-
bro de cla-
ris orat.

innocētem
accusare
non licet.

iudices, & apud senatum dicendo laudem assecr-
ti sint: maxima admiratio est in iudicijs: quorum
ratio dúplex est. nam ex accusatione, & defen-
sione constat: quarum etsi laudabilior est defen-
sio, tamen etiam accusatio probata persæpe est.
dixi paullo ante de Crasso: idem fecit adolescen-
M. Antonius: etiam P. Sulpicij eloquentiam
accusatio illustravit, cum, seditiosum, & inuti-
lem ciuem C. Norbanum in iudicium uocauit. se-
hoc quidem non est sæpe faciendum, nec unquam
nisi aut reip. caussa, ut duo Lúculi; aut patro-
nij, ut nos pro Siculis, pro Sardis contra Albu-
tium Iulius Cæsar. in accusando etiam M. Aquili-
o L. Fufii cognita industria est. semel igitur non
sæpe certe. sin erit, cui faciendum sit sæpius; reip.
tribuat hoc muneris; cuius inimicos ulcisci sæpe
non est reprehendendum: modus tamen adsit. di-
ri enim hominis, uel potius uix hominis uidetur
periculum capitis inferre multis. id enim tum pe-
riculosum ipsi est, tum etiam sordidum ad famam
committere, ut accusator nominetur. quod con-
tigit M. Brúto, summo genere nato, illius filio
qui iuris ciuilis in primis peritus fuit. Atque eni-
hoc præceptum officij diligenter tenendum est
ne quem unquam innocentem in iudicium capiti
arcessas. id enim sine scelere fieri nullo pacto po-
test. nam quid est tam inhumanum, quam eloqué-
tiam, a natura ad salutem hominum, & ad con-
seruationem datam, ad bonorum pestem, permi-
ciendi



anq. conuertere? Nec tamen, ut hoc fugien-
 s est, ita habendum est religioni contrarium,
 entem aliquando, & nefarium, impiumq. de-
 dere. uult hoc multitudo, patitur consuetudo,
 etiam humanitas. iudicis est, semper in caus-
 erum sequi; patroni, non nunquam uerifi-
 s, etiam si minus sit uerum, defendere: quod
 ere, praesertim cum de philosophia scriberé,
 auderem, nisi idem placeret grauissimo Stoi-
 am Panatio. Maxime autem & gloria pari-
 & gratia defensionibus, eoq. maior, si quan-
 ccidit, ut ei subueniatur, qui potentis alicu-
 ipibus circumueniri, urgeriq. uideatur; ut
 & saepe alias, & adolescentes contra L. Syl-
 ominantis opes pro Sex. Roscio Amerino fe-
 s: quæ, ut scis, extat oratio. Sed, expositis
 escentium officijs, quæ ualeant ad gloriam
 ascendam, deinde de beneficentia, ac libera-
 e dicendum est. cuius est ratio dūplex. Nam
 opera benigne sit indigentibus, aut pecunia.
 or est hac posterior, locupleti praesertim; sed
 iutior, ac splendidior, & uiro forti, claroq.
 or. quanquam enim in utroque inest gratifi-
 liberalis uoluntas: tamen altera ex arca, al-
 ex uirtute depromitur; largitioque, quæ sit
 familiari, fontem ipsum benignitatis exhan-
 ta benignitate benignitas tollitur: qua quo in-
 s usus sis, eo minus in multos uti possis. At,
 pera, id est uirtute, & industria benefici, &

nocentem
 licet inter-
 dum defen-
 dere.

a quo &
 hoc ipsum,
 & alia mul-
 ta in hos li-
 bros Cice-
 ro transtu-
 lit.

liberalita-
 tis ratio du-
 plex.

largitio ex
 re familiari
 fontem be-
 ni gnitatis
 exhaurit.



liberales erunt, primum, quo pluribus profuerint, eo plures ad benigne faciendum adiutores habebunt: deinde, consuetudine beneficentiae paratiores erunt, & tanquam exercitationes ad bene de multis promerendum. præclare in epistola quadam Alexandrum filium Philippus accusat, quòd largitione benevolentiam Macedonum cor-
 sectetur. Quid te, (malum) inquit, rationis istam spem induxit, ut eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupisses? an tu id agis, ut Macedon & non te regem suum, sed ministrum, & præbitorem putet? quo quid sordidius regi? Melius etiam, quòd largitionem corruptelam dixisse. fit enim deterior qui accipit, atque ad idem semper expectandum paratior. Hoc ille filio: se præceptum putemus omnibus. Quamobrem id quidem non est dubium, quin illa benignitas, quæ constat ex opera, & industria, & honestior sit, & latius pateat, et possit prodesse pluribus. Non nunquam tamen est largiendum: nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum est: et sepe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impet-
 tiendum, sed diligenter, atque moderate. multi enim patrimonia effuderunt inconsulte largien-
 do. quid autem est stultius, quàm, quod libenter facias, curare, ut id diutius facere non possis? Atque etiam sequuntur largitionem rapinæ, cum enim dando egere cæperunt, alienis bonis manu-
 afferre coguntur. ita, cum, benevolentie com-
 parand:

quàm quòd
 accusat de
 largitione.

ut Milo, is,
 qui Clodiū
 interfecit.
 Pedianus.

largitionē
 inconsultā
 rapinæ se-
 quuntur.



andæ caussa, benefici esse uelint, non tanta
 illa assequitur eorum, quibus dederunt, quanta
 eorum, quibus ademerunt: quamobrem nec
 laudanda est res familiaris, ut eam benigni-
 aperire non possit; nec ita referanda, ut pa-
 nomatibus: modus adhibeatur, isq. referatur modus adhi-
beatur in
largiendo.
 facultates. Omnino meminisse debemus id,
 a nostris hominibus sæpissime usurpatum,
 q. in prouerbij consuetudinem uenit, largi-
 em fundum non habere. etenim quis potest
 modus, cum & iidem, qui consueuerunt, et
 idem alij desiderent? Omnino duo sunt gene-
 rzorum, quorum alteri pròdigi, alteri libe- prodigi qui
sint.
 s. pròdigi, qui epulis, et uiscerationibus, &
 patorum muneribus, ludorū, uenationumq.
 ratu pecunias profundunt in eas res, quarum
 oriam aut breuem, aut nullam sint relictu-
 mino: libérales autem, qui suis facultatibus liberales
qui sint.
 aptos a prædonibus redimunt; aut æs alienū
 biunt amicorum caussa; aut in filiarum collo-
 ne adiuuant; aut opitulantur uel in re quæ-
 a, uel augenda. itaque miror, quid in men-
 uenerit Theophrasto in eo libro, quem de di-
 scripsit: in quo multa præclare, illud absur-
 st enim multus in laudanda magnificentia, et
 ratione popularium munerū: taliumq. sum-
 m facultatem, fructum diuitiarum putat.
 autem ille fructus liberalitatis, cuius exem-
 uca posui, multo & maior uidetur, & cer-
 tior.



Aristoteles
dissentit a
Theophras-
to, discipu-
lo suo.

tior. quanto Aristoteles grauius, & uerius ne-
reprehendit, qui has effusiones pecuniarum no-
admiremur, quæ fiunt ad multitudinem delinien-
dam. at ij, qui ab hostibus obsidentur, si emer-
aqua sextarium mina cogerentur, hoc primo au-
ditu incredibile nobis uideri, omnesq. mirari: sec-
cum attenderimus, ueniam necessitati dare: in h-
immanibus iacturis, infinitisq. sumptibus nib-
nos magnopere mirari; cum præsertim neque ne-
cessitati subueniatur, nec dignitas augeatur; ip-
saq. illa delentio multitudinis ad breue tēpus, ex-
guumq. duratura sit, eaq. a leuissimo quoque ani-
mo; in quo tamen ipso una cum satietate memori-
quoque moriatur uoluptatis. Bene etiam colligi-
tur, hæc pueris, & mulierculis, & seruis, & ser-
uorum simillimis liberis esse grata; graui uero ho-
mini, & ea, quæ fiunt, iudicio certo ponderanti-
probari posse nullo modo. quanquam intelligo
in nostra ciuitate inueterasse iam bonis tempori-
bus, ut splendor ædilitatum ab optimis uiris po-
stuletur. itaque P. Crassus cum cognomine Di-
ues, tum copijs, functus est ædilicio maxim-
munere. et paullo post L. Crassus cum omnium
hominum moderatissimo Q. Mucio magnificen-
tissima ædilitate functus est: deinde C. Claudius
Ap. filius: multi post, Lucilli, Hortensius, Sila-
nus. omnes autem P. Lentulus, me consule, uici-
superiores. hunc est Scaurus imitatus. magnificen-
tissima uero nostri Pompeij munera secundo cor-
sulatu

sunt enim
copiarum,
nō uirtutis,
ut ipse scri-
bit in epi-
stola ad Cu-
rionem.

fratres, Lu-
cius, & Mar-
cus; quos
eodem an-
no ædilita-
tem gessit-



*M. in quibus omnibus, quid mihi placeat; ui-
uitanda tamen est suspicio auaritiæ. nam Ma-
rio, homini ditissimo, prætermisso ædilitatis
ilatus, repulsam attulit. quare &, si postu-
la populo, bonis uiris si non desiderantibus,
non approbantibus, faciendum est, modo pro-
statibus; nos ipsi ut fecimus: &, si quando
res maior, aut utilior populari largitione
irritur; ut Orestis nuper prandia in semitis,
æ nomine, magno honori fuerunt. ne M.
Seio uitio datum est, quod in caritate an-
nisse modium populo dedit. magna enim se,
uetarata inuidia, nec turpi iactura, quando
edilis, nec maxima liberauit. sed honori
nuper nostro Miloni fuit, quod, gladiato-
re emptis reip. causa, quæ salute nostra con-
tetur, omnes P. Clodij conatus, furoresq.
cessit. Causa igitur largitionis est, si aut ne-
cessitas, aut utile. in his autem ipsis mediocrita-
s optima est. L. quidem Philippus, Q.
magno uir ingenio, in primisq. clarus, glo-
riolebat, se sine ullo munere adeptum esse o-
mnia, quæ haberentur amplissima. dicebat idem
Curio. nobis quoque licet in hoc quodam
gloriari. nam pro amplitudine honorum,
vinctis suffragiis adepti sumus nostro quidē
quod contigit eorum nemini, quos modo no-
ui, sane exiguus sumptus ædilitatis fuit. At-
que illæ impensæ meliores sunt, muri, na-
ualia,*

se, Plutar-
chus, & Pli.
l. 8. c. 7 tra-
diderunt.

Herculi cō-
secratæ de
bonis locu
pletum.

iam mor-
tuo.

largitionis
causæ pro-
bantur, ne-
cessitas, &
utilitas.

quo primū
anno per le-
ges petere
licuit. de
quo scripsi-
mus in lib.
de legibus.



ualia, portus, aquarum ductus, omniaque, et
 ad usum reip. pertinent. quanquam enim, qui
 præsens tanquam in manu datur, iucundius est
 tamen hac in posterum gratiora; theatra, p
 ticus, noua templa. Verecundius reprehenditur
 qui theatrum magnificen-
 tissimum ex-
 struxerat. propter Pompeium: sed doctissimi non proba-
 ut & hic ipse Panætius, quem multum in his
 libris secutus sum, non interpretatus; & Pha-
 reus Demetrius, qui Periclem, principem Græ-
 ciæ, uituperabat, quod tantam pecuniam in
 clara illa Propylæa coniecit. Sed de hoc gen-
 toto in ijs libris, quos de rep. scripsi, diligenter
 est disputatum. Tota igitur ratio talium largi-
 num genere uitiosa est, temporibus necessari-
 tum ipsa & ad facultates accommodanda, et in
 diocritate moderanda est. In illo autem altero
 nere largiendi, quod a liberalitate proficiscimur,
 non uno modo in disparibus causis affecti esse
 debemus. alia causa est eius, qui calamitate prem-
 tur; et eius, qui res meliores querit, nullis sub-
 bus aduersis. propensior benignitas esse debet
 calamitosos: nisi forte erunt digni calamitate
 ijs tamen, qui se adiuuari uolent, non ut ne affi-
 gantur, sed ut ad altiore gradum ascendant
 stricti omnino nullo modo esse debemus, sed in
 ligendis idoneis iudicium, & diligentiam adhi-
 re. nam præclare Ennius:
 Benefacta male locata, malefacta arbitrora
 Quod autem tributum est bono uiro, et grato,

senarius
 iambicus.



cum ex ipso fructus est, tum etiam ex ceteris.
 peritate enim remota; gratissima est liberali-
 ; eoq. eam studiosius plerique laudant, quod
 ami cuiusque bonitas commune perfugium est
 nium. Danda igitur opera est, ut hos benefi-
 quamplurimis afficiamus, quorum liberis,
 perisq. prodatur memoria, ut his ingratis esse
 liceat. omnes enim immemorem beneficii o-
 unt; eamq. iniuriam in deterrenda liberalita-
 bi etiam fieri, eumque, qui faciat, commu-
 z hostem tenuiorum putant. Atque hac
 ignitas etiam reip. utilis est, redimi e serui-
 captos, locupletari tenuiores: quod quidem
 so solitum fieri ab ordine nostro, in oratione
 si scriptum copiose uidemus. hanc ergo con-
 uidine benignitatis largitioni munerum ante-
 o. hac est grauium hominum, atque magno-
 , illa quasi assentatorum populi, multitudi-
 enitatem uoluptate quasi titillantium. Con-
 t autem tum in dando munificum esse, tum in
 endo non acerbum; in omniq. re contrahen-
 uendendo, emendo, conducendo, locando, in
 uitatibus, & consiniis æquum, & facilem,
 a multis de iure suo concedentem; a litibus
 , quantum liceat, & nescio an paullo plus
 n, quam liceat, abhorrentem. est enim non
 o liberale, paulum non nunquam de suo iure
 dere, sed interdum etiam fructuosum. Ha-
 a autem est ratio rei familiaris; quam quidē
 dilabi

bonitas cō-
 mune per-
 fugium est
 omnium.

pro in de-
 terrēdis ho-
 minib⁹ a li-
 beralitate.
 minus usi-
 tata loquen-
 di forma.

in exigen-
 do acerbi-
 tas reprehē-
 ditur.

lites fugi-
 endæ.



hospitalitas
a Theophras-
to laudata.

ne quid cō-
tra ius com-
mittatur.

ius ciuile
semper in
honore
fuit.

dilabi sinere, flagitiosum est; sed ita, ut illibera-
litas, auaritiaq. absit suspicio. posse enim libe-
ralitate uti, non spoliante se patrimonio, nimi-
rum est pecuniæ fructus maximus. Recte etiam
a Theophrasto est laudata hospitalitas. est enim
ut mihi uidetur, ualde decorum, patere domos
hominum illustrium illustribus hospitibus: idq. e-
tiam reip. est ornamento, homines externos hoc
liberalitatis genere in urbe nostra non egere. est
etiam uehementer utile ijs, qui honeste posse mul-
ta uolunt, per hospites apud externos populos ua-
lere opibus, & gratia. Theophrastus quidem scri-
bit, Cimonem Athenis etiam in suos curiales La-
ciadas hospitalem fuisse; ita enim instituisse, &
uillicis imperasse, ut omnia præberentur, quicum-
que Laciades in uillam suam diuertisset. Quæ
autem opera, non largitione, beneficia dantur;
hæc tum in uniuersam remp. tum in singulos ci-
ues conferuntur. nam in iure cāuere, consilio in-
uare, atque hoc scientiæ genere prodesse quam-
plurimis, uehementer & ad opes augendas per-
tinet, & ad gratiam. itaque cum multa præcla-
ra maiorum, tum quamoptime constituti iūris ci-
uilis summo semper in honore fuit cognitio, atque
interpretatio: quam quidem ante hanc confusio-
nem temporum in possessione sua principes reti-
nuerunt: nunc, ut honores, ut omnis dignitatis
gradus, sic huius scientiæ splendor deletus est: idq.
eo indignius, quòd eo tempore hoc contigit, cum

is



t, qui omnes superiores quibus honore par-
 scientia facile uicisset. hac igitur opera gra-
 tior, et ad beneficijs adstringendos homines
 immodata. Atque huic arti finitima est di-
 grauior facultas, & gratior, & ornatior.
 nim eloquentia laudabilius, et praestabilius,
 miratione audiētium, uel spe indigentium, uel
 qui defensi sunt, gratia? huic quoque ergo
 tribus nostris est in tota dignitate principa-
 tus. disertus igitur hominis, et facile laboran-
 s, in patriis est moribus, multorum causas
 grauate, et gratuito defendentis, beneficia,
 ocinia late patent. Admonebat me res, ut
 oque loco intermissionem eloquentiae, ne di-
 teritum, deplorarem, nisi uererer, ne de
 aliquid uiderer queri. sed tamē uidemus,
 extinctis oratoribus, quā in paucis spes,
 in paucioribus facultas, quā in multis sit
 . cum autem omnes non possint, ne multi
 , aut iuris periti esse, aut disertus; licet ta-
 era prodesse multis, beneficia petentem,
 adantem iudicibus, & magistratibus, ni-
 in pro re alterius, eos ipsos, qui aut consu-
 et defendunt, rogamus: quod qui faciunt,
 in gratiae consequuntur, latissimaque eorum
 ndustria. Iam, illud non sunt admonen-
 enim in promptu) ut animaduertant, patet per
 s iuuare uelint, ne quos offendant. saepe
 et eos laedunt, quos non debent; aut eos,
 quos

intelligit
 Ser. Sulpi-
 cium, qui
 dialecticam
 ad ius ciui-
 le adiūxit:
 quod Scz-
 uola non
 fecerat. ui-
 de librum
 de claris o-
 rat.

propter bel-
 la ciuilia.

ut iuris pe-
 riti.

patet per
 se.



cum aliquid
eo precipue
nomine fa-
ciendum ti-
bi sit, ut
ut compen-
setur quod
violatum est.

inops po-
test esse gra-
tus, animo,
non re.

hoc idē scri-
bit ad Le-
ptā, lib. vi.
fam. ep. 19.

quos non expedit: si imprudentes, negligens
est; si scientes, temeritatis. Utendum etiam
excusatione aduersus eos, quos inuitus offendi-
mus, quacunque possis, quare id, quod feceris, non
se fuerit, nec aliter facere potueris: certusq. op-
eris, & officii erit, quod violatum est, compen-
sandum. Sed cum in hominibus iniuriis aut
res spectari, aut fortuna soleat; diuina quidem
procline, itaq. iungo loquuntur, sese in bene-
collocandis mores hominum, non fortunam
bonesta oratio est: sed quis est tandem, qui
& optimi uiri causae non anteponat in comen-
dā gratiam fortunati, & praesentis? a quo
expeditior, et celerior remuneratio fore videtur
in eum fere est uoluntas nostra propensior. Sed
nimis aduertendum est diligentius, quae natura
rum sit. nimirum enim inops ille, si bonus est,
etiam si referre gratiam non potest, habere
potest. commode autem, quicumque dixit:
nam qui habeat, non reddidisse; & qui red-
dit, non habere: gratiam autem, & qui non
dedit, habere; & qui habeat, retulisse. At
se locupletes, honoratos, & beatos putant,
obligari quidem beneficio uolunt: quia etiam
beneficium se dedisse arbitrantur, cum ipsi quod
aliquod magnum acceperint: a quo etiam a se
postulari, aut expectari aliquid suspicantur.
trocinio uero se ufos, aut clientes appellari,
tis instar putant. At uero ille tenuis, cum



m sit, sese spectatum, non fortunam, pu-
 non modo illi, qui est meritis, sed etiam
 i quibus exspectat, (eget enim multis) gra-
 te uideri studet. neque uero uerbis auget
 munus, si quo forte fungitur, sed etiam ex-
 t. Videndumq. illud item, quod, si opu-
 m, fortunatumq. defenderis, in illo uno, aut
 in liberis eius maneat gratia; sin autem ino-
 probum tamen, & modestum, omnes non
 bi humiles, quæ magna in populo multitu-
 ; praesidium sibi paratum uident. quam-
 melius apud bonos, quam apud fortunatos,
 rium collocari puto. danda omnino opera
 omni generi satisfacere possimus: sed, si res
 tentionem ueniet, nimirum Themistocles
 tor adhibendus: qui, cum consuleretur, u-
 bono uiro pauperi, an minus probato diuiti
 collocaret; ego, inquit, malo uirum, qui
 a egeat, quam pecuniam, quæ uiro: sed
 ti mores, deprauatiq. sunt admiratione di-
 em. quarum magnitudo quid ad unumquen-
 strum pertinet? illum fortasse adiuuat, qui
 ne id quidem semper: sed fac iuuare: po-
 sane sit, honestior uero quo modo? quod si
 bonus erit uir; ne impediunt diuitie; quo
 iuuetur; modo ne adiuuent; sitq. omne iu-
 , non quam locuples, sed qualis quisque
 extremum autem praeceptum in beneficijs,
 danda est, ne quid contra æquitatem con-

meli⁹ apud
 bonos ui-
 ros, quam
 apud fortu-
 natos, bene-
 ficium col-
 locatur.

ne benefi-
 cium in illū
 ideo nō cō-
 feramus,
 quia diuiti-
 is abundet:
 si modo uir
 bonus est:

H tendas,



sed rursus
eadem diui-
tia ne adiu-
uent, idest,
ne nos ad
beneficium
tribuendū
magis,
quā con-
uenit, ad-
ducant.

ad usum
reip. neces-
sario con-
stitutum.

suffragiis
improbari.
abrogare
uero aliud
significat,
nempe hoc,
legem iam
latam tolli.

tendas, ne quid per iniuriam. fundamētum eni
perpetuæ commendationis, & famæ est iustiti-
sine qua nihil potest esse laudabile. Sed quonia
de eo genere beneficiorum dictum est, quæ ad
gulos spectant: deinceps de ijs, quæ ad uniuerso
quæq. ad remp. pertinent, disputandum est. Ea-
rum autem ipsorum partim eiusmodi sunt, ut
uniuersos ciues pertineant, partim, singulos
attingant; quæ sunt etiam gratiora. danda est
pera omnino, si possit, utrisque, nec minus ut
tiam singulis cōsulatur; sed ita, ut ea res aut pro-
sit, aut certe ne obsit reip. C. Gracchi frumenta-
ria magna largitio fuit; exhauriebat igitur ær-
rium: modica M. Octauij, & reip. tolerabilis,
plebi necessaria; ergo & ciuibus, & reip. salu-
ris. In primis autem uidendum erit ei, qui rem
administret, ut suum quisque teneat, neque
bonis priuatorum publice diminutio fiat. permi-
ciose enim Philippus in tribumatus, cum legem
grariam ferret; quam tamen antiquari facile pa-
sus est, et in eo uehementer se moderatum pra-
buit: sed cum in agendo multa populariter, tu-
illud male; non esse in ciuitate duo millia hominu-
qui rem haberent. capitalis omnino oratio est
æquationem bonorum pertinens; qua peste qu-
potest esse maior? hanc enim ob causam maxim-
ut sua tenerentur, resp. ciuitatesq. cōstitutæ sun-
nam etsi duce natura congregabantur homine.
tamen, spe custodiæ rerum suarum, urbium pro-
sidi-



quærebāt. Danda etiam opera est, ne, quod
 maiores nostros sæpe fiebat, propter ærarij
 uitatem, assiduitatemq. bellorum, tributum
 conferendum: idq. ne cueniat, multo ante erit
 uidendum. sin qua necessitas huius muneris
 rei reip. obuenerit: (malo enim alteri, quàm
 rei, ominari: neque tamen de nostra, sed de
 rei rep. disputo) danda erit opera, ut omnes in
 gent, si salui esse uelint, necessitati esse paren-
 ti. Atque etiam omnes, qui remp. gubernan-
 t, consulere debebunt, ut earum rerum copia
 quæ sunt necessaria. quarum qualis compara-
 ri soleat, & debeat, non est necesse disputa-
 ri. Est enim in promptu. tamen locus attingen-
 dit. Caput autem est in omni procuratione
 rei, & muneris publici, ut auaritiæ pellatur
 minima suspicio. utinam, inquit C. Pon-
 tianis, ad illa tempora fortuna me seruasset,
 tunc essem natus, quando Romani dona acci-
 pissent: non essem passus diutius eos impe-
 ri. ne illi quidē multa sæcula expectanda fue-
 rit. modo enim hoc malum in hanc remp. inua-
 aque facile patior tunc potius Pontium fuis-
 se quidem in illo tantum fuit roboris. Non dum
 tamen, & decem anni sunt, cum de pecunijs
 iudicis a L. Pisone lata est lex, nulla antea
 fuisset. at uero postea tot leges, & proximæ
 ue duriores; tot rei damnati; tantum Itali-
 bellum propter iudiciorum metum excita-

soluendum
 tributum,
 necessario
 impositum.

satis patet.

ut posset
 Romanum
 imperium
 pecunia lar-
 gienda e-
 uertere.



eorum ope
ra, qui, ne
repetunda-
rum accusa-
rentur, me-
tuebant.

bis millies
centies se-
stertium, ut
scripsit Vel-
leius, id est,
ut nunc lo-
quimur, mil-
liones sex,
& scutato-
rum trecen-
ta millia.
Pli. lib. 33.
cap. 3.

abstinentia
beneuolen-
tiam multi-
tudinis con-
ciliat.

tūm; tanta, sublatis legibus, & iudicijs, expila-
tio, direptioq. sociorum; ut imbecillitate aliorū,
non nostra uirtute, ualeamus. Laudat Africanū
Panætius, quòd fuerit abstinens. quid ni laude-
tur? sed in illo alia maiora: laus enim abstinentia
non hominis est solum, sed etiam temporum illo-
rum. Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxi-
ma, potitus est Paullus: tantum in ærarium pe-
cūniæ inuexit, ut unius imperatoris præda finem
attulerit tributorum. at hic nihil in domum suam
intulit, præter memoriam nominis sempiternam.
Imitatus patrē Africanus nihilo locupletior Car-
thagine euersa. Quid, qui eius collega in censa-
ra fuit, L. Mummius? nunquid copiosior, cum
copiosissimam urbem funditus sustulisset? Italiam
ornare, quàm domum suam, maluit. quanquam
Italia ornata, domus ipsa mihi uidetur ornatior.
Nullum igitur uitium est tetrius, (ut eo, unde
egressa est, referat se oratio) quàm auaritia,
præsertim in principibus, & remp. gubernanti-
bus. habere enim quæstui remp. non modo turpe
est, sed sceleratum etiam, & nefarium. itaque,
quod Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam
nulla re alia, nisi auaritia, esse perituram, is ui-
detur non solum Lacedæmonijs, sed & omnibus
opulentis populis prædixisse. Nulla autem re cō-
ciliare facilius beneuolentiam multitudinis possunt
ij, qui reip. præsunt, quàm abstinentia, et con-
tinencia. qui uero esse populares uolunt, ob eamque
causam



sam aut agrariam rem tentant, ut possessores
 sedibus pellantur, aut pecunias creditas debi-
 tus condonandas putant; labefaciunt funda-
 menta reip. concordiam primum tollunt, quæ es-
 se non potest, cum alijs adimuntur, alijs condo-
 nantur pecunia; deinde æquitatem, quæ tollitur
 is, si habere suum cuique non licet. id enim
 proprium, ut supra dixi, ciuitatis, atque ur-
 bis, ut sit libera, & non sollicita suæ rei cuiusque
 gloria. Atque in hac pernicie reip. ne illam
 rem consequuntur. quam putant, gratiam.
 cui res erepta est, inimicus; cui data est, e-
 dissimulat se accipere noluisse; et maxime in
 alijs creditis occultat suum gaudium, ne ui-
 deretur non fuisse soluendo. at uero ille, qui acci-
 piuntur iniuriam, & meminit, & præferebat dolorem
 Nec, si plures sunt ij, quibus improbe datû
 quam illi, quibus iniuste ademptum est, ic-
 plus etiam ualent. non enim numero hæc iu-
 ratur, sed pondere. quam autem habet æqui-
 tatem, ut agrum, multis annis, aut etiam sæculis
 possessum, qui nullum habuit, habeat, qui
 non habuit, amittat? at propter hoc iniuriæ
 Lacedæmonij Lysandrum Ephorum expu-
 lsum, Agin regem, quod nunquam antea apud
 considerat, necauerunt. ex quo eo tempore tan-
 ti cordia secuta sunt, ut tyranni existerent, et
 ciuitates exterminarentur, et præclarissime con-
 stitutio reip. dilaberetur. nec uero solum ipsa ce-

concordia.
 fundamen-
 tum reip.

ut conseru-
 tur non mo-
 do ciues, ue-
 ri et adificia
 quoque.

præclarû du-
 cem, opti-
 meque de
 rep. meri-
 tum.

Lyeurgi
 legibus.

H 3 cidit,



maioris : cu
ius ex filia
Cornelia
Ti. Grac-
chus duos
filios susce-
pit, Tiberiū
& Caium.

cidit, sed etiam reliquam Graciam euertit contra
gionibus malorum, quæ a Lacedæmonijs profe-
ctæ manarunt latius. Quid? nostros Gracchos, Ti-
Gracchi, summi uiri filios, Africani nepotes, ne
ne agrariae contentiones perdiderunt? At uer-
Aratus Sicyonius iure laudatur, qui, cum eiura-
ciuitas quinquaginta annos a tyrannis teneretur,
profectus Argis Sicyonem, clandestino introitu
urbe est potitus; cumq. tyrannum Nicoclem im-
prouiso oppressisset, sexcentos exsules, qui fue-
rant eius ciuitatis locupletissimi, restituit, remq.
pub. aduentu suo liberauit. sed, cum magna
animaduerneret in bonis, & possessionibus diffi-
cultatem; quod & eos, quos & ipse restituerat,
quorum bona alij possederant, egere iniquissimè
arbitrabatur; et quinquaginta annorū possessiones
mouere, non nimis æquum putabat; propterea
quod tam longo spatio multa hereditatibus, mu-
ta emptionibus, multa dotibus detinebantur: su-
per iniuria, iudicauit, neque illis adimi, neque his
satisfieri, quorum illa fuerant, oportere. cum
tur statuisset opus esse ad eam rem cōstituenda
pecunia, Alexandriam se proficisci uelle dixi-
remq. integram ad reditum suum iussit esse: is
celeriter ad Ptolemæum, suum hospitem, uenit
qui tum regnabat alter post Alexandriam con-
tā: cui cum exposuisset, patriam se liberare uel-
le causamq. docuisset; a rege opulento uir summus
facile impetrauit, ut grandi pecunia adiunaretur.

qu:



um cum in Sicyonem attulisset, adhibuit sibi in
 silium quindecim principes, cum quibus caus-
 cognouit & eorum, qui aliena detinebant, et
 um, qui sua amiserant; praefecitq. aestimandis
 essionibus, & uti persuaderent alijs, ut pe-
 iam accipere mallent, & possessionibus cede-
 t; alijs, ut commodius putarent, numerari
 quod tanti esset, quam suum recuperare. ita
 electum est, ut omnes, constituta concordia,
 querela discederent. O uirum magnum, di-
 mque, qui in nostra rep. natus esset. sic par
 agere cum ciuibus, non, ut bis iam uidimus,
 ap in foro ponere, & bona ciuium uoci sub-
 re praconis. at ille Graecus, id quod fuit sa-
 tis, & praestantis uiri, omnibus consulen-
 putauit: eaq. est summa ratio, & sapien-
 summi ciuis, commoda ciuium defendere,
 diuellere, atque omnes aequitate eadem con-
 re. Habitent gratis in alieno. quid ita? ut,
 ego emerim, aedificauerim, tucar, impen-
 , tu me inuito fruare meo? quid est aliud,
 sua eripere, alijs dare aliena? Tabula ue-
 noua quid habent argumenti, nisi ut emas
 pecunia fundum, & eum tu habeas, ego
 habeam pecuniam? Quamobrem, ne sit aes
 um, quod reip. noceat, prouidendum est:
 multis rationibus caueri potest, si hoc non
 t, ut locupletes suum perdant, debitores
 entur alienum. nec enim ulla res uehemen-

Sylla pri-
 mum, dein
 de Caesare
 dominan-
 tibus.

debitam pe-
 cuniam lar-
 gientes.



fides maxi-
me remp.
continet.

a Catilina.

interfect⁹ a
Bruto, Cas-
sio, aliis.

pro i bello,
antique, &
usitate di-
ctam, paul-
lo tamē du-
rius. domi,
militiæ, di-
xit lib. de
senectute.

tius remp. continet, quàm fides; quæ esse nul-
la potest, nisi erit necessario solutio rerum cre-
ditarum. nunquam enim uehementius actum est
quàm me consule, ne solueretur: armis, & ca-
stris tentata res est ab omni genere hominum
& ordine. quibus sic restiti, ut hoc tantum ma-
lum de rep. tolleretur. nunquam nec maius &
alienum fuit; nec melius, nec facilius dissolutum
est. fraudandi enim spe sublata, soluendi neces-
sitas consecuta est. At uero hic noster uictor
nunc quidem uictus, quæ cogitabat, ea perse-
cit, cum eius iam nihil interesset. tanta in co-
pescandi libido fuit, ut hoc ipsum eum delectaret
peccare, etiam si causa non esset. Ab hoc igitur
genere largitionis, ut alijs detur, alijs auferatur,
aberunt ij, qui remp. tuebuntur: in pri-
misq. operam dabunt, ut iuris & iudiciorum æ-
quitate suum quisque teneat; et neque tenuiore
propter imbecillitatem circumueniantur, neque
locupletibus ad sua uel tenenda, uel recuperanda
obsit inuidia. præterea, quibuscunque rebus ue-
belli, uel domi poterunt, remp. augeant imperia
agris, uectigalibus. hæc magnorum hominum
sunt: hæc apud maiores nostros facilitata: hæc
genera officiorum qui persequuntur, cum summa
utilitate reip. magnam ipsi adipiscuntur & gra-
tiam, & gloriam. In his autem utilitatum præ-
ceptis Antipater Tyrius, Stoicus, qui Atheni-
nuper est mortuus, duo præcepta censet esse a Pa-
neci



io prætermiffa, ualitudinis curationem, et pe-
 iæ. quas res a summo philofopho præcritas-
 itror, quòd effent faciles: funt certe utiles. Sed
 étudo fufientatur notitia fui corporis, et obser-
 uatione earum rerû, quæ res aut prodesse foleant,
 obefse; et continentia in uictu omni, atque cul-
 corporis tuendi cauffa, et prætermittendis uolu-
 tibus; poftremo arte eorum, quorû ad fciens-
 hæc pertinent. Res autem familiaris quæri
 et ijs rebus, a quibus abeft turpitudine, conser-
 uandæ diligentiâ, & parfimonia, ijsdem e-
 rebus augeri. has res commodiffime Xeno-
 Socraticus perfecutus eft in eo libro, qui Oe-
 amicus infcribitur: quem nos, ifta fere ætate
 effemus, qua es tu nunc, e græco in latinum
 vertimus. Sed utilitatum comparatiõ (quo-
 hic locus erat quartus a Panætio prætermif-
 fæpe eft neceffaria. nam & corporis commo-
 dum externis, et externa cum corporis, et ipfa
 fe corporis, et externa cum externis compa-
 folent. Cum externis corporis hoc modo com-
 mtur; ualere ut malis, quàm diues efle: cum
 oris externa, hoc modo; diues efle potius,
 in maximis corporis uiribus. Ipfa inter fe cor-
 comparantur fic: bona ualitudo uolupta-
 teponatur, uires celeritati. Externorum au-
 ut gloria diuitijs, ne Etigalia urbana ruflicis:
 uo genere comparationis illud eft Catonis fe-
 quo cum quæreretur, quid maxime in re fa-
 miliari

ualitudinis
 tuenda ra-
 tio.

medicorû.

res familia-
 ris unde cõ-
 paranda.

non fatis e-
 gregie, ut
 putat diuus
 Hierony-
 mus.



CICERONIS

hoc & Plinius tradit.

quasi fenerari non liceret.

ironia est. fenerato-
ris enim intelligit.

miliari expediret, respondit, bene pascere; quid secundum, satis bene pascere; quid tertium, bene vitare; quid quartum, arare: Et, cum ille, qui quaesierat, dixisset, quid fenerari? tum Cato quid hominem, inquit, occidere? ex quo, et multis alijs intelligi debet, utilitatum comparationem solere fieri, recteque hoc adiunctum esse quartum exquirendorum officiorum genus. sed toto huius de genere, de quaerenda, de collocanda pecunia etiam de utenda, commodius a quibusdam optimis uiris, ad medium Ianum sedentibus, quam a nullis philosophis ulla in schola, disputatur. sunt enim ea cognoscenda. pertinent enim ad utilitatem, de qua hoc libro disputandum est. reliqua deinceps persequemur.



TVLLII CICERONIS
OFFICIORVM
D MARCVM FILIVM
LIBER III.

SCIPIONEM, Marce fili, cum, qui
primus Africanus appellatus est, dice
re solitum, scripsit Catō, qui fuit fere
eius æqualis, nunquā se minus otiosum
quā cum otiosus; nec minus solum, quā
solus esset. magnifica uero uox, & magno
& sapiente digna; quæ declarat, illum &
de negotijs cogitare, et in solitudine secum
solitum; ut neque cessaret unquam, & in
colloquio alterius non egeret. itaque duæ
quæ languorem afferunt ceteris, illum acue-
nt, otium, & solitudo. Vellem, & nobis hoc
uere dicere liceret: sed, si minus imitatione
ingenij præstantiam consequi possumus, uo-
te certe proxime accedimus. nam &, a rep.
sibusq. negotijs armis impijs, uiq. prohibiti,
persequimur: &, ob eam causam urbe re-
rura peragrantes, sæpe soli sumus. sed nec
hoc cum Africani otio, nec solitudo cum
comparanda est. ille enim, requiescens a reip.
pererrimis muneribus, otium sibi sumebat ali-
do, & a cætu hominum, frequentiaq. inter-
tanquam in portum, se in solitudinem reci-
t: nostrum autem otium negotij inopia, nec
re-

qui tamen
Scipioni pa-
rum ami-
cus esse cre-
ditus est.
Luius.

quodam e-
nim modo
licet, sed
non æque,
ut illi: quod
& ille inge-
nio præsti-
terit, & me-
liora tem-
pora.



requiescendi studio, constitutum est. extincto-
 nim senatu, deletisq. iudicijs, quid est, quod d-
 gnum nobis aut in curia, aut in foro agere pos-
 mus? ita, qui in maxima celebritate, atque
 oculis ciuium quondam uiximus, nunc fugienti
 conspectum sceleratorum, quibus omnia redin-
 dant, abdimus nos, quantum licet, & saepe se-
 sumus. sed quia sic ab hominibus doctis atcep-
 mus, non solum ex malis eligere minima oportet
 re, sed etiam excerpere ex his ipsis, si quid ine-
 set boni; propterea & otio fruor, non illo quide-
 quo debet is, qui quondam peperisset otium ciui-
 tati; nec eam solitudinem languere patior, quae
 mihi affert necessitas, non uoluntas. quanquam
 Africanus maiorem laudem uel meo iudicio asse-
 quebatur: nulla tamen eius ingenij monumenta
 mandata litteris, nullum opus otij, nullum soli-
 dinis munus extat, ex quo intelligi debet, illum
 mentis agitatione, inuestigationeq. earum rerum
 quas cogitando consequerebatur, nec otiosum, ut
 solum unquam fuisse. Nos autem, qui non tantum
 roboris habemus, ut cogitatione tacita a solitudi-
 ne abstrahamur, ad hanc scribendi operam omni
 studium, curamq. conuertimus. itaque plura
 breui tempore, euersa, quam multis annis, stanti-
 rep. scripsimus. Sed cum tota philosophia, n-
 Cicero, frugifera, & fructuosa, nec ulla pars eius
 inculta, ac deserta sit: tamen nullus feracior in eo
 locus est, nec uberior, quam de officijs; a quib-

mortuo Ca-
 sare, non dū
 libera ciui-
 tas erat.

in consula-
 tu, coniura-
 tione extin-
 cta. de quo
 iam antea
 gloriatus
 est.

tota philo-
 sophia fru-
 gifera.



hñter, honesteq. uiuendi praecepta du-
 . quare, quanquam a Cratippo nostro,
 ðe huius memoria philosophorum, hoc te
 audire, atque accipere confido; tamẽ con-
 arbitror, talibus aures tuas uocibus undi-
 cumsonare, nec eas, si fieri possit, quid-
 aliud audire. quod cum omnibus est facien-
 qui uitam honestam ingredi cogitant: tamẽ
 io, an nemini potius, quàm tibi. sustines
 non paruam expectationem imitandæ indu-
 pstræ, magnam honorũ, non nullam fortasse
 s. suscepisti onus præterea graue et Athe-
 & Cratippi: ad quos cum tanquã ad mer-
 m bonarum artium sis profectus, inanem
 turpissimum est, dedecorantem & urbis
 tatem, & magistri. quare, quantum con-
 mo potes, quantum labore contendere;
 cendi labor est potius, quàm uoluptas)
 i fac ut efficias; ne ue committas, ut, cum
 supeditata sint a nobis, tibi defuisse uidea-
 hac hætenus: multa enim saepe ad te co-
 di gratia scripsimus. nunc ad reliquam par-
 pposita diuisionis reuertamur. Panætius
 qui sine controuersia de officijs accuratissi-
 uitauit, quemq. nos, correctione quadam
 a, potissimum secuti sumus; tribus gene-
 ropositis, in quibus deliberare homines,
 ultare de officio solerent; uno, cum dubi-
 honestum ne id esset, de quo ageretur, an
 turpe;

inter peri-
 pateticos.
 fam. ep. 16.
 l. 12. & 21.
 l. 1.

quæ sem-
 per bonas
 artes aluit.

nihil tamẽ
 extat, præ-
 ter partitio-
 nes orato-
 rias, & hos
 libros de of-
 ficijs. qui ta-
 men ad for-
 mandos po-
 tius mores,
 quàm ad co-
 hortandum
 scripti sũt.



deretur, cum eo, quod honestum est, comparatur
 etenim, quod summum bonum a Stoicis dicitur
 conuenienter naturæ uiuere, id habet hanc, u
 opinor, sententiam, naturam cum uirtute con
 gruere semper; cetera autem, quæ secundum na
 turam essent, ita legere, si ea uirtuti non repu
 gnarent. quod cum ita sit, putant quidam han
 comparisonem recte non esse introduclam, na
 omnino de eo genere quidquam præcipiendum fu
 se. Atque illud quidem honestum, quod proprie
 uereq. dicitur, id in sapientibus est solis, neque
 uirtute diuelli unquam potest: in ijs autē, in qui
 bus sapientia perfecta non est, ipsum illud quiden
 perfectum honestum nullo modo esse potest, simi
 litudines honesti esse possunt. Hæc igitur omni
 officia, de quibus his libris disputamus, media
 Stoici appellant; & ea communia sunt, & lati
 patent: quæ & ingenij bonitate multi assequun
 tur, & progressionem discendi. Illud autem, quod
 rectum ijdem appellant, perfectum, atque abso
 lutum est, & ut ijdem dicunt, omnes numero
 habet, nec, præter sapientem, cadere in quen
 quam potest. cum autem aliquid actum est, in
 quo media officia comparantur, id cumulate uide
 tur esse perfectum: propterea quod uulgus, quic
 absit a perfecto, fere non ex toto intelligit; qua
 tenus autem intelligit, nihil prætermissum
 quod autem in poematibus; & in picturis usui
 nit, in alijsq. compluribus, ut delectentur impu
 rit

honestum
 quod uere
 dicitur, in
 sapientibus
 est solis.

perfectum
 officium in
 unum sapiē
 tem cadit.



laudentq. ea, quæ laudanda non sint; ob eam,
 o, causam, quod insit in his aliquid probi,
 l capiat ignaros, qui quidem, quid in unaqua-
 re uitij sit, nequeant iudicare. itaque, cum
 docti a peritis, desistunt facile a sententia. hæc
 r officia, de quibus his libris disserimus, quasi
 ida quædam honesta dicunt esse, non sapien-
 modo propria, sed cum omni hominum gene-
 mmunia: itaque ij omnes, in quibus est uir-
 indoles, commouentur. Nec uero, cum
 Decij, aut duo Scipiones, fortes uiri, comme-
 antur, aut cum Fabricius, aut Aristides in-
 qminatur, aut ab illis fortitudinis, aut ab
 stitia, tanquam a sapientibus, petitur exem-
 . nemo enim horum sic sapiens, ut sapientem
 igi hic uolumus: nec ij, qui sapientes habiti
 & nominati, M. Cato, & C. Lælius, sa-
 es fuerunt; nec illi quidem septem; sed ex
 rum officiorum frequentia similitudinem
 lam gerebant, speciemq. sapientum. Quo-
 nec id, quod uere honestum est, fas est cum
 repugnantia comparari: nec id, quod com-
 ter appellamus honestum, quodq. colitur ab
 ui bonos se uiros haberi uolunt, cum emo-
 tis unquam est comparandum. tamq. id ho-
 n, quod in nostram intelligentiam cadit,
 m, conseruandumq. est nobis, quàm id,
 proprie dicitur, uereq. est honestum, sapien-
 aliter enim teneri non potest, si qua ad uir-

alii legunt,
 iidem. utrū
 que recte.

quia pro re
 pub. mortē
 libenter op-
 petiuerunt.

pro cū uti-
 le repu-
 gnante.

quod me-
 dium Stoi-
 ci appellāt



tutem est facta progressio. Sed hæc quidem de iis
 qui conseruatione officiorum existimantur boni.
 Qui autem omnia metiuntur emolumentis, & in
 commodis, neque ea uolunt præponderari hone-
 state, hi solent in deliberando honestum cum eo
 quod utile putant, comparare; boni uiri non so-
 lent. itaque existimo Panætium, cum dixerit ho-
 mines solere in hac comparatione dubitare, hoc
 ipsum sensisse, quod dixerit, solere modo, non e-
 tiam oportere. etenim non modo pluris putare
 quod utile uideatur, quàm quod honestum, sed
 hæc etiam inter se comparare, & in his dubitare
 turpissimum est. Quid est ergo, quod non nun-
 quam addubitationem asferre soleat, consideran-
 dum quod uideatur? credo, si quando dubitatio acci-
 dit, quale sit id, de quo consideretur. sæpe enim
 tempore fit, ut, quod plerunque turpe haberi so-
 leat, inueniatur non esse turpe. exempli causa
 ponatur aliquid, quod pateat latius. Quod po-
 test esse maius scelus, quàm non modo hominem
 sed etiam familiarem occidere? num igitur se ob-
 strinxit scelere, si quis tyrannum occidit quam-
 uis familiarem? populo quidem Romano non ui-
 detur: qui ex omnibus præclaris factis illud pul-
 cherrimum existimat. uicit igitur utilitas hone-
 statem: immo uero honestas utilitatem secuta est,
 itaque, ut sine ullo errore diiudicare possimus,
 quando cum illo, quod honestum intelligitur, per-
 gnare id uidebitur, quod appellamus utile; for-
 mul

honestum
 & utile in-
 ter se com-
 parare, tur-
 pissimum.

de præte-
 rito loqui-
 tur, quia iã
 Cæsaris ne-
 cem laten-
 ter signifi-
 cavit.



quædam constituenda est; quam si sequen-
 in comparatione rerum, ab officio nunquam
 demus. erit autem hæc formula Stoicorum
 mi disciplinæq. maxime consentanea, quam
 em in his libris propterea sequimur, quòd,
 quam a ueteribus Academicis, & Peripa-
 tis nostris, qui quondam iidem erant, qui
 demici, quæ honesta sunt, anteponuntur ijs,
 uidentur utilia, tamen splendidius hæc ab
 ijs, quibus, quidquid honestum est,
 utile uidetur, nec utile quidquam, quod
 honestum, quàm ab ijs, quibus est honestū
 sed non utile, aut utile non honestum. nobis
 nostra Academia magnam licentiam dat,
 quodcunque maxime probabile occurrat, id
 iure liceat defendere. sed redeo ad formu-
 Detrahere igitur aliquid alteri, & hominē
 nis incommodo suum augere commodum,
 est contra naturam, quàm mors, quàm
 ertas, quàm dolor, quàm cetera, quæ pos-
 ut corpori accidere, aut rebus externis. nā
 pio tollit conuictum humanum, et societa-
 si enim sic erimus affecti, ut propter suum
 e emolumentum spoliet, aut uiolet alterū:
 pi necesse est eam, quæ maxime est secundū
 am, humani generis societatem. ut, si unum
 ue membrum sensum hunc haberet, ut posse
 t se ualere, si proximi membri ualetudinē
 aduxisset, debilitari, et interire totum cor-

sequitur e-
 nim uerifi-
 milia, uerū
 esse nihil
 affirmat.

paupertas,
 & dolor cō-
 tra naturā.

societas ge-
 neris huma-
 ni maxime
 est secundū
 naturam.



C I C E R O N I S

ius gentiū
non discre-
pat a natu-
ra.

supplicii ge-
nera quat-
tuor, mors,
exiliū, uin-
cula, dā-
num.

excelsus a-
nimus uolu-
ptatem, ui-
tam, diui-
tias conte-
mnit:

pus necesse esset: sic si unusquisque nostrum rapi-
ad se commoda aliorum, detrahatque, quod cu-
que possit, emolumentum sui gratia; societas homi-
num, et communitas euertatur necesse est. nam
sibi ut quisque malit, quod ad usum uitae pertineat
quàm alteri acquirere, concessum est non repug-
nante natura. illud quidem natura non patitur
ut aliorum spolijs nostras facultates, copias, opes
augeamus. neque uero hoc solum natura, id est
iure gentium, sed & legibus populorum, quibus
in singulis ciuitatibus respublicae continentur, eodem
modo constitutum est, ut non liceret sui commodi
caussa nocere alteri. hoc enim spectant leges, hoc
uolunt, incolumem esse ciuium coniunctionem
quam qui dirimunt, eos morte, exilio, uinculis,
damno coercent. atque hoc multo magis exigunt
ipsa naturae ratio, quae est lex diuina, & huma-
na: cui parere qui uelit, (omnes autem parebunt
qui secundum naturam uolent uiuere) nunquam
committet, ut alienum appetat, & id, quod al-
teri detraxerit, sibi assumat. etenim multo ma-
gis est secundum naturam celsitas animi, & ma-
gnitudo, itemque comitas, iustitia, liberalitas
quàm uoluptas, quàm uita, quàm diuitiae. quae
quidem contemnere, & pro nihilo ducere, com-
parantem cum utilitate communi, magni animi
& excelsi est. detrahere autem alteri sui com-
modi causa, magis est contra naturam, quàm mors
quàm dolor, quàm cetera generis eiusdem: itemque
magis



is est secundum naturam, pro omnibus gen-
s, si fieri possit, conseruandis, aut iuuandis
rimos labores, molestiasq. suscipere, imitan-
Herculem illum, quem hominum fama, bene-
rum memor, in concilio caelestium collocauit,
m uiuere in solitudine non modo sine ullis
estis, sed etiam in maximis uoluptatibus,
adantem omnibus copijs, ut excellas etiam
britudine, & uiribus. quocirca optimo quis-
splendidissimoq. ingenio longe illam uitam
anteponit. ex quo efficitur, hominem natu-
pedientem, homini nocere nō posse. Deinde,
terum uiolat, ut ipse aliquid commodi con-
atur; aut nihil se existimat contra naturam
e; aut magis fugiendum censet mortem, pau-
item, dolorem, amissionem etiam liberorū,
mquorum, amicorum, quā facere cuiquā
lam. si nihil existimat contra naturam fieri
bibus uiolandis: quid cum eo differas, qui
uo hominem ex homine tollat? sin fugiendū
idem censet, sed multo illa peiora, mortem,
rtatem, dolorem: errat in eo, quod ullum
rporis, aut fortunæ uitium, animi uitijs
us existimat. Ergo unum debet esse omni-
opositum, ut eadem sit utilitas uniuscuius-
& uniuersorum: quam si ad se quisque ra-
dissoluetur omnis humana consociatio. at-
tiam hoc natura præscribit, ut homo homi-
cunque sit, ob eam ipsam causam tamen,

I 3 quod

argumentū
contra eos,
qui alieno
incommo-
do suū au-
gent cōmo-
dum,

animi uitia
grauiora,
quā cor-
poris,



CICERONIS

natura ho-
minibus in
ter ipsos o-
mnia com-
municat.

societas in-
ter homi-
nes a diis
constituta.

iustitia uir-
tutum om-
nium regi-
na.

quod is homo sit, consultum uelit: necesse est, j
cūndum eandem naturam omnium utilitatem ej
se communem. quod si ita est; una continem
omnes, & eadem lege naturæ. idq. ipsum si u
est; certe uiolare alterum lege naturæ prohibi
mur. uerum autem primum: uerum igitur e
extremum. Nam illud quidem absurdum est
quod quidam dicunt, parenti se, aut fratri nih
detraçturos commodi sui caussa: aliam rationem
esse ciuium reliquorum. hi sibi nihil iuris, & ni
lam societatem communis utilitatis caussa statu
esse cum ciuibus: quæ sententia omnem societate
distrahit ciuitatis. Qui autem ciuium rationem
cunt esse habendam, externorum negant; hi de
rimunt communem humani generis societatem
qua sublata, beneficentia, liberalitas, bonitas
iustitia funditus tollitur. quæ qui tollunt, etiam
aduersus deos immortales impij iudicandi sunt
ab ijs enim constitutam inter homines societatem
euertunt: cuius societatis arctissimum uinculum
est, magis arbitrari esse contra naturam, homi
nem homini detrabere sui commodi caussa, quàm
omnia incommoda subire uel externa, uel corpora
ris, uel etiam ipsius animi, quæ uacent iustiti
hæc enim uirtus omnium est domina, & regina
uirtutum. Forsitan quispiam dixerit: non ne igitur
tur sapiens, si fame ipse conficiatur, abstulerit
cibum alteri homini, ad nullam rem utili? Minime
me uero. non enim mihi est uita mea utilior, quàm
anim



mi talis affectio, neminem ut uiolem commo-
 mei gratia. Quid? si Phalarim, crudelem
 annum, & immanem, uir bonus, ne ipse fri-
 re conficiatur, uestitu spoliare possit, non ne fa-
 ? Hac ad iudicandum sunt facillima. nam si
 d ab homine ad nullam partem utili utilitatis
 caussa detraxeris, inhumane feceris, contraq.
 ura legem. sin autem is tu sis, qui multam
 utatem recip. atque hominum societati, si in ui
 emaneas, afferre possis; si quid ob eam caus-
 alteri detraxeris, non sit reprehendendum.
 autem id non sit eiusmodi; suum cuique incom-
 lum ferendum est potius, quam de alterius
 modis subtrahendum. Non igitur magis est
 ra naturam morbus, aut egestas, aut quid
 modi, quam detractio, atque appetitio alie-
 sed communi utilitatis derelictio contra natu-
 est: est enim iniusta: itaque lex ipsa natu-
 qua utilitatem hominum conseruat, & conti-
 decernit profecto, ut ab homine inerti, atque
 bili ad sapientem, bonum, fortemq. uirum
 sferantur res ad uiuendum necessariae; qui si
 derit, multum de communi utilitate detraxe-
 modo hoc ita faciat, ut ne, ipse de se bene exi-
 ans, seseq. diligens, hanc caussam habeat ad
 ciam. itaque semper officio fungatur, utilita-
 nsulens hominum, & ei, quam saepe comme-
 , humana societati. Nam quod ad Phala-
 attinet, perfacile iudicium est. nulla est enim

communis
 utilitas pri-
 uata ante-
 ponenda.

communis
 utilitatis de-
 relictio con-
 tra natura.

que leuissi-
 ma est: gra-
 uior autem
 ratio socie-
 tatis huma-
 nae.



tyrannum
necare, ho-
nestum est.

qui ex Peri-
pateticorū
sentētia nō
putat, ut
Stoici, solū
honestum

societas nobis cum tyrannis, sed potius summa di-
stractio: neque est contra naturam spoliare eum,
si possis, quem honestum est necare. atque hoc o-
mne genus pēstiferum, atque impium ex hominū
cōmunitate exterminandum est. etenim, ut mem-
bra quædam amputantur, si & ipsa sanguine, &
tanquam spiritu carere cœperunt, & nocent re-
liquis partibus corporis: sic ista in figura hominis
feritas, & immanitas belluæ a communi tanquā
humanitate corporis segregāda est. huius generis
quæstiones sunt omnes eæ, in quibus ex tempore
officium exquiritur. Eiusmodi igitur credo res
Panætium persecuturum fuisse, nisi aliquis ca-
sus, aut occupatio consilium eius præuenisset. ad
quas ipsas consultationes ex superioribus libris sa-
tis multa præcepta sunt, quibus perspicere possit,
quid sit propter turpitudinem fugiendum; quid
sit id, quod iccirco fugiendum non sit, quia om-
nino turpe non est. Sed quoniam operi inchoato,
prope tamen absoluto, tanquam fastigium impo-
nimus, ut geometræ solent non omnia docere,
sed postulare, ut quædam sibi concedantur, quo
facilius, quæ uelint, explicent: sic ego a te postu-
lo, mi Cicero, ut mihi concedas, si potes, nihil
præter id, quod honestum sit, esse propter se ex-
petendum. sin hoc non licet propter Cratippum:
at illud certe dabis, quod honestum sit, id esse
maxime propter se expetendum. mihi utrumvis
satis est; & cum hoc, tum illud probabilius uide-
tur,



nec præterea quidquam probabile. Ac pri-
 m Panætius in hoc loco defendendus est, quòd
 utilia cum honestis pugnare dixerit aliquan-
 posse, (neque enim ei fas erat) sed ea, quæ
 erentur utilia. nihil uero utile, quod non idem
 estum; nec honestum, quod non idem utile
 saepe testatur: negatq. ullam pestem maiorem
 itam hominum inuasisse, quàm eorum opinio
 , qui ista distraxerint. itaque, nò, ut aliquan-
 mteponeremus utilia honestis, sed ut ea sine
 re dijudicaremus, si quando incidissent, in-
 it eam, quæ uideretur esse, non quæ esset, re-
 pantiā. Hanc igitur partem relictā exple-
 us, nullis adminiculis, sed, ut dicitur, Marte-
 ro. neque enim quidquam de hac parte post-
 tetium explicatū est, quod mihi probaretur,
 , quæ in manus meas uenerunt. Cum igitur
 ea species utilitatis obiecta est, nos commoue-
 esse est. sed si, cum animum attenderis, tur-
 linem uideas adiunctam ei rei, quæ speciem
 tatis attulerit: tunc utilitas non requirenda
 sed intelligendum, ubi turpitudine sit, ibi utili-
 tas esse non posse. quòd si nihil est tam contra-
 riam, quàm turpitudine; (recta enim, & con-
 stantia, & constantia natura desiderat, asper-
 q. contraria) nihilq. tam secundum naturā;
 utilitas: certe in eadem re utili turpitudine
 non potest. itemque, si ad honestatem nati-
 ; eaq. aut sola expetenda est, (ut Zenoni
 est

propter se
 expetendū,
 sed maxime
 propter se,
 non tamen
 solum.

ubi turpitu-
 do, ibi utili-
 tas esse non
 potest.



solum, ut
Stoicis,
summum,
ut Aristote-
li placet.

tetrum opo-
nitur claro,
scdum pul-
chro.

turpis etiā
quandoque
deliberatio

delictis etiā
occultis ab-
stinendum.

est uisum) aut certe omni pondere grauior est ha-
benda, quā reliqua omnia; quod Aristoteli pla-
cet: necesse est, quod honestum sit, id esse aut sci-
lūm, aut summum bonum; quod autem bonum
id certe utile; itaque, quidquid honestum, id uti-
le. quare error hominum non proborum cum ali-
quid, quod utile uisum est, arripuit, id continuo se-
cernit ab honesto. hinc sicæ, hinc uenena, hinc fa-
sa testamenta nascuntur, hinc furta, hinc pecula-
tus, expilationes, direptionesq. sociorū, et ciuium
hinc opum nimiarū potentia non ferendæ: postre-
mo etiam in liberis ciuitatibus existunt regnan-
di cupiditates: quibus nihil nec tētrius, nec fa-
lius excogitari potest. emolumenta enim rerum
fallacibus iudicijs uident; pœnam, non dico legi-
quas sæpe perrumpunt, sed ipsius turpitudinis
quæ acerbissima est, non uident. Quamobrem
hoc quidem deliberantium genus pellatur e me-
dio, (est enim totum sceleratum, & impium,
qui deliberant, utrum id sequantur, quod hone-
stum esse uideant, an se scientes scelere contami-
nent. in ipsa enim dubitatione facinus inest, etiam
si ad id non peruenerint. ergo ea deliberanda om-
nino non sunt, in quibus est turpis ipsa delibera-
tio. Atque etiam in omni deliberatione, calan-
di, & occultandi spes, opinioq. remouenda est.
satis enim nobis (si modo in philosophia aliqui
profecimus) persuasum esse debet, si omnes deos
hominesq. calāre possimus, nihil tamen auare
nibi



il iniuste, nihil libidinosè, nihil incontinenter
 faciendum. hinc ille Gyges inducitur a Pla-
 : qui, cum terra discessisset magnis quibus-
 et imbribus, in illum hiatus descendit, æ-
 mquum, ut ferunt fabulæ, animaduertit,
 ut in lateribus fores essent: quibus apertis, ho-
 mis mortui uidit corpus magnitudine inusitata,
 lumquæ aureum in digito: quem ut detraxit,
 induit. erat autem regius pastor. tum in
 cilium pastorum se recepit. ibi cum palam e-
 anuli ad palmam conuerterat, a nullo uide-
 ur, ipse autem omnia uidebat: idem rursus ui-
 atur, cum in lucem anulum inuerterat. ita-
 hac oportunitate anuli usus, reginæ stuprum
 ulit; eaque adiutrice regem dominum intere-
 sustulitque. quos obstare arbitrabatur: nec in-
 quisquam eum facinoribus potuit uidere. sic
 ante anuli beneficio rex ortus est Lydia. Hunc
 per ipsum anulum si habeat sapiens, nihil plus
 dicere putet peccare, quam si non haberet. ho-
 ra enim bonis uiris, non occulta, quærentur.
 ue hoc loco philosophi quidam, minime ma-
 quidem, sed non satis acuti, fictam, & com-
 ticiam fabulam dicunt prolatam a Platone.
 i uero ille aut factum id esse, aut fieri potuis-
 fendat. Hæc est uis huius anuli, & huius
 npli; si nemo sciturus, nemo ne suspicaturus
 em sit, cum aliquid diuitiarum, potentia, do-
 tionis, libidinis causa feceris, si id dijs, ho-
 minibusque.

uacuum il-
 lud in anu-
 lo, quo gē-
 ma includi-
 tur.



nihil enim
diis, & ho-
minibus i-
gnorū sem-
per esse po-
test.

minibusq. futurum sit semper ignotum, sis ne fa-
cturus. negant id fieri posse. quanquam non potest
id quidem: sed quæro, quod negant posse, id si pos-
set, quidnā facerent? urgent rustice sane; negant
enim posse, et in eo perstant: hoc uerbum quid na-
leat, non uident. cum enim quærimus, si possint ce-
lare, quia facturi sint; non quærimus, possint ne ce-
lare, sed tanquam tormenta quædam adhibemus,
ut, si responderint, se impunitate proposita, fac-
turos, quod expediat, facinorosos se esse fateantur;
si negent, omnia turpia per se ipsa fugienda esse cō-
cedant. sed iam ad propositum reuertamur. Inci-
dunt sæpe multe causæ, quæ conturbant animos
utilitatis specie, non, cum hoc deliberetur, reli-
quenda ne sit honestas propter utilitatis magni-
tudinem, (nam id quidem improbum est) sed illud,
possit ne id, quod utile uideatur, fieri non turpiter.
Cum Collatino Tarquinio cōlegæ Brutus imperiū
abrogabat, poterat uideri facere id iniuste: fuerat
enim in rēgibus expellendis socius Bruti, consilio-
rum etiam adiutor. cum autem cōsiliū hoc prin-
cipes cepissent, cognationē Superbi, nomenq. Tar-
quiniorum, & memoriam regni esse tollendam;
quod erat utile patriæ consulere, id erat ita hone-
stum, ut etiam ipsi Collatino placere deberet. ita-
que utilitas ualuit propter honestatem: sine qua
nec utilitas quidē esse potuisset. At in eo rege, qui
urbem condidit, non ita. species enim utilitatis
animum pepulit eius: cui cum uisum esset utilem,

in consula-
tu.

unum regē
expulit Bru-
tus, sed in
posterū om-
nem sustu-
lit regnan-
di consue-
tudinē.

utpote ciui
patriæ stu-
dioso.

solam



in se, quàm cum altero, regnare, fratrem in-
 mit. omisit hic & pietatem, & humanitatē;
 id, quod utile uidebatur, neque erat, assequi
 et. & tamen mūrī causam opposuit speciem
 estatis, nec probabilem, nec satis idoneam.
 cauē igitur, pace uel Quirini, uel Romuli di-
 m. Nec tamen nostræ nobis utilitates omit-
 tē sunt, alijsq. tradendæ, cum his ipsi egea-
 nt: sed suæ cuique utilitati, quod sine alterius
 iuria fiat, seruiendum est. scite Chrysippus, ut
 ita; Qui stadium, inquit, currit, eniti, & con-
 tēere debet, quàm maxime possit, ut uincat;
 plantare eum, quicum certet, aut manu de-
 re nullo modo debet. sic in uita sibi quenque
 re, quod pertineat ad usum, non iniquum
 alteri surripere, ius non est. Maxime autem
 ūrbantur officia in amicitijs: quibus & non
 uere, quod recte possis, et tribuere, quod nō
 iquum, contra officium est. sed huius generis
 is breue, & non difficile præceptum est. quæ
 uidentur utilia, honores, diuitiæ, uolupta-
 & cetera generis eiusdē, hæc amicitia nun-
 anteponenda sunt. at neque contra remp.
 e contra iniurandum, ac fidem, amici sui
 ia uir bonus faciet; nec si iudex quidem erit
 so amico. pōnit enim personam amici, cum
 t iudicis. tantum dabit amicitia, ut ueram
 & causam esse malit; ut peroranda litis tem-
 quoad per leges liceat, accommodet. cum
 uero

legē enim
 Romulus
 tulerat, ne
 quis mœ-
 nia transi-
 liret.

perturbantur
 officia
 in amici-
 tijs.

ponit amici
 personam,
 qui iudicis
 induit.



mente hu-
mana nihil
diuinius.

par amico
rum, quos
celebrauit
antiquitas.
lib. 1. & 2.
de Fin. Va-
lerius Max.
lib. 4. cap. 7.
Hyginus
cap. 257.

religio, & fi-
des antepo-
nantur ami-
citiae:

uero iurato dicenda sententia sit, meminerit deum
se adhibere testem, id est, ut ego arbitror, me-
tem suam, qua nihil homini dedit ipse deus diu-
nius. itaque praeclarum a maioribus accepimus
morem rogandi iudicis, si eum teneremus, Qui
salua fide facere possit: haec rogatio ad e-
pertinet, quae paullo ante dixi honeste amico ai-
dice posse cōcedi. nam si omnia facienda sint, quae
amici uelint; non amicitiae tales, sed coniuratione
putandae sunt. loquor autem de communibus am-
icitijs. nam in sapientibus uiris atque perfecti-
nihil potest esse tale. Dāmonem, & Pythiam
Pythagoreos, ferunt hoc animo inter se fuisse
ut, cum eorum alteri Dionysius tyrannus dies
necis destinauisset, & is, qui morti addictus
esset, paucos sibi dies commendandorum suorum
caussa postulauisset, uas factus sit altere-
ius sistendi; ut, si ille non reuertisset ad diem
moriendum esset sibi ipsi. qui cum ad diem se rec-
pisset, admiratus eorum fidem tyrannus, peti-
uit, ut se in amicitiam tertium adscriberent. Cum
igitur id, quod utile uidetur in amicitia, cum eo
quod honestum est, comparatur: iaceat utilitatis
species, ualeat honestas. cum autem in amicitia
quae honesta non sunt, postulabuntur: religio, &
fides anteponantur amicitiae: & sic habebitur is
quem exquirimus, delectus officij. Sed utilitati
specie in rep. saepissime peccatur, ut in Corinthi-
disturbatione nostri, durius etiam Athenien-
ses.



qui sciuerunt, ut Aeginetis, qui classe uale-
 pollices præciderentur. hoc uisum est utile.
 is enim imminebat propter propinquitatem
 in Pireæo. sed nihil, quod crudele, utile.
 enim hominum naturæ, quam sequi debemus,
 ime inimica crudelitas. Male etiam, qui
 grinos urbibus uti prohibent, eosq. exter-
 ant, ut Pétronius apud patres nostros, Pá-
 nuper. nam esse pro ciue, qui ciuis non sit,
 um est non licere; quam tulerunt legem sa-
 tissimi consules, Crassus, & Scauola: usu
 urbis prohibere peregrinos, sane inhumana
 est. illa præclara, in quibus publicæ utilita-
 ecies præ honestate contemnitur. plena exem-
 um est nostra res. cum sæpe alias, tum maxi-
 ello Punico secundo; quæ, Cannensi calami-
 accepta, maiores animos habuit, quàm un-
 rebus secundis. nulla fuit timoris significa-
 ulla mentio pacis. tâta uis est honesti, ut spe
 utilitatis obscuret. Athenienses cum Per-
 impetum nullo modo possent sustinere, sta-
 ntque, ut, urbe relicta coniugibus, & libe-
 æzene depositis, naues conscenderent, li-
 temq. Graciæ classe defenderent, Cyrsilum
 dam suadentem, ut in urbe manerent, Xer-
 . recipere, lapidibus obruerunt. atque
 qui utilitatem uidebatur; sed ea nulla erat
 nante honestate. Themistocles post uictori-
 eius belli, quod cum Persis fuit, dixit in con-
 cione,

leges Petro-
 nia & Pa-
 pia de ciui-
 bus exter-
 minandis.

Themisto-
 cle suadente.



Demosthe-
nes in ora-
tione de co-
rona.

uide Plutar-
chum in ui-
ta Pópeii.

libenter u-
titur exem-
plis : quia
rem illu-
strant, ubi
ratio paul-
lo uidetur
obscurior.

cione, se habere consilium reip. salutare, sedi-
sciri opus non esse : postulauit, ut aliquem populu-
daret, quicum communicaret. datus est Aristi-
des. huic ille classem Lacedæmoniorum, quæ sub-
ducta esset ad Gytheûm, clam incendi posse : quæ
facto frangi Lacedæmoniorum opes necesse esse.
quod Aristides cum audiisset, in concionem ma-
gna exspectatione uenit, dixitq. perutile esse con-
silium, quod Themistocles afferret, sed minimè
honestum. itaque Athenienses, quod honestum
non esset, id ne utile quidem putarunt, totamq.
eam rem, quam ne audiuerant quidem, auctor
Aristide repudiauerunt. Melius hi, quàm non
qui piratas immunes, socios uectigales habemus.
Maneat ergo, quod turpe sit, id nunquam esse
utile, ne tum quidem, cum id, quod esse utile pu-
tes, adipiscare. hoc enim ipsum utile putare
quod turpe sit, calamitosum est. Sed incidunt, ut
supra dixi, sæpe causæ, cum repugnare utilitati
honestati uideatur : ut animaduertendum sit, re-
pugnet ne plane, an possit cum honestate coniun-
gi. eius generis hæ sunt quæstiones. si, exempli
gratia, uir bonus, ab Alexandria profectus Rhodum,
magnum frumenti numerum aduexerit in
Rhodiorum inopia, & fame, summaq. annonæ
caritate ; si idem sciat complures mercatores ad
Alexandria soluisse, nauesq. in cursu frumenti
onustas petentes Rhodum uiderit ; dicturus ne si
id Rhodijs, an silentio suum quamplurimum uer-
diturus



ius. sapientem, et bonum uirum fingimus: de
 deliberatione, et consultatione quærimus; qui
 turus Rhodios non sit, si id turpe iudicet; sed
 et, an turpe nō sit. In huiusmodi causis aliud
 eni Babylonio uideri solet, magno, et graui
 o; aliud Antipatro, discipulo eius, homini a-
 limo; Antipatro, omnia patefacienda, ut ne
 omnino, quod uēditor norit, emptor ignoret;
 eni, uenditorem, quatenus iūre ciuili cōstitu-
 sit, dicere uitia oportere, cetera sine insidijs
 e, et, quoniā uendat, uelle quamoptime uende-
 duexi, exposui; uendo meū non pluris, quā
 i; fortasse etiam minoris, cum maior est co-
 cui fit iniuria? Exoritur Antipatri ratio ex
 z parte. Quid agis? tute, cum hominibus con-
 e debeas, et seruire humanæ societati; eaq.
 uatus sis, ut ea habeas principia naturæ, qui
 arere, et quæ semper sequi debeas; ut utili-
 ta, cōmunis utilitas sit; uicissim, et æque cō-
 s utilitas, tua sit: calabis homines, quid ijs
 et cōmoditatis, et copiæ? Respondebit Dioge-
 rtasse sic. Aliud calare, aliud est tacere. ne-
 go nūc te calo, si tibi nō dico quæ natura deo
 sit, quis sit finis bonorū: quæ tibi plus prodes-
 pgnita, quā tritici uilitas: sed nō, quidquid
 uidire utile est, id mihi dicere necesse est. Im-
 tro, inquit ille, necesse est: siquidē inter homi-
 ctura meministi cōiunctā societate. Memini,
 ille: sed nūc ista societas talis est, ut nihil sit

quod non
 ita late pa-
 tet, ut ius
 gentium, id
 est naturæ.

naturæ prin-
 cipia sequi
 debemus.

K cuius-



hæc erat
Antipatri
opinio.

ex quo uer-
sus Ennii
lib. 1.

dicta nō o-
mnia præ-
standa.

cuiusque sit? quod si ita est, nec uendendum quid-
quidquam est, sed donandum. Vides in hac tota d-
sceptatione non illud dici: quamuis hoc turpe sit,
tamen, quoniam expedit, faciam: sed ita expedi-
re, ut turpe non sit: ex altera autem parte, ea re,
quia turpe sit, non esse faciendum. Vendat ædes
uir bonus propter aliqua uitia, quæ ipse norit, ce-
teri ignorent: pestilentes sint, & habeantur sala-
bres: ignoretur, in omnibus cubilibus apparere
serpentes: male materiata, ruinosæ: sed hoc præ-
ter dominum nemo sciat: quæro, si hoc emptori-
bus uenditor non dixerit, ædesq. uendiderit plu-
ris multo, quàm se uenditurum putarit: num id
iuste, an improbe fecerit? ille uero, inquit Anti-
pater, improbe facit. quid enim est aliud, erranti
uiam non monstrare, quod Athenis execrationi-
bus publicis sancitum est, si hoc non est, emptore
pati ruere, et per errorem in maximam fraudem
incurrere? plus etiam est, quàm uiam non mon-
strare. nam est scientem in errorem alterum indu-
cere. Diogenes contra: Num te emere coegit,
qui ne hortatus quidem est? ille, quod non place-
bat, proscripsit: tu, quod placebat, emisti. Quid
si, qui proscribunt uillam bonam, ut ipsi asserunt,
beneq. ædificatâ, non existimantur fefellisse, etiâ
si illa nec bona est, nec ædificata ratione: multo
minus, qui domû non laudarunt. ubi enim iudiciû
emptoris est, ibi fraus uenditoris quæ potest esse?
sin autem dictû non omne præstandû est; quod
dictum



non est, id præstandum putas? quid uero
 etius, quàm uenditorem eius rei, quam uen-
 ditia narrare? quid autem tam absurdum,
 si domini iussu ita præco prædicet, domum
 uentem uendo? Sic ergo in quibusdam causis
 ex altera parte defenditur honestas: ex al-
 tra de utilitate dicitur, ut id, quod utile ui-
 deatur, non modo honestum facere sit, sed etiam,
 necesse, turpe. hæc est illa, quæ uidetur utiliū
 cum honestis sæpe, dissensio. quæ diiudican-
 tur: non enim, ut quæreremus, exposuimus,
 explicaremus. Non igitur uidetur nec fru-
 strarius ille Rhodius, nec hic ædium uenditor
 emptores debuisse. neque enim id est cæla-
 re aliquid reticeas: sed cum, quod tu scias, id
 tuum emolumentum tui causâ uelis eos, quorum
 id id scire. hoc autem celandi genus quale sit,
 quis hominis, quis non uidet? certe non aper-
 tis simplicis est, non ingenui, non iusti, non uiri
 uersuti potius, obscuro, astuti, fallacis, mali-
 ciosi, ueteratoris, uasari. hæc tot, et alia plu-
 ra inuitia est uitiorum subire nomina? Quod
 uerandi sunt, qui reticuerunt: quid de ijs exi-
 tum est, qui orationis uanitatem adhibue-
 runt. C. Canius, eques R. homo nec infacetus, &
 iteratus, cum se Syracusas otendi causâ,
 otendi, ut ipse dicere solebat, contulisset,
 bat se hortulos aliquos uelle emere, quò in-
 amicos, & ubi se oblectare sine interpella-

K 2 toribus

solum hone-
 stum, ut
 Stoici, Cice-
 ro sequit.
 sentit igitur
 cum An-
 tipatro.

nomē a be-
 stiis accepe-
 runt multæ
 familiæ, ut
 Canii, O-
 uii, Gallii,
 Porcii, Asi-
 nii.



cōmentū si-
mile de E-
gestāis Sici-
liæ populis,
Athenien-
ses ad bel-
lum Syracu-
sanum hor-
tātibz, nar-
rat Thucy-
dides lib. 6.
argētum e-
nim non so-
lum, sed a fi-
nitimis po-
pulis com-
modato ac-
ceptum, o-
stentant.

in prætura,
quod indi-
cat oratio
pro Cluen-

toribus posset. quod cum percrebuisset, Pythius
quidam, qui argentariam faceret Syracusis, dixit
uenales quidem se hortos non habere, sed licere ut
Canio, si uellet, ut suis: et simul ad cenā inuitauit
in posterū diem. cum ille promississet, tū Pythius
ut argentarius, qui esset apud omnes ordines gra-
tiosus, piscatores ad se conuocauit, et ab ijs peti-
uit, ut ante suos hortulos postera die piscarentur;
dixitque, quid eos facere uellet. ad cenam tēpore
uenit Canius. opipare paratū erat conuiuium, sym-
barū ante oculos multitudo. pro se quisque, quod
ceperat, afferebat. ante pedes Pythij pisces abij-
ciebantur. tū Canius, quæso, inquit, quid est o Py-
thi, tantum ne piscium? tantū ne cymbarum? et il-
le, quid mirū? inquit: hoc loco est, Syracusis quid
quid est piscium: hic aquatio: hac uilla isti carere
nō possunt. incensus Canius cupiditate, contendit
a Pythio, ut uēderet. grauante ille primo. quid mul-
ta? impetrat: emit homo cupidus, et locuples tan-
ti, quanti Pythius uoluit, et emit instructos: nomi-
na facit: negotium conficit. inuitat Canius postera
die familiares suos: uenit ipse mature: scalmū nul-
lum uidet: quærit ex proximo uicino, nū feris que-
dam piscatorū essent, quōd eos nullos uideret. nul-
le, quod sciā, inquit ille: sed hic piscari nulli solent:
itaq. heri mirabar, quid accidisset. stomachari Ca-
nius: sed quid faceret? non dum enim Aquilius,
cōlega, et familiaris meus, protulerat de dolo ma-
lo formulas. in quibus ipsis, cū ex eo quæreretur,
quid



fset dolus malus; respondebat, cū esset aliud
 utū, aliud actū. hoc quidem sane luculenter,
 nomine perito definiendi. ergo & Pythius,
 nes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi,
 bi, malitiosi sunt. nullum igitur factum eo-
 potest utile esse, cum sit tōt uitijis inquinatū.
 Aquilliana definitio uera est: ex omni uita
 tio, dissimulatioq. tollenda est. ita nec, ut
 melius, nec, ut uendat, quisquam simulabit,
 simulabit uir bonus. atque iste dolus malus
 legibus erat uindicatus; ut tutela XII tab.
 umscriptio adolescentium lege Platoria, et
 e, iudicijs, in quibus, Ex fide bona, ad-
 reliquorum autem iudiciorū hac uerba ma-
 xcellunt, in arbitrio rei uxoria, Melius,
 s.: in fiducia, Ut inter bonos bene a-
 quid ergo? aut in eo, quod melius, æquius,
 est ulla pars inesse fraudis: aut, cum dici-
 er bonos bene agier, quidquam agi dolose,
 litiose potest? dolus autem malus simula-
 t dissimulatione, ut ait Aquilius, contine-
 endum est igitur in rebus contrahendis o-
 ndaciū. non licitatore uenditor, nec, qui
 e liceatur, emptor opponet: uterque, si ad-
 idū uenerit, non plus, quàm semel, eloque
 quidem Scæuola, P. filius, cū postulasset,
 undus, cuius emptor erat, semel indicāre-
 uenditor ita fecisset, dixit se pluris aestima-
 ut centum millia. nemo est, qui hoc uiri bo-

tio. sic & in
 Topicis eū
 appellauit.

perfidia, im-
 probitate,
 malitiā.

uir bonus
 neque simu-
 lat, neque
 dissimulat.

tollendū in
 reb. contra-
 hendis oia-
 ne menda-
 cium.

aestimare-
 tur.



cum re ue-
ra distingui
& disiungi
nō possint.
omnes enī
sapientes
boni sunt.

Scæuola.

malim lege-
re, certe i-
stum.

ni fuisse neget: sapientis negant: ut si minor
quàm potuisset, uendidisset. Hæc igitur est
perniciēs, quòd alios bonos, alios sapientes es-
timant: ex quo Ennius: Nequidquam sapere
pientem, qui sibi ipsi prodesse nequiret. uerū
quidem, si, quid esset prodesse, mihi cum Em-
conueniret. Hecatonem quidem Rhodium,
Scipulum Panætij, uideo in ijs libris, quos de
ficijs scripsit Q. Tuberoni, dicere, sapientis ef-
nihil contra mores, leges, instituta facienter
habere rationem rei familiaris: neque enim
lum nobis diuites esse uolumus, sed liberis, pr-
pinquis, amicis, maximeq. reip. singulorum
nim facultates, & copiae, diuitiae sunt ciuitat-
huic Scæuolæ factum, de quo paullo ante dixi
placere nullo modo potest. etenim omnino sen-
gat facturum compendij sui causa, quod non de-
ceat. huic nec laus magna tribuenda est, nec gra-
tia. Sed siue & simulatio, & dissimulatio di-
lus malus est; per paucae res sunt, in quibus de-
lus iste malus non uersetur: siue uir bonus est
qui prodest, quibus potest, nocet nemini; recte in-
stum uirum bonum non facile reperiemus. Nun-
quam igitur est utile peccare, quia semper
turpe: & quia semper est honestum, uirum bon-
num esse, semper est utile. Ac de iure quidem
prædiorum sancitum est apud nos iure civili, ut
in his uendendis uitia etiam dicerentur, quae na-
ta essent uenditori. nam, cum ex duodecim

bul



is satis esset cautum, ea præstari, quæ essent
 sua nūcupata; quæ qui inficiatus esset, du-
 pnam subiret: a iurisconsultis etiam reti-
 tæ pæna est constituta. quidquid enim inest
 dio uitij, id, statuerunt, si uerâitor sciret,
 nominatim dictum esset, præstari oportere.
 cum in arce augurium augures acturi essent,
 issentque T. Claudium Centimalum, qui æ-
 in Cælio monte habebat, demoliri eas, qua-
 altitudo officeret auspicijs: Claudius proscri-
 , insulam uendidit: emit P. Calpurnius La-
 ius. huic ab auguribus illud idem denuntiatum
 itaque Calpurnius, cum demolitus esset, cogno-
 etq. Claudium ades postea proscripsisse, quàm
 t ab auguribus demoliri iussus, arbitrum il-
 adegit: Quid sibi de ea re facere oport-
 et ex fide bona. M. Cato sententiam dixit,
 us nostri Catonis pater. ut enim ceteri ex patri
 , sic hic, qui illud lumen progenuit, ex filio est
 pinandus. is igitur iudex ita pronuntiauit: cum
 tenundando rem eam scisset, et non pronuntia-
 et, emptori damnum præstari oportere. igitur
 idem bonam statuit pertinere, notum esse em-
 ri uitium, quod nosset uenditor. quod si recte
 iudicauit; non recte frumentarius ille, non recte
 um pestilentium uenditor tacuit. Sed huiusmo-
 eticentiae iure ciuili omnes cōprehendi non pos-
 s; quæ autem possunt, diligenter tenentur. M.
 rius Gratidianus, propinquus noster, C. Ser-

lib. 1. de o-
 ratore..

uide Festū
 in uerbo,
 Arcani, &
 in, Augura-
 culum,

qui se Vti-
 cæ sua ma-
 nu occide-
 rat, ne ser-
 uientem pa-
 triam aspi-
 ceret.



Plin. lib. 9.
c. 54. Valer.
lib. 9. ca. 1.

omnium cō
cessu princi
pes in elo-
quentia. ui-
de in lib. de
claris orat.

philosophi
plus ad bo-
nitatem af-
ferūt, quā
leges.

gio Oratæ uendiderat ædes eas, quas ab eodem
ipse paucis ante annis emerat. hæc Sergio serui-
bant: sed hoc in mancipio Marius non dixerat. au-
ducta res in iudicium est. Oratam Crassus, Grat-
dianum defendebat Antonius. ius Crassus urge-
bat; quod uitium uenditor non dixisset, sciens, id
oportere præstari: æquitatē Antonius; quoniam
id uitium ignotum Sergio nō fuisset, qui illas ædes
uendidisset, nihil fuisse necesse dici; nec eū esse de-
ceptum, qui id, quod emerat, quo iure esset, tene-
ret. quorsum hæc? ut illud intelligas, non placuisse
maioribus nostris astus. sed aliter leges, aliter
philosophi tollunt astutias: leges, quatenus manu-
tenere res possunt: philosophi, quatenus ratione,
et intelligentia. Ratio igitur hoc postulat, ne quid
insidiosè, ne quid simulate, ne quid fallaciter.
Sunt ne igitur insidiæ, tendere plagas, etiam si
excitaturus non sis, nec agiturus? ipsæ enim
feræ, nullo insequente, sæpe incidunt. sic, tu cum
ædes proscribas, tabulam tanquam plagam po-
nas, domum propter uitia uendas, in eam aliquis
incurrat imprudens: hoc quāquam uideo propter
deprauationem consuetudinis neque more turpe
haberi, neque aut lege sanciri, aut iure ciuili; na-
turæ tamen lege sancitum est. societas enim est,
(quod etsi sæpe dictum est, dicendum tamen est
sæpius) latissime quidem quæ pateat, hominum
inter homines; interior eorum, qui eiusdem gen-
tis sunt; propior eorum, qui eiusdem ciuitatis.
itaque



que maiores aliud ius gentium, aliud ius ciuile
 esse uoluerunt. quod enim ciuile, non idem con-
 ius ciuile
 uo gentium; quod autem gentium, idem ciuile
 patet latius
 esse debet. sed nos ueri iuris, germanæq. iusti-
 quā ius gē-
 tium.
 solidam, & expressam effigiem nullam tenc-
 s: umbra, & imaginibus utimur: easq. ipsas
 iam sequeremur. feruntur enim ex optimis
 iuræ principijs, & ueritatis exemplis. nam
 anti uerba illa? Vti ne propter te, fidem
 tuam captus, fraudatus ue sim. quàm
 aurea? Vt inter bonos bene agier o-
 rret, & sine fraudatione. sed, qui sint
 i, & quid sit bene agier, magna quæstio est.
 inctus quidem Scauola Pont. Max. summam
 esse dicebat in omnibus ijs arbitrijs, in qui-
 adderetur, Ex fide bona: fideiq. bonæ
 fidei bonæ
 nomē latif-
 sime ma-
 nat.
 ben existimabat manare latissime, idq. uer-
 in tutelis, societatibus, fiducijs, mandatis,
 ius emptis, uenditis, conductis, locatis: qui-
 uita societas continetur: in his magni esse iu-
 Statuere, præsertim cum in plerisque es-
 iudicia contraria, quid quenque cuique præ-
 oporteret. Quocirca astutia tollendæ sunt,
 malitia, quæ uult quidem uideri se esse pru-
 tiam, sed abest ab ea, distatq. plurimum.
 dentia est enim locata in delectu bonorum,
 malorum; malitia, si omnia, quæ turpia
 mala sunt, mala bonis anteponit. Nec
 in prædijs solum ius ciuile, ductum a natu-
 ra,



in uenditione
ne fraus ex
cluditur.

nulla pñici
es uitæ ma
ior, quàm
in malitia si
mulatio in
telligētia.

Crassum di
uitiis, Hor
tensium e
loquentia.

ra, malitiam, fraudemq. uindicat: sed et in m
cipiorum uenditione uenditorum frau's omnis ex
cluditur. qui enim scire debuit de sanitate, de
ga, de furtis, præstat edicto ædilium. heredu
alia caussa est. Ex quo intelligitur, quoniam iuri,
natura fons sit, hoc secundum naturam esse, ne
minem id agere, ut ex alterius prædetur inscitia
nec ulla pñicies uitæ maior inueniri potest
quàm in malitia simulatio intelligentiæ. ex qua
illa innumerabilia nascuntur: ut utilia cum hone
stis pugnare uideantur. quotus enim quisque re
perietur, qui, impunitate, & ignoratione om
nium proposita, abstinere possit iniuria? pericli
temur, si placet, in ijs quidem exemplis, in quib
bus peccari uulgus hominum fortasse non putat
neque enim de sicarijs, ueneficis, testamentarijs
furibus, peculatoribus hoc loco differendum est
qui non uerbis sunt, & disputatione philosopho
rum, sed uinculis, et carcere castigandi: sed ha
consideremus, quæ faciunt ij, qui habentur boni
L. Minutij Basilij, locupletis hominis, falsum te
stamentum quidam e Græcia Romam attulerunt
quod quo facilius obtinerent, scripserunt heredes
secum M. Crassum, & Q. Hortensium, homi
nes eiusdem ciuitatis pōtentissimos. qui, cum il
lud falsum esse suspicarentur, sibi autem nullius
essent conscij culpæ, alieni facinoris minusculum
non repudiauerunt. quid ergo? satin' hoc est, ut
non deliquisse uideantur? mihi quidē non uidetur.

quam



anquam alterum amicum, alterum non
mortuum. sed cum Basilius M. Satirium, so-
ris filium, nomen suum ferre uoluisset, eumque
uisset heredem; hunc dico patronum agri Pice-
, & Sabini: (o turpem notam temporum il-
lum) non erat æquum, principes ciuitatis rem-
bere, ad Satirium nihil præter nomen perueni-
re. etenim si is, qui non defendit iniuriam, neque
impulsat a suis, cum potest, iniuste facit, ut in
primo libro disserui: qualis habendus est is, qui
non modo non repellit, sed etiam adiuuat iniu-
riam? mihi quidem etiam ueræ hereditates non
prestantur, si sint malitiosis blanditijs of-
fensorum, non ueritate, sed simulatione quæsitæ.
et qui in talibus rebus aliud utile interdum, aliud
onestum uideri solet: falso: nam eadem utilita-
s, quæ honestatis, est regula. qui hoc non præ-
sterit, ab hoc nulla fraus aberit, nullum faci-
lis. sic enim cogitans; est istud quidem honestum,
sed hoc expedit; res a natura copulatas au-
dit errore diuellere: qui fons est fraudum, ma-
liciorum, scelerum omnium. itaque si uir bo-
nus habeat hanc uim, ut, si digitis concrepuit,
sit in locupletium testamenta nomen eius irre-
re, hac uim non utatur, ne si exploratum quidẽ
habeat, id omnino neminem unquam suspicatu-
m. at si dares hanc uim M. Crasso, ut digitorum
percussione heres posset scriptus esse, qui re uera
non esset heres; in foro, mihi crede, saltaret. ho-
mo

Hortensius,
cuius mor-
tem deplo-
rat in libri
proœmio,
qui inscribi-
tur Brutus.

testamento
legatæ: cum
illa, proxi-
me nomi-
nata, uera
non fuerit.

præ gaudio,
ut pote qui
summum bo-



num non
in honesto,
sed in diui-
tiis, opi-
busq. po-
neret.

uir bonus
qualis esse
debeat.

bonitas e-
tiam apud
rusticos lau-
dem habet.

mo autem iustus, & is, quem sentimus uir-
bonum, nihil cuiquam, quod in se transferat
trahet. hoc qui admiratur, is se, quis sit uir-
nus, nescire fatetur. At uero, si quis uoluit
animi sui complicatam notionem euoluere, ut
se ipse doceat, eum uirum bonum esse, qui pro
quibus possit; noceat nemini, nisi lacessitus ini-
ria. quid ergo? hic non noceat, qui quodam qua-
si ueneno perficiat, ut ueros heredes moueat
eorum locum ipse succedat? Non ergo faciat,
xerit quis, quod utile sit, quodq. expediat? Im-
mo intelligat, nihil nec expedire, nec utile esse
quod sit iniustum. hoc qui non didicerit, bonum
esse non poterit. Fimbriam consularem, aude-
bam de patre nostro puer, iudicem M. Luta-
Pythiae fuisse, equiti R. sane honesto, cum is spoli-
fionem fecisset, Ni bonus uir esset: itaque
dixisse Fimbriam, se illam rem nunquam iudica-
turum: ne aut spoliaret fama probatum hominem
si contra iudicasset; aut statuisse uideretur uirum
bonum aliquem esse, cum ea res innumerabili-
bus officiis, et laudibus contineretur. Huic igitur
uiro bono, quem Fimbria etiam, non modo Socrates,
nouerat, nullo modo uideri potest quidquam
esse utile, quod non honestum sit. itaque
lis uir non modo facere, sed ne cogitare quidem
quidquam audebit, quod non audeat praedicare.
hac, non ne est turpe, dubitare philosophos, qui
ne rustici quidem dubitent? a quibus natum



quod iam tritum est uetustate prouerbum. cū
 fidem alicuius, bonitatemq. laudant, dignū
 licunt, quicum in tenebris mices. hoc quam
 t uim, nisi illam, nihil expedire, quod non
 ut, etiam si id possis nullo refellente obtinere?
 s ne igitur hoc prouerbio, neque Gygi illi pos
 niam dari, neque huic, quem paullo ante fin
 m digitorum percussione hereditates omniū
 ad sese conuertere? ut enim, quod turpe est,
 amuis occultetur, tamen honestum fieri nū
 ndo potest: sic, quod honestum non est, id
 ut sit, effici non potest, aduersante etiam, et
 gnante natura. At enim, cum permagna
 pia sunt, est caussa peccandi. C. Marius, cum
 consulatus longe abesset, & septimū an
 post praturam iaceret, neque petiturus un
 consulatum uideretur, Q. Metellum, cu
 gatus erat, summum uirum, & ciuem, cum
 imperatore suo, Romam missus esset, apud
 lum R. criminatus est, bellum illud produ
 si se consulem fecissent, breui tempore aut
 m, aut mortuum Iugurtham se in potestate
 li R. redacturum. itaque factus est ille qui
 consul, sed a fide, iustitiaq. discessit, qui opti
 , & grauissimum ciuem, cuius legatus, &
 missus esset, in inuidiam falso crimine addu
 . Nec noster quidem Gratidianus officio bo
 i functus est tum, cum prator esset, colle
 q. pratorium tribuni pl. adhibuissent, ut ros
 numma-

cum a con
 sulatu bien
 nio tantum
 pratura le
 gibus dista
 ret.



pretiū mo-
netē neque
aureā, ne-
que argen-
teā confi-
ſcebat.

nummaria de communi ſententia conſtitueretur.
iaſtabatur enim temporibus illis nummus, ſic, ut
nemo poſſet ſcire quid haberet. conſcripſerunt
communitè ediſtum cum pœna, atque iudiciis,
conſtitueruntque, ut omnes ſimul in Roſtra poſt
meridiem deſcenderent. et ceteri quidem alius a-
liò: Marius a ſubſelljs in Roſtra recta: idque,
quod communitè compoſitum fuerat, ſolus edi-
xit. & ea res, ſi quæris, ei magno honori fuit:
omnibus vicis ſtatue factæ ſunt: ad eas thus, &
cerei. quid multa? nemo unquam multitudini
fuit carior. Hæc ſunt, quæ conturbant homines
in deliberatione non nunquam, cum id, in quo
uiolatur æquitas, non habetur ita magnū; il-
lud autem, quod ex eo paritur, permagnū vi-
detur: ut Mario præripere collegis, & tribuni
pl. popularem gratiam, non ita turpe; conſulem
ob eam rem fieri, quod ſibi tunc propoſuerat, ut
de utile uidebatur. Sed omnium una regula eſt,
quam cupio tibi eſſe notiſſimam: aut illud, quod
utile uidetur, turpe ne ſit: aut, ſi turpe eſt, ne
uideatur eſſe utile. Quid igitur? poſſumus ne aut
illū Marium uirum bonum iudicare, aut hunc?
explica, atque excute intelligentiam tuam, ut
uideas, quæ ſit in ea ſpecies, forma, & notio ui-
ri boni. Cadit ergo in uirum bonum mentiri emol-
lumentis ſui cauſſa, criminari, præripere, falle-
re? nihil proſecto minus. Eſt ergo ullā res tanti,
aut commodum ullum tam expetendum, ut uiri
boni

qui crimi-
natus eſt Q.
Metellū ſpe
conſulatus
adipiſcēdi.



& splendorem, & nomen amittas? quid est,
 id afferre tantum utilitas ista, quæ dicitur,
 ut, quantum auferre, si boni uiri nomen eri-
 rit, fidem, iustitiamq. detraxerit? quid enim
 rest, utrum ex homine se conuertat quis in
 bestiam, an in hominis figura immanitatem ge-
 bellæ? Quid, qui omnia recta, & honesta
 ligunt, dummodo potentiam consequantur;
 nec id faciunt, quod is, quæ etiam socerum ha-
 buiuit eum, cuius ipse audacia potens esset?
 enim uidebatur plurimum posse alterius in-
 iuriæ: id quàm iniustum in patriam, quàm inuti-
 lum, quàm turpe esset, non uidebat. ipse autem
 in ore semper Gracos uersus Euripidis de-
 missis habebat: quos dicam, ut potero; in-
 uenite fortasse, sed tamen ut res possit intelligi:
 Nam si uiolandum est ius, regnandi gratia
 uiolandum est: alijs rebus pietatem colas.
 talis Eteocles, uel potius Euripides, qui id
 in solum, quod omnium sceleratissimum fue-
 rit excēperit. Quid igitur minuta colligimus,
 mendaces, mercaturas, uenditiones fraudulen-
 tes ecce tibi, qui rex populi R. dominusq. om-
 nium gentium esse concupierit, idq. perfecit.
 cupiditatē si quis honestam esse dicit, amens
 probat enim legum, & libertatis interitum,
 omniq. oppressionem tetram, & detestabilem,
 iustam putat. qui autem fateatur, honestum
 esse, in ea ciuitate, quæ libera fuit, quæq. esse
 debeat,

Pompeium
 carpit, qui
 ut augeret
 potentiam
 suam, Cæsa-
 ris filiā du-
 xit uxore.

Suetonius
 in Iulio.

senarii iam
 bici.

in pietate
 colenda.



antea quo-
que in hoc
libro utrum
que conuen-
xit.

Casari.

gratiam, &
gloriam ty-
rannicidæ
consequun-
tur.

debeat, regnare, sed ei, qui id facere possit, esse
utile; qua hunc obiurgatione, aut quo potius co-
uicio a tanto errore coner auertere? potest enim
dij immortales, cuiquam esse utile fœdissimum
& tēterrimum paricidium patriæ, quamuis, &
qui se obstrinxerit, ab oppressis ciuibus parens ni-
minetur? honestate igitur dirigenda utilitas est,
& quidem sic, ut hæc duo uerba inter se discrepa-
re, sed tamen unum sonare uideantur. Nunc
abeo ad uulgi opinionem. Quæ maior utilitas,
quàm regnandi, esse possit? nihil contra inutilius
ei, qui id iniuste consecutus sit, inuenio, cum
ueritatem cœpi reuocare rationem. possunt enim
cuiquam esse utiles angores, sollicitudines, diurni
& nocturni metus, uita insidiarū periculorumq.
plenissima? Multi iniqui, atque infideles regno,
pauci boni sunt, inquit Attius: at cui regno? quod
a Tantalo, & Pelope proditum iure obtineba-
tur. nam quanto plures ei rēgi putas, qui cum
exercitu populi R. populum ipsum Romanum
oppressisset, ciuitatemq. non modo liberam, sed
etiam gentibus imperantem seruire sibi cogisset
hunc tu quas conscientiaē labe in animo censes ha-
buisse? quæ uulnera? cuius autem uita ipsi potest
utilis esse, cum eius uitæ ea condicio sit, ut, qui
illam eripuerit, in maxima grātia futurus sit, &
gloria? Quòd si hæc utilia non sunt, quæ maxi-
me uidentur, quia plena sunt dedecoris, ac turpi-
tudinis: satis persuasum esse debet, nihil esse utile,
quod



od non honestum sit. quanquam id quidem cum
 re alias, tum Pyrrhi bello a C. Fabricio consu-
 terum, & a senatu nostro iudicatum est. cum
 rex Pyrrhus populo R. bellum ultro intu-
 et; cumq. de imperio certamen esset cum rege
 auroso, ac potente; perfuga ab eo uenit in ca-
 stra Fabricij, cuiq. est pollicitus, si præmium ei
 proposuisset, se, ut clam uenisset, sic clam in Pyr-
 castra rediturum, & cum ueneno necaturum.
 ac Fabricius reducendum curauit ad Pyrrhum:
 eius factum a senatu laudatum est. atqui, si
 ciem utilitatis, opinionemq. quærimus; ma-
 ximum illud bellum perfuga unus, & grauem ad-
 sarium imperij sustulisset: sed magnum dede-
 rit, & flagitium, quicum laudis certamen fuisset,
 non uirtute, sed scelere superatum. Vtrum
 utrius utilius uel Fabricio, qui talis in hac urbe,
 uel Aristides Athenis, fuit; uel senatui no-
 bis, qui nunquam utilitatem a dignitate seiun-
 gimus, armis cum hoste certare, an uenenis? si glo-
 ria causa imperium expectandum est: scelus ab-
 in quo non potest esse gloria. sin ipsæ opes ex-
 untur quoquo modo: non poterunt esse utiles
 infamia. Non igitur utilis illa L. Philippi,
 filij, sententia: quas ciuitates L. Sylla, pecu-
 nias acceptas, ex S. C. liberauisset, ut eæ rursus
 regales essent, neque ijs pecuniam, quam pro
 tate dedcrant, redderemus. est ei senatus
 sus. turpe imperio. piratarum enim melior
 L fides,

medicus
 Pyrrhi, ut
 ab aliis tra-
 ditum est.

opes cū in-
 famia nun-
 quā utiles.



imperium
fulcitur glo-
ria, & bene-
uolentia so-
ciorum.

equitum,
& senatus,
quorū dis-
sensionis fra-
ctæ sunt o-
pes reip.

cum tamen
præstet cū
uiuere, qui
sit utilior
reip.

fides, quàm senatus. At aucta uectigalia: utile
igitur. Quousque audebunt dicere, quidquam u-
tile, quod non honestum? potest autem ulli im-
pério, quod gloria debet fultum esse, & beneuo-
lentia sociorum, utile esse odium, et infamia? ego
etiam cum Catone meo sæpe dissensi. nimis enim
mihi uidebatur præfraete ærarium, uectigaliaq.
defendere; omnia publicanis negare, multa so-
cijs: cum in hos benefici esse deberemus, cum illis
sic agere, ut cum colonis nostris soleremus: eoq.
magis, quod illa ordinem coniunctio ad salutem
reip. pertinebat. Male etiam Curio, cum caus-
sam transpadanorum æquam esse dicebat; semper
autem addebat, Vincat utilitas. potius diceret,
non esse æquam, quia non esset utilis reip. quàm,
cum æquam esse diceret, non esse utilem fateretur.
Plenus est sextus liber de officijs Hecatonis
talium questionum, sit ne boni uiri, in maxima
caritate annonæ familiam non alere. in utraque
partem disputat: sed tamen ad extremum utilita-
te putat officium dirigi magis, quàm humanita-
te. Querit, si in mari iactura facienda sit, equi-
ne pretiosi potius iacturam faciat, an seruuli milis.
hic aliò res familiaris, aliò ducit humanitas. Si
tabulam de naufragio stultus arripuerit, extor-
quebit ne eam sapiens, si potuerit? negat; quia
sit iniurium. Quid dominus nauis? eripiet ne
suum? minime, non plus, quàm si nauigantem
in altum eijcere de navi uelit, quia sua non sit.

quod



Ad enim peruentum sit eò, quò sumpta nauis
 non domini est nauis, sed nauigantium. Quid,
 una tabula sint duo naufragi, hiq. sint sapien-
 tibus sibi ne uterque rapiat, an alter cedat alteri?
 uero, sed ei, cuius magis intersit uel sua, uel
 causa uiuere. quid, si hæc paria in utroque?
 erit certamen; sed, quasi in sorte, aut in
 uictus, alteri cedit alter. Quid, si pater
 expilet, cuniculos agat ad ærarium, indicet
 magistratibus filius? nefas id quidem est:
 etiam defendat patrem, si arguatur. non
 patria præstat omnibus officijs? immo uero:
 patriæ conducit, pios habere ciues in pa-
 tria. Quid, si tyrannidem occupare, si patriam
 re conabitur pater, filebit ne filius? immo
 obsecrabit patrem, ne id faciat: si nihil pro-
 accusabit, minabitur etiam: ad extremum,
 uerniciem patriæ res spectabit, patriæ salu-
 tateponet salutem patris. Quærit etiam, si
 adulteros nummos accipiet imprudens
 mis, cum id rescierit, soluturus ne sit eos, si
 beat, pro bonis. Diogenes ait, Antipater
 cui potius assentiôr. Qui uinum fugiēs uen-
 ens, debeat ne dicere? nõ necesse putat Dio-
 Antipater uiri boni existimat. Hæ sunt
 controuersie in iure Stoicorum. In manci-
 pendo, dicenda ne uitia? non ea, quæ nisi
 , redhibeatur Mancipium iure ciuili: sed
 mendacem esse, aleatorem, furacem, ebrio-

reprehēdet.
 non enī hoc
 loco est, ac-
 cusare ad iu-
 dices.

cui etiā su-
 pra assen-
 sus est de
 Rhodio fru-
 mentario.



pacta, &
promissa in
terdum nō
seruanda.

contra uti-
litatem.

contra pro-
missa.

sum, alteri dicenda uidentur, alteri non dicenda
si quis aurum uendens, aurichalcum se putat uen-
dere, indicet ne ei uir bonus aurum illud esse
emat denario quod sit millenarium? Perspicuum
iam est, & quid mihi uideatur, & quæ sit inter
eos philosophos; quos nominavi, controuersi
Pacta, & promissa semper ne seruanda sint, quod
nec ui, nec dolo malo, ut prætores solent dicere
facta sint? Si quis medicamentum cuiuspiam dedi-
rit ad aquam intercutem; pepigeritque, nec
medicamento unquam postea uteretur: si eo
medicamento sanus factus fuerit, & annis aliquot
post inciderit in eundem morbum, nec ab eo, qui
cum pepigerat, impetret, ut item eo liceat
quid faciendum sit, cum sit is inhumanus, qui
concedat uti, nec ei quidquam fiat iniuriæ? unde
& saluti consulendum est. Quid, si quis sapiens
rogatus sit ab eo, qui eum heredem faciat, cum
ei testamento sestertium millies relinquatur, ut
te quam hereditatem adeat, luce palam in foro
saltet, idque se facturum promiserit, quod aliter
eum heredem scripturus ille non esset: faciat
quod promiserat ille, nec ne? promisisse nolent
& id arbitror fuisset grauitatis: sed quoniam pro-
misit, si saltare in foro turpe ducet, honestius me-
tietur, si ex hereditate nihil ceperit: nisi forte co-
pecuniam in reip. magnum aliquod tempus co-
tulerit, ut, uel saltare eum, cum patriæ, conside-
rus sit, turpe non sit. Ac ne illa quidem promissa
seruanda



inda sunt, quæ non sunt ijs ipsis utilia, qui-
 la promiseris. Sol Phaetonti filio (ut redea-
 ad fabulas) facturum se esse dixit, quidquid
 set: optauit, ut in currum patris tolleretur:
 tus est insanus: ante quàm conlittit, ietu ful-
 deflagrauit. quanto melius fuerat in hoc
 issimum patris non esse seruatum? Quid, quòd
 us exegit promissum a Neptuno? cui cum
 ptiones Neptunus dedisset, optauit interi-
 Hippolyti filij sui, cum is patri suspectus es-
 nouerca; quo optato impetrato, Theseus Phædra,
 ximis fuit luctibus. Quid Agamemnon?
 suouisset Diana, quod in suo regno pulcher
 n natum esset illo anno, immolauit Iphige-
 qua nihil erat eo quidem anno natum pul-
 . promissum potius nōn faciendum, quàm
 trum facinus admittendum fuit. Ergo &
 issa non facienda nō nunquam. Neque sem-
 posita reddenda sunt. Si gladium quis apud
 mentis deposuerit, repetat insaniens; red-
 peccatum sit; non reddere, officium. Quid,
 ui apud te pecuniam deposuerit, bellum in-
 atriæ, reddes ne depositum? non, credo:
 enim contra remp. quæ debet esse carissima.
 alta, quæ natura honesta uidentur esse, tē-
 s fiunt non honesta. facere promissa, stare
 tis, reddere deposita, commutata utilita-
 non honesta. Ac de ijs quidem, quæ ui-
 esse utilitatis contra iustitiam simulatione

contra pro-
missa.

honestæ tē-
porib^{us} per-
turbantur,
fiuntq. nō
honestæ.



CICERONIS

prudentiæ, satis, arbitror, dictum. Sed quoniam
a quattuor fontibus honestatis primo libro offu-
duximus, in eisdem uersabimur, cum docebimur
ea, quæ uidentur esse utilia, neque sunt, quæ
sint uirtutis inimica. Ac de prudentia quidem
quam uult imitari malitia; itemq. de iustitia, quæ
semper est utilis, disputatum est. Reliquæ sunt
duæ partes honestatis: quarum altera in animi
excellentiæ magnitudine, & præstantia cernitur
altera in conformatione, & moderatione continen-
tiæ, & temperantiæ. Vtile uidebatur Vlysses
(ut quidam poetæ tragici prodiderunt: nam quod
Homerum, optimum auctorem, talis de Vlysses
nulla suspicio est) sed insimulant eum tragediarum
simulatione insaniæ militiam subterfugere uolu-
isse. non honestum consilium. At utile (ut aliquis
fortasse dixerit) regnare, & Ithacæ uiuere
se cum parentibus, cum uxore, cum filio. Vult
tu decus in quotidianis periculis, et laboribus cum
tranquillitate hac conferendum putas? ego uero
istam contemnendam, & abijciendam; quæ
niam, quæ honesta non sit, ne utilem quidem
esse arbitror. Quid enim auditurum putas fuisse
se Vlysses, si in illa simulatione perseuerasset
qui, cum maximas res gesserit in bello, tam
hæc audiuit ab Aiace:

aggreditur
de fortitu-
dine.

tranquilli-
tatem.

Senarii iam
bici.

cū reliquis
Græcis.

Cuius ipse princeps iurisiurandi fuit,
Quod omnes scitis, solus neglexit fidem:
Furere assimulauit: ne cōiret, institit.



Quòd ni Palamedis perspicax prudentia
 Istius percepisset malitiosam audaciam ;
 Fides sacrata ius perpetuo falleret .
 uero nò modo cum hostibus, uerum etiam cum
 Elibus , id quod fecit , dimicare melius fuit,
 am deserere consentientem Græciam ad bellū
 barbaris inferendum. Sed dimittamus et fabulās,
 externa : ad rem, factaq. ueniamus. M. Ati-
 s Regulus, cum consul iterum in Africa ex in-
 ijs captus esset, duce Xantippo Lacedamonio,
 peratore autem patre Annibalis Amilcare,
 ratus missus est ad senatum, ut, nisi redditi es-
 set Pœnis captiui nobiles quidam, rediret ipse
 Carthaginem. is, cum Romam uenisset, utilita-
 tem speciem uidebat : sed eam, ut res declarat, fal-
 sè indicauit : quæ erat talis, manere in patria,
 in domi suæ cum uxore, cum liberis ; quam ca-
 nitatem acceperat in bello, communem fortu-
 nâ bellicæ iudicantem tenere consularis dignitatis
 adum. quis hac neget esse utilia ? quid censes ?
 magnitudo animi, et fortitudo negat. an locuple-
 tes quæris ciuiles ? harum enim est uirtutū
 proprium nil extimescere, omnia humana despi-
 cere, nihil, quod homini accidere possit, intole-
 radum putare. itaque quid fecit ? in senatum ue-
 nit : mandata exposuit : sententiam ne diceret,
 recusauit : quàm diu iureiurando hostium tenere
 se, non esse se senatorem. atque illud etiam :
 stultum hominem, dixerit quispiam, et repu-

non enim
 hoc de Vlyse
 se uerū pu-
 tabat, nec
 omnia de
 bello Troja
 pro cer-
 tis habeban-
 tur.

quàm eni-
 m magni-
 tudinem, &
 fortitudinē.



gnantem utilitati suæ) reddi captiuos, negauit esse utile: illos enim adolescentes, & bonos duces, se iam confectum senectute. Cuius cum ualuisse auctoritas, captiui retenti sunt, ipse Carthaginē rediit, neque eum caritas patriæ retinuit, nec suorum. neque uero tum ignorabat, se ad crudelissimum hostem, & ad exquisita supplicia proficisci: sed iusiurandum conseruandum putabat. itaque tum, cum uigilando necabatur, erat in meliore causa, quam si domi senex, captiuus, periurus, et consularis remansisset. At stulte, qui nō modo non censuerit captiuos remittendos, uerum etiam dissuaserit. quo modo stulte? etiam ne, si reip. conducebat? potest autem, quod inutile reip. sit, id cuiquam ciui utile esse? peruertunt homines ea, quæ sunt fundamenta naturæ, cum utilitatem ab honestate seiungunt. omnes enim expetimus utilitatem, ad eamq. rapimur; nec facere aliter ullo modo possumus. nam quis est, qui utilia fugiat? aut quis potius, qui ea non studiofissime persequatur? sed quia nusquam possumus, nisi in laude, decore, honestate, utilia reperire; propterea illa prima, & summa habemus, utilitatis nomen non tam splendidum, quam necessarium ducimus. Quid est igitur, dixerit quis, in iureiurando? num iratum timemus Iouem? at hoc quidem commune est omnium philosophorū, non eorū modo, qui deum nihil habere ipsum negotij dicunt, & nihil exhibere alteri, sed eorū etiam,

felicior erat: siquidē ex honesto felicitas puenit.

utilitas ubi sit.

Epicureos intelligit.



tiam, qui deum semper agere aliquid, & moliri
volunt, nunquā nec irasci deum, nec nocere. quid
utem iratus Iupiter plus nocere potuisset, quā
ocuit sibi ipsi Regulus? nulla igitur vis fuit reli-
gionis, quæ tantam utilitatem peruerteret. An,
& turpiter faceret? primū minimā de malis. num debemus
igitur tantum mali turpitudine ista habebit, quan- eligere,
tum ille cruciatus? deinde illud etiā apud Attiū,
registi ne fidem? neque dedi, neque do infideli
cuiquam,
tanquam ab impio rege dicitur, luculente tamē
citur. Addunt etiam: quemadmodum nos dica-
us, uideri quadam utilia, quæ non sint; sic se di-
re, uideri quadā honesta, quæ non sint: ut hoc
sum uidetur honestum, conseruandi iurisiurandi
iussa ad cruciatum reuertisse, sed fit nō honestū,
ia, quod per uim hostium esset actum, ratū esse
n debuit. Addunt etiam, quidquid ualde utile
, id fieri honestū, etiam si antea non uideretur.
ec fere contra Regulum. sed prima uideamus.
on fuit Iupiter metuendus, ne iratus noceret,
ia neque irasci solet, neque nocere. hac quidem
io non magis contra Regulum, quā contra o-
e iusiurandum ualet. sed in iureiurando, non
metus, sed quæ uis sit, debet intelligi. est e-
iusiurandum affirmatio religiosa. quod autē
rmate, quasi deo teste, promiseris, id tenen-
n est. iam enim non ad iram deorum, quæ
la est, sed ad iustitiam, & ad fidem pertinet.

nam

ut philoso-
phi omnes
affirmant.



nam præclare Ennius,

censurium
intelligit.

erat enim
consularis.

ut Stoici.

ut peripate-
tici.

seruanda si-
des etiã in-
fidei.

O sides alma, apta pinnis, et iusiurandũ Iouis.
qui igitur iusiurandum uiolat, is fidem uiolat: quã
in Capitolio uicinam Iouis Optimi Maximi, ut in

Catonis oratione est, maiores nostri esse uolue-
runt. At enim ne iratus quidem Iupiter plus
Regulo nocuisset, quã sibi nocuit ipse Regulus.
certe, si nihil malum esset, nisi dolere. id autem
non modo non summum malum, sed nec malum
quidem esse, maxima auctoritate philosophi affir-
mant. quorum quidem testem non mediocre, sed
haud scio an grauissimum, Regulum nolite,
quãso, uituperare. quem enim locupletigrem

querimus, quã principem recip. qui, retinendi
officij causa, cruciatum subierit uoluntarium?

Nam, quod aiunt minima de malis, id est ut tur-
piter potius, quã calamitose: an est ullum ma-
ius malum turpitudine? quã si in deformitate cor-
poris habeat aliquid offensionis, quanta illa depra-
uatio, & scditas turpificati animi debet uideri?

itaque, neruosius qui ista differunt, solum au-
dent malum dicere id quod turpe sit: qui autem
remissius, hi tamen non dubitant summum ma-
lum dicere. nam illud quidem,

Neque dedi, neque do fidem infideli cuiquam,
iccirco recte a poeta dicitur, quia, cum tractare-
tur Atreus, personæ seruiendum fuit. sed si hinc
sibi sumunt, nullam esse fidem, quã infideli data
sit: uideant, ne queratur latebra periurio. Est

autem



autem etiam ius bellicū, fidesq. iurisiurandi saepe
hosti seruanda. quod enim ita iuratum est, ut
mens deferentis conciperet fieri oportere, id obser-
uandum est: quod aliter, id si non feceris, nullum
periurium est: ut, si praedonibus pactum pro ca-
uite pretium non attuleris, nulla fraus est, ne si
iuratus quidem id non feceris. nam pirata non est
ex perduellium numero definitus, sed communis
hostis omnium. cum hoc non fides esse debet, nec
iurandum commune. non enim, falsū iura-
re, perierare est: sed, quod ex animi tui sententia
iuraueris, sicut uerbis concipitur, more nostro,
id non facere, periurium est. scite enim Euripides,

non ex ani-
mi senten-
tia.

Iurani lingua, mentem iniuratum gero.
Regulus uero non debuit condiciones, pactionesq.
bellicas, & hostiles perturbare periurio. cum iu-
ro enim, & legitimo hoste res gerebatur: aduer-
sus quem & totum ius faeciale, & multa sunt iu-
ra communia. quod ni ita esset, nunquam claros
uiros senatus uinctos hostibus deditisset. At ue-
ro T. Meturius, & Sp. Postumius, cum iterum
consules essent, quia, cum male pugnatum apud
Caudium esset, legionibus nostris sub iugum mis-
is, pacem cum Samnitibus fecerant, dediti sunt
eis: iniussu enim populi, senatusq. fecerant. eo-
rumq. tempore T. Numitius, Q. Melius, qui
tribuni pl. erant, quod eorum auctoritate
rex erat facta, dediti sunt, ut pax Samnitum re-
pudiaretur. atque huius deditiois ipse Postu-
mius,

senarius in
Hippolyto.

cum scum
est de Sam-
nitum pace
repudianda,



non cum fa-
cta pax est.
nam extra
urbem esse
nisi per u-
num diem,
tribunis pl.
nō licebat.

mius, qui debebatur, suāsor, & auctor fuit, quod item multis annis post C. Mancinus: qui, ut Numantinis, quibuscum sine senatus auctoritate fœdus fecerat, dederetur, rogationem suāsit eam, quam L. Furius, & Sex. Atilius ex S. C. ferebant: qua accepta, est hostibus deditus. Honestius hic, quā Q. Pompeius: quo, cum in eadem causā esset, deprecante, accepta lex non est. hic ea, quæ uidebatur, utilitas plus ualuit, quā honestas: apud superiores utilitatis species falsa, ab honestatis auctoritate superata est. At non debuit ratum esse, quod erat actū per uim. Quasi uero forti uiro uis possit adhiberi. Cur igitur ad senatum proficiscebatur, cum præsertim de captiuis dissuasurus esset? Quod maximum in eo est, id reprehenditis. non enim suo iudicio stetit, sed suscepit causam, ut esset iudicium senatus: cui nisi ipse auctor fuisset, captiui profecto Pœnis redditi essent. ita incolumis in patria Regulus restitisset. quod quia patriæ non utile putauit, iccirco honestum sibi & sentire illa, & pati credidit. Nam quod aiunt, quod ualde utile sit, id fieri honestum: immo uero, esse, non fieri. est enim nihil utile, quod idem non honestum: nec, quia utile, honestum est; sed, quia honestum, utile. quare ex multis mirabilibus exēplis haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius, aut præstantius. Sed ex tota hac laude Reguli, unum illud est admiratione dignum, quod captiuos retinendos

cen-



consuerit . nam quòd redijt , nobis nunc mirabile videtur , illis quidem temporibus aliter facere nò potuit . itaque ista laus non est hominis , sed temporum . nullum enim uinculum ad adstringendam eadem iureiuratio maiores arctius esse uoluerunt . et indicant leges in Duodecim tabulis , indicant sacra , indicant fœdera , quibus etiam cum hoste leuincitur fides ; indicant notationes , animaduersionesq. censorum , qui nulla de re diligentius , uàm de iureiurando , iudicabant . L. Manlio , M. filio , cum dictator fuisset , M. Pomponius tribunus pl. diem dixit , quòd is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidisset . criminabatur etiam , quòd Titum filium , qui Torquatus postea est appellatus , ab hominibus relegasset , & exiliari habitare iussisset . quod cum audiisset adolescens filius , negotium exhiberi patri ; accurrens . Romam , & prima luce Pomponij domum uenisse dicitur . cui cum esset nuntiatum ; quòd illum ad se aliquid contra patrem artraretur , surrexit e lectulo , remotisq. arbitris se adolescentem iussit uenire . at ille , ut ingressus est , confestim gladium distinxit , iurauitq. se rem statim interfectorum , nisi iusiurandum sibi reddisset , se patrem missum esse facturum . iurat hoc terrore coactus Pomponius : rem ad populum detulit : docuit , cur sibi a causa desistere cesse esset : Manlium missum fecit . tantum temeribus illis iusiurandum ualebat . atque hic T. Manlius

iusiurandū
uinculū ar-
ctissimū ad
adstringen-
dam fidē .

hic postea
filium suū
interfici ius-
sit , quòd
præter mā-
datum cum
hoste con-
fluxisset .



Manlius is est, qui ad Anienem Gallo, quem ab eo prouocatus occiderat, torque detracto, cognomen inuenit: cuius tertio consulatu Latini ad Vesperim fusi, & fugati: magnus uir in primis: et qui nuper indulgens in patrem, idem acerbus, et seuerus in filium. Sed ut laudandus Regulus in conseruando iureiurando; sic decem illi, quos post Cānensem pugnam iuratos ad senatum misit Annibal, in castra redituros ea, quorum erant potiti Pœni, nisi de redimendis captiuis impetrassent, si non redierunt, uituperandi. de quibus non omnes nouo modo. nam Polybius, bonus auctor in primis, scribit, ex decem nobilissimis, qui tunc erant missi, nouem reuertisse, a senatore non impetrata: unum ex decem, qui paullo post, quàm egressus erat e castris, redisset, quasi aliquid esset oblitus, Romæ remansisse. reditu enim in castra, liberatum se esse iureiurando interpretabatur: non recte: fraus enim distringit, non dissoluit periurium. fuit igitur stulta calliditas, peruerse imitata prudentiam. itaque decreuit senatus, ut ille ueterator, & callidus uinctus ad Annibalem duceretur. Sed illud maximum. octo hominum millia tenebat Annibal, non quos in acie cepisset, aut qui periculo mortis diffugissent, sed qui relictæ in castris fuissent a Paulo, & Varrone consulibus. eos senatus non censuit redimendos, cum id parua pecunia fieri potuisset: ut esset insitum militibus nostris aut uincere, aut emori.

maxime dignus cui aliquid narrati fides habeatur.

Romanis militibus in-

qua



quidem re audita, fractum animum Annicæ
 scribit idem, quod senatus, populusq. R.
 us afflicti tam excelso animo fuisset. Sic ho-
 ratis comparatione ea, quæ uidentur utilia,
 untur. Atilius autem ille, qui grace scripsit
 priam, plures ait fuisse, qui in castra reuer-
 unt, eadem fraude, ut iureiurando liberaren-
 ; eosq. a censoribus omnibus ignominijs nota-
 Sit iam huius loci finis: perspicuum est enim,
 timido animo, humili, demisso, fractoq.
 , quale fuisset Reguli factum, si aut de ca-
 is, quod ipsi opus esse uideret, non quod reip.
 uisset, aut domi remanere uoluisset, non esse
 ia, quia sunt flagitiosa, fœda, & turpia. Re-
 quarta pars, quæ decore, moderatione, mo-
 a, continentia, temperantia continetur. Po-
 gitur quidquam esse utile, quod sit huic ta-
 uirtutum choro contrarium? atqui ab Ari-
 o Cyrenæici, atque Annicærij philosophi no-
 ti, omne bonum in uoluptate posuerunt; ab Annice-
re philoso-
pho.
 temq. censuerunt ob eam rem esse laudan-
 quod efficiens esset uoluptatis. quibus obso-
 , floret Epicurus, eiusdem fere adiutor, au-
 sententiæ. cum his, uelis equisq. (ut dici-
 si honestatem tueri, ac retinere sententia
 decertandum est. nam si non modo utilitas,
 ta omnis beata, corporis firma cōstitutio-
 iusq. constitutionis spe explorata, ut a Me-
 ro scriptum est, continetur: certe hac utili-
 tas,

fitum, aut
 uincere, aut
 mori.

turpia non
 sunt utilia.

ab Annice-
re philoso-
pho.



alii legunt,
intelligitur.
utrūque sen-
tentiam ali-
quam ha-
bet.

non progre-
ditur eius
ratio, impe-
dientis re-
tinetur, ut
aqua.

tas, & quidem summa, (sic enim censent) cum
honestate pugnabit. nam ubi primum prudentia
locus dabitur? an, ut conquirat undique suavitates?
quàm miser uirtutis famulatus seruientis uoluptati?
quod autem munus prudentia? an lege-
re intelligenter uoluptates? fac nihil isto esse in-
cundius: quid excogitari potest turpius? Iam, qui
dolorem summum malum dicat, apud eum quem
habet locum fortitudo, quæ est dolorum, labo-
rumq. contemptio? quamuis enim multis in locis
dicat Epicurus, sicut hic dicit, satis fortiter de do-
lore: tamen non id spectandum est, quid dicat,
sed quid consentaneum sit ei dicere, qui bona uo-
luptate terminauerit, mala dolore: ut si illum
audiam de continentia, & temperantia: dicit il-
le quidem multa multis locis: sed aqua hæret, ut
aiunt: nam quo modo potest temperantiam lau-
dare is, qui ponat summum bonum in uoluptate?
est enim temperantia libidinum inimica, libidi-
nes autem confectatrices uoluptatis. Atque in
his tamē tribus generibus, quoquo modo possunt,
non incallide tergiuersantur. Prudentiam intro-
ducunt, scientiam suppeditantem uoluptates, de-
pellentem dolores. Fortitudinem quoque aliquo
modo expediunt, cum tradunt, rationem negli-
genda mortis, perpetiendiq. doloris. Etiam tem-
perantiam inducunt, non facillime illi quidem,
sed tamen quoquo modo possunt: dicunt enim, uo-
luptatis magnitudinem doloris detractio fieri.

Iusti-



stitia uacillat, uel iacet potius, omnesq. eae uirtutes, quae in communitate cernuntur, & in honestate generis humani. neque enim bonitas, nec liberalitas, nec comitas esse potest, non plus, quam amicitia, si haec non per se expetantur, sed uoluptatem, utilitatem ue referantur. Constat igitur in pauca. nam ut utilitatem nullam esse docuimus, quae honestati esset contraria: omnem uoluptatem dicimus honestati esse contrariam. quo magis reprehendēdos Calliphonem, & Dinomachum iudico: qui se dirempturos conuersiam putauerunt, si cum honestate uoluptas, tanquam cum homine pecudem, copulauissent. non recipit istam coniunctionem honestas, ornatur, repellit. nec uero finis bonorum, & malorum, qui simplex esse debet, ex dissimilibus uis misceri, & temperari potest. Sed de hoc tenus: magna enim res, alio loco pluribus uerba disputata. nunc ad propositum. Quemadmodum igitur, si quando ea, quae uideretur utiliter, honestati repugnat, diiudicanda res sit, satis supra disputatum. sin autem speciem utilitatis: etiam uoluptas habere dicatur, nulla potest ei cum honestate coniunctio. nam ut tribuatur aliquid uoluptati: condimenti fortasse non, utilitatis certe nihil habebit. Habes a patre, Marce fili, mea quidem sententia, munus: sed perinde erit, ut acceperis. quantum tibi hi tres libri Cratippi inter comēentarios,

M tan-

uoluptas
omnis ho-
nestati con-
traria.
uoluptas
cum hone-
state tan-
quam cum
homine pe-
cus, etc.

in libris de
finibus.



plus igitur
Cratippo,
quàm sibi
ipsi, tribue
re uidetur.
fam. ep. 16.
l. 12. & 21.
li. 16.

tanquam hospites erunt recipiendi. sed ut, si ipse uenissem Athenas; quod quidem esset factum, nisi me de medio cursu clara uoce patria reuocasset; aliquando me quoque audires: sic, quoniam his uoluminibus ad te profecta uox mea est, tribues his temporis, quantum poteris; poteris autem, quantum uoles. cum uero intellexero, te hoc scientiæ genere gaudere; tum & præsens tecum propediem, ut spero, &, dum aberis, absens loquar. Vale igitur, mi Cicero; tibiq. persuade, te mihi quidem esse carissimum, sed multo fore cariorum, si talibus monumentis, præceptisq. letabere.

M. TVLLII



. TVLLII CICERONIS

CATO MAIOR,

VEL DE SENECTUTE,

AD T. POMPONIVM ATTICVM.

Dialogi personæ.

SCIPIO, CATO, LAELIVS.

TITE, si quid ego adiūro, curam ue leuassō, pro adiuue-
Quæ nunc te coquit, et uersat sub pectore fixa, ro. alii mē-
Ecquid erit præmi? dose legunt
 adiuto.

Et enim uersibus ijsdem mihi affari te Attice,
bus affatur Flamininum ille uir, haud magna qui ex Ma-
re, sed fide plenus. quanquam certo scio, non cedonia, &
Flamininum, sollicitari te, Attice, sic noctesq. Philippo re-
que. noui enim moderationem animi tui, ge trium-
equitatem; teq. non cognomen solum Athe- phauit an-
 no ab V. C.
 DLIX.

teportasse, sed humanitatem, & prudentiam
pligo. & tamen suspicor ijsdem rebus te, qui-
me ipsum, interdum grauius commoueri.
um consolatio & maior est, et in aliud tem-
perenda. nunc autē mihi uisum est aliquid
de senectute conscribere. hoc enim onere,
mihi tecum commune est, aut iam urgentis,
erte aduentantis senectutis, & te, & me
leuari uolo. etsi te quidem id mōdice, ac pro, mode-
 ste. sic alibi
 locutus est,
 sic etiā ha-
 bent uete-
 res libri.
 M 2 ali-



CICERONIS

aliquid scribere, tu occurrebas dignus eo munere,
 quo uterque nostrum communiter uteretur. mi-
 hi quidem ita iucunda huius libri confectio fuit,
 ut non modo omnes absterferit senectutis mole-
 stias, sed effecerit mollem etiam, & iucundam
 senectutem. nunquam igitur satis laudari philo-
 sophia poterit: cui qui pareat, omne tempus æ-
 tatis sine molestia possit degere. Sed de ceteris &
 diximus alias multa, & sæpe dicemus. hunc ve-
 ro librū de senectute ad te misimus. omnem autē
 sermonē tribuimus non Tithono, ut Aristo Chius,
 ne parum esset auctoritatis in fabula; sed M. Ca-
 toni seni, quo maiorem auctoritatem haberet ora-
 tio: apud quem Lælium, & Scipionem facimus
 admirantes, quod is tam facile senectutem ferat,
 ijsq. eum respondentem. qui si eruditius uidebi-
 tur disputare, quā consuevit ipse in suis libris;
 attribuito græcis litteris, quarum constat eum
 perstudiosum fuisse in senectute. sed quid opus est
 plura? iam enim ipsius Catonis sermo explicabit
 nostram omnem de senectute sententiam. S C I.
 Sæpenumero admirari soleo cum C. hoc Lælio,
 cum ceterarum rerum tuam excellentem, M.
 Cato, perfectamq. sapientiam, tum uel maxi-
 me, quod nunquam grauem tibi senectutem esse
 persenserim: quæ plerisque senibus sic odiosa est,
 ut onus se Aetna grauius dicant sustinere. C A.
 Rem haud sane, Scipio, & Læli, difficilem ad-
 mirari uidemini. quibus enim nihil est in ipso

Africanum
 minorem,
 Paulli filiū.

sapiēti gra-
 uis sene-
 ctus nō est.

opis



ipsis ad bene, beateq. uiuendum, ijs omnis ætas
 gravis est: qui autem omnia bona a se ipsis petūt,
 is nihil potest malum uideri, quod naturæ necessi-
 tas afferat: quo in genere est in primis senectus:
 quam ut adipiscantur, omnes optant; eandem
 recusant adepti: tanta est inconstantia, stultitia,
 etque peruersitas. Obrepere aiunt eam citius,
 quam putassent. primum, quis coegit eos falsum
 mutare? qui enim citius adolescentiæ senectus,
 quam pueritiæ adolescentia, obrepit? deinde, qui
 minus gravis esset ijs senectus, si octingentesimum
 annum agerent, quam si octogesimum? præteri-
 ta enim ætas, quamuis longa, cum effluxisset,
 nulla consolatione premulcere posset stultam sene-
 tutem. quocirca, si sapientiam meam admirari
 uoletis, quæ utinam digna esset opinione uestra,
 ostendat. cognomine; in hoc sumus sapientes,
 quod naturam optimam ducem, tanquam deum,
 sequimur, eiq. paremus: a qua non uerisimile est,
 cum ceteræ partes ætatis bene descriptæ sint, ex-
 ceptum actum, tanquam ab inerti poeta, esse
 neglectum. sed tamen necesse fuit esse aliquod ex-
 ceptum, & tanquam in arborum baccis, ter-
 req. frugibus, maturitate tempestiua quasi uie-
 re, & caducum: quod ferendum est molliter
 uienti. quid enim est aliud, gigantum more bel-
 le cum dijs, nisi naturæ repugnare? L A E. At-
 ti, Cato, gratissimum nobis, ut etiam pro Sci-
 one pollicear, feceris, si, quoniā uolumus (spe-

M 3 ramus

M. Cato, &
 C. Lælius
 nominati sa-
 pientes. ui-
 de lib. 3. de
 off.



ramus quidem certe) senes fieri , multo ante a te didicerimus , quibus facillime rationibus ingrauescentem aetatem ferre possimus . C A . Faciam uero , Læli , præsertim si utrique uestrum gratum , ut dicis , futurum est . L A E . Volumus sane , nisi molestum est tibi , Cato , tanquam longam aliquam uiam conseceris , qua nobis quoque ingrediendum sit , istuc , quod peruenisti , uidere quale sit . C A . Faciam , ut potero , Læli : sæpe enim interfui querelis æqualium meorum , (pares autem cum paribus , ueteri prouerbio , facillime congregantur) quas C . Salinator , quas Sp . Albinus , homines consulares , nostri sere æquales , deplorare solebant ; tum , quod uoluptatibus carerent , sine quibus uitam nullam putarent ; tum , quod spernerentur ab ijs , a quibus essent coliti . qui mihi non id uidebantur accusare , quod esset accusandum . nam si id culpa senectutis accideret , eadem mihi usu euenirent , reliquisq . omnibus maioribus natu ; quorum ego multorum cognoui senectutem sine querela ; qui se , & libidinum uinculis laxatos esse non moleste ferrent , nec a suis despicerentur . sed omnium istiusmodi querelarum in moribus est culpa , non in aetate . moderati enim , & nec difficiles , nec inhumani senes tolerabilem senectutem agunt : importunitas autem , et inhumanitas omni aetati molesta est . L A E . Est , ut dicis , Cato . sed fortasse dixerit quispiam , tibi propter opes , et copias , et dignitatem tuam , tolera-

alii putant legendum , queis: quod latine parum uideatur dici , deplorare querelas . queis autem pro quibus , latinis uisum . Virg . lib . i . Aen . Queis ante ora patrū .

mores , non aetas , querelas excitant contra senectutem .



venerabilem senectutem uideri, id autem non pos-
 multis contingere. C A. Est istud quidem,
 aeli, aliquid, sed nequaquam in isto sunt omnia:
 Themistocles fertur Scriphio cuidam in iurgio
 respondisse. cum ille dixisset, non eum sua, sed
 patria gloria splendorem assecutum: Nec her-
 e, inquit, si ego Scriphius, nobilis, nec tu, si
 Atheniensis esses, clarus unquam fuisses. quod
 eodem modo de senectute dici potest. nec enim in
 summa inopia levis esse senectus potest, ne sapien-
 tiam quidem, nec insipienti, etiam in summa copia,
 in grauis. Aptissima omnino sunt, Scipio, &
 aeli, arma senectutis, artes, exercitationesq.
 studium: quæ in omni ætate cultæ, cum diu mul-
 tūq. uixeris, mirificos afferunt fructus; non so-
 lum, quia nunquam deserunt, ne extremo qui-
 bus tempore ætatis; (quanquam id quidem ma-
 ximum est) uerum etiam, quia conscientia bene-
 factæ uitæ, multorumq. benefactorum recorda-
 tio iucundissima est. Ego Q. Maximum, cum,
 in Tarentum recepit, senem adolescens ita dile-
 xit, ut æqualem. erat enim in illo uiro comitate
 adita grauitas: nec senectus mores mutauit.
 Quanquā eum colere cæpi nō admodum grandem
 tu, sed tamen iam ætate prouectū. anno enim
 7, quā consul primum fuerat, ego natus sum:
 14q. eo quartum consule adulescentulus miles
 in Capuam profectus sum, quīntoq. anno post
 in Tarentum quæstor: deinde ædilis, quī adrien-

notat & pa-
 triam, & ho-
 minem. alii
 legūt, igno-
 bilis, cōtra
 Plutarchi,
 Herodoti,
 Platonis au-
 thoritatem,
 apud quos
 hoc Themi-
 stoclis di-
 ctum narra-
 tur.

quadriennio
 prætura di-
 stabat ab æ-
 dilitate.

M 4 nio



nio post factus sum prætor : quem magistratum
gessi consulibus Tuditano, & Cethego, cum qui-
dem ille admodum senex suasor legis Cinciae de do-
nis, & muneribus fuit. hic & bella gerebat, ut
adolescens, cum plane grandis esset : & Hanniba-
lem, iuueniliter exsultantem, patientia sua mol-
liebat : de quo præclare familiaris noster Ennius :

eosdem re-
citatur uersus
lib. 1. off.

Vnus homo nobis cunctando restituit rem :

Non ponebat enim rumores ante salutem.

Ergo magisque, magisque, uiri nunc gloria claret.

Tarentum uero qua uigilantia, quo consilio rece-
pit? cum quidem, me audiente, Salinatori, qui,
amisso oppido, fugerat in arcem, glorianti, at-
que dicenti; mea opera, Q. Fabi, Tarentum re-
cepisti; certe, inquit, ridens : nam, nisi tu ami-
sisses, ego nunquam recepissem. Nec uero in ar-
mis præstantior, quam in toga; qui consulite-
rum, Sp. Caruilio collega quiescente, C. Flami-
nio tribuno pl. quoad potuit, restitit, agrum Pi-
cenum, & Gallicum uiritim contra senatus au-
toritatem diuidenti : augurque cum esset, ausus
est dicere, optimis auspicijs ea geri, quæ pro reip.
salute gererentur; quæ contra remp. fierent, con-
tra auspicia fieri. Multa in eo uiro præclara co-
gnoui : sed nihil est admirabilius, quam quo mo-
do ille mortem Q. filij tulit, clari uiri, & consu-
laris. est in manibus laudatio : quam cum legi-
mus, quem philosophum non contemnimus? Nec
uero ille in luce modo, atque in oculis ciuium ma-
gnus,

qui consul
ad Thrafi-
menum in
prælio cæ-
sus est.

laudauit fi-
lium in func-
re.



nus, sed intus, domiq. præstantior. qui sermo?
 uæ præcepta? quâta notitia antiquitatis? quæ sci-
 utia iuris augurij? multa etiâ, ut in homine Rô-
 mano, litteræ: omnia memoria tenebat non dome-
 stica solum, sed etiam externa bella. cuius sermo-
 ne ita tum cupide fruebar, quasi diuinaré id, quod
 uenit, illo extincto fore, unde disceré, neminem.

litterarum
 laudem Ro-
 mani Græ-
 ciæ conce-
 debât, mili-
 tarem sibi
 assumebât.

Quorsum igitur hæc tâ multa de Maximo? quia
 profecto uidetis, nefas esse dictu, miserâ fuisse ta-
 m senectutem. nec tamē omnes possunt esse Sci-
 oñes, aut Maximi, ut urbiû expugnationes, ut
 pedestres, nauales ue pugnas, ut bella a se gesta, ut
 triumphos recordentur. est etiam quiete, et pure,

maiorē A-
 fricanum si-
 gnificat.

æque eleganter actæ ætatis placida, ac lenis sene-
 ctus: qualem accepimus Platonis; qui uno & o-
 togesimo anno scribēs est mortuus: qualem Iso-
 crates; qui eum librum, qui Panathenaicus inscri-
 tur, quarto & nonagesimo anno scripsisse dici-
 r, uixitq. quinquennium postea: cuius magi-
 ster Leontinus Gorgias centum & septem com-
 plevit annos; neque unquam in suo studio, atque
 opere cessavit. qui, cum ex eo quæreretur, cur
 diu esse uellet in uita, Nihil habeo, inquit, quod
 cusem senectutē. præclarū responsum, et docto-
 mine dignum. sua enim uitia insipientes, et suâ
 ætatem in senectutem conferunt: quod non facie-
 tis, cuius modo mentionem feci, Ennius:

sua uitia in-
 sipientes cō-
 ferunt in se-
 nectutem.

Sicut fortis equus, spatio qui sæpe supremo
 Vicit Olympia, nunc senio confectus quiescit.
 equi



de mulierū
hereditati-
bus.

senect⁹ mi-
sera uide-
tur ob quat-
tuor caus-
sas.

ideo lau-
dat; quia pe-
rierat iam.
infra quo-
que probi-
tatem eius
cōmendat.

equi fortis, & uictoris senectuti comparat suam: quem quidem meminisse probe potestis: anno enim undeuigesimo post eius mortem hi consules, T. Flamininus, & M. Acilius, facti sunt: ille autem Cæpione, et Philippo iterum consulibus mortuus est, cum ego, quinque & sexaginta annos natus, legem Vōconiam magna uoce, & bonis lateribus suasissem. sed annos septuaginta natus (tot enim uixit) Ennius ita ferebat duo, quæ maxima putantur, onera, paupertatem, & senectutem, ut eis pæne delectari uideretur. etenim, cum complector animo, quattuor reperio causas, cur senectus miserā uideatur; unam, quod auocet a rebus gerendis; alteram, quod corpus faciat infirmum; tertiam, quod priuet omnibus fere uoluptatibus; quartam, quod haud procul absit a morte. earum, si placet, causarum quantum quæque ualeat, quamq. sit iusta, uideamus. A rebus gerendis senectus abstrahit: quibus? an ijs, quæ iuuentute geruntur, & uiribus? nulla ne igitur res sunt seniles, quæ uel infirmis corporibus, animo tamen administrentur? nihil ergo agebat Q. Maximus? nihil L. Paullus, pater tuus, Scipio, socer optimi uiri, filij mei? ceteri senes, Fabricij, Curij, Coruncanij, cum remp. consilio, & auctoritate defendebant, nihil agebant? ad Ap. Claudij senectutem accedebat etiā, ut cæcus esset: tamen, cum sententia senatus inclinaret ad pacem cum Pyrrho fædusq. faciendum,



um, non dubitauit illa dicere, quæ uersibus
persecutus est Ennius:

Quò uobis mentes, rectæ quæ stare solebant
Antehac, dementi sese flexere ruina?

teraq. grauissime. notum enim uobis carmen
est: & tamen ipsius Appij extat oratio. atque

hic ille egit septem & decem annis post alterum
consulatum; cum inter duos consulates anni decem

perfluxissent, censorq. ante superiorem consula-
tum fuisset. ex quo intelligitur, Pyrrhi bello gran-

is sane fuisse: et tamen sic a patribus accepimus.
Nihil igitur afferunt, qui in re gerenda uersari

se et utem negant: similesq. sunt, ut si quis gu-
bernatorem in nauigando nihil agere dicat, cum

malos scandant, alij per foros cursent, alij
stipulam exhauriant; ille autem clauum tenens,

petus sedeat in puppi. Non facit ea, quæ iu-
ues. At uero multo maiora, & meliora fa-

ciuntur non enim uiribus, aut uelocitatibus, aut cele-
ritate corporis res magnæ geruntur, sed consilio,

toritate, sententia: quibus non modo non or-
itur, sed etiam augeri senectus solet. nisi forte

uobis, qui & miles, & tribunus, & lega-
tus, & consul uersatus sum in uario genere bello

et cessare nunc uideor, cum bella non gero: at
utui, quæ sunt gerenda, præscribo; & Car-

thagini, male iam diu cogitanti, bellum multo
de denuntio. de qua uereri non ante desinam,

quam illam excisam esse cognouero. quam palmam
uti-

quod lex
tum quidē
nulla iube-
bat, ut exē-
pla decla-
rant, sed po-
stea iussit,
lata a L. Syl-
la.
senex gu-
bernatori
similis.

suspicio
hoc abun-
dare; cū se-
quatur pro-
xime, Aut
celeritate.

præsertim
in Hispania.
Liuius,
Plutarchus,
alii.



qui tributa
riā, Hanni
bale uictō,
Carthagi-
nē fecerat.

in senatu .
concio ue-
ro ad popu-
lum .
senes apud
Lacedæmo-
nios sū-
mus magi-
stratus.

utinam dii immortales, Scipio, tibi reseruent, ut
aui reliquias persequare: cuius a morte sextus
hic & trigesimus annus est: sed memoriam il-
lius uiri omnes excipient anni consequentes. anno
ante me censorem mortuus est, nouem annis post
meum consulatum, cum consul iterum, me con-
sule, creatus esset. num igitur, si ad centesimum
annum uixisset, senectutis eum suae pauciteret:
nec enim excursione, nec saltu, nec erinus ha-
stis, aut comminus gladijs uteretur, sed consilio,
ratione, sententia. quæ nisi essent in senibus, non
summum consilium maiores nostri appellassent se-
natum. Apud Lacedæmonios quidem ij, qui
amplissimum magistratum gerunt, ut sunt, sic
etiam nominantur senes. Quod si legere, aut
audire uoletis externa; maximas resp. ab a-
dolescentibus labefactatas, a senibus sustenta-
tas reperietis.

Cedo, qui uestrā remp. tantā amisistis tā cito?
sic enim percunctanti, ut est in Næuij Ludo, re-
spondentur & alia, & hæc in primis:

temeritas
est florētis
ætatis, pru-
dentia sene-
ctutis.

Proueniebāt oratores noui, stulti, adolescētuli.
temeritas est uidelicet florentis ætatis, prudentia
senectutis. At memoria minuitur: credo, nisi
eam exerceas, aut etiam si sis natura tardior.
Themistocles omnium ciuium perceperat nomi-
na: num igitur censetis eum, cum ætate processis-
set, qui Aristides esset, Lysimachum salutare so-
litum? equidem non modo eos, qui sunt, noui,
sed



eorum patres etiam, & auos; nec, sepulcra
 pens, uereor (quod aiunt) ne memoriam p̄r-
 n. his enim ipsis legendis in memoriam redeo
 tuorum. Nec uero quenquam senum audi-
 blitum, quo loco thesaurum obruisset. om-
 , quæ curant, meminerunt, uadimonia con-
 ita, qui sibi, cui ipsi debeant. Quid iurif-
 sulti, quid pontifices, quid augures, quid phi-
 phi senes? quàm multa meminerunt? manēt
 enia senibus, modo permaneat studium, & in-
 ria; nec ea solum in claris, & honoratis ui-
 , sed in uita etiam priuata, & quieta. So-
 cles ad summam senectutem tragædias fecit.
 propter studium cum rem familiarem negli-
 e uideretur, a filiis in iudicium uocatus est, ut,
 madmodum nostro more male rem gerenti-
 patribus bonis interdici solet, sic illum, qua-
 ripientem, a re familiari remouerent iudices.
 i senex dicitur eam fabulam, quam in mani-
 habebat, & proxime scripserat, Oedipum
 oneum recitasse iudicibus, quassisseque, num
 l carmen desipientis uideretur. quo recitato,
 entijs iudicium est liberatus. num igitur hunc,
 z Hesiodum, Simonidem, Stesichorum, num,
 s ante dixi, Isocratem, Gorgiam, num Ho-
 rum, num philosophorum principes, Pytha-
 am, Democritum, num Platonem, num Xe-
 ratem, num postea Zenonem, Cleanthem,
 reum, quem uos etiam Romæ uidistis, Dio-
 genem

legendis e-
 nim multo
 rum nomi-
 nibus per-
 turbatur, &
 confundi-
 tur memo-
 ria.

miror cur
 non hunc
 coniunxe-
 rit cum
 poetis.



hic in epi-
stola Cice-
ronis filii
ad Tironē:
Rusticus
Romanus
factus es.
fam. lib. 16.
ep. 21.

genem Stoicum coegit in suis studiis obmutescere
senectus? an non in omnibus his studiorum agi-
tatio uitæ æqualis fuit? Age, ista diuina studia
omittamus. possum nominare ex agro Sabino rû-
sticos Rōmanos, uicinos, & familiares meos,
quibus absentibus nunquam fere ulla in agro ma-
iora opera fiunt, non serendis, non percipiendis
fructibus, non condendis. quanquam in his mi-
nus hoc mirum. nemo enim est tam senex, qui
se annum non putet posse uiuere. sed iſdem in iſs
elaborât, quæ sciunt nihil omnino ad se pertinere:

Serunt arbores, quæ alteri sæculo profint,
ut ait Statius noster in Synephebis. nec uero du-
bitat agricola, quamuis senex, quærenti, cū se-
rat, respondere; dijs immortalibus, qui me non
accipere modo hæc a maioribus uoluerunt, sed e-
tiam posteris prodere. Melius Cæcilius de sene
alteri sæculo prospiciente, quàm illud;

pro Aede-
pol: ut stet
uersus: se-
narii enim
sunt.

Æpōl senectus, si nil quidquam aliud uitij
Apportes tecū, cum aduenis; unum id sat est:
Diu quis uiuendo, multa, quæ non uolt, uidet:
& multa fortasse, quæ uolt: atque in ea, quæ
non uolt, sæpe etiam adolescentia incurrit. Il-
lud uero idem Cæcilius uitiosius:

& hi sena-
rii.

Tūm etiam in senecta hoc deputo miserrimū,
Sentire ea ætate esse odiosum se alteri.

incundum potius, quàm odiosum. ut enim ado-
lescentibus bona indole præditis sapientes senes de-
lectantur; leuiorq. est eorū senectus, qui a iunētū
præceptis



coluntur, et diliguntur: sic adolēscētes senum
 pceptis gaudent, quibus ad uirtutum studia
 untur. nec minus intelligo me uobis, quā
 s mihi esse iucundos. sed uidetis, ut seneētus
 in modo languida, atque iners non sit, uerum e-
 m sit operosa, semper agens aliquid, & mo-
 ms, tale scilicet, quale cuiusque studium in su-
 riore uita fuit. Quid, quod etiam addiscunt
 quid? ut Solonem uersibus gloriantē uidemus;
 i se, quotidie aliquid addiscentem, senem fieri
 it: ut ego feci, qui grēcās litteras senex didici:
 as quidem sic auide arripui, quasi diurnam
 m explere cupiens; ut ea ipsa mihi nota essent,
 etas me nunc exemplis uti uidetis. quod cum
 isse Socratem in fidibus audirem: uellem equi-
 m & illud: (discebant enim fidibus antiqui)
 in litteris certe elaboraui. Nec nunc qui-
 m uires desidero adolescentis, (is enim locus
 t alter de uitijs seneētutis) non plus, quā
 desens tauri, aut elephanti desiderabam.
 ad est, eo uti decet, &, quidquid agas, agere
 uiribus. quæ enim uox potest esse contem-
 r, quā Milōnis Crotoniatæ? qui cum iam se
 athletas se in curriculo exercentes uideret, a-
 risse lacertos suos dicitur, illacrymāsque dixisse:
 At hi quidem mortui iam sunt:
 uero tam isti, quā tu ipse, nugator. neque
 ex te unquam es nobilitatus, sed ex late-
 ts, & lacertis tuis. nihil Sex. Aelius tale,
 nihil

adoleſcen-
 ſcentes ad
 studia uir-
 tutum ſenū
 præceptis
 ducuntur.

Ennio poe-
 ta docente,
 quem ſecū
 in prouin-
 ciā duxit.

maximis
 quondā ui-
 ribus præ-
 diti, ut ſub-
 latū in hu-
 meros bonē
 per ſtadiū
 ferret. de
 quo infra.



nihil multis annis ante Ti. Coruncanius, nihil modo P. Crassus: a quibus iura civibus praescribebantur: quorum usque ad extremum spiritum est prouecta prudentia. orator, metuo, ne languescat senectute. est enim munus eius non ingenii solum, sed laterum etiam, & uirium. omnino canorum illud in uoce splendet etiam nescio quo pacto in senectute: quod equidem adhuc non amisi: & uidetis annos meos: sed tamen est decorus senis sermo quietus, et remissus; facitque persaepe ipsa sibi audientiam disertis senis compta et mitis oratio. quod si ipse exsequi nequeas, possis tamen Scipioni praecipere, & Laelio. quid enim iucundius senectute stipata studiis iuventutis? an ne eas quidem uires senectuti relinquemus, ut adolescentes doceat, instituat, ad omne officij munus instruat? quo quidem opere quid potest esse praeclarius? mihi uero Cn. & P. Scipiones, & aui tui duo, L. Aemilius, & P. Africanus comitatu nobilium iuuenum fortunati uidebantur. nec ulli bonarum artium magistri non boni putandi, quamuis consenuerint uires, atque defecerint. etsi ista ipsa defectio uirium, adolescentiae uitijs efficitur saepius, quam senectutis. libidiosa enim & intemperans adolescentia effactum corpus tradit senectuti. Cyrus quidem apud Xenophontem eo sermone, quem moriens habuit, cum admodum senex esset, negat se unquam sensisse senectutem suam imbecilliolem factam, quam adolescentia

senectus doceat
adolescentes.

exhauriuntur enim uires
ex, quibus sustentari
senectutem oportet.



entia fuisset. Ego L. Metellum memini puer,
 cum quadriennio post alterum consulatum
 pontifex maximus factus esset, uiginti & duos
 annos ei sacerdotio praefuit, ita bonis esse uiribus
 extremo tempore aetatis, ut adolescentiam non
 requireret. Nihil necesse est mihi de me ipso di-
 cere. quanquam est id quidem senile, aetatiq. no-
 nne conceditur. uidetis enim, ut apud Homerū
 uisissime Nestor de uirtutibus suis praedicet. ter-
 minum enim iam aetatem hominum uiuebat: nec e-
 i ei uerendum, ne, uera praedicans de se, ni-
 si uideretur aut insolens, aut loquax. etenim
 ait Homerus) ex eius lingua melle dulcior
 erat oratio: quam ad suauitatem nullis egebat
 temporis uiribus. & tamen dux ille Graeciae nun-
 quam optat, ut Aiacis similes habeat decem, at
 Nestoris: quod si acciderit, non dubitat quin
 uici sit Troia peritura. sed redeo ad me. Quar-
 tius ago annum & octogesimum. uellem id qui-
 posse, quod Cyrus: sed tamen hoc queo dice-
 re non me quidem ijs esse uiribus, quibus aut mi-
 ni in bello Punico, aut quaestor eodem bello, aut
 consul in Hispania fuerim, aut quadriennio post
 tribunus militum depugnaui apud Thermop-
 ylis Man. Acilio Glabrione consule: sed tamen,
 uidetis, non plane me eneruauit, non affli-
 ctus: non curia uires meas desiderat, non
 ira, non amici, non clientes, non hospites.
 Numquam sum assensus illi ueteri, lauda-

Il. primo.

Agamemnon.

contra regē
Antiochū.

N 104.



mature fieri senem oportet, si diu uelis senex esse.

Crotoniata deluo de quo paullo ante.

ferocitas iuuenum est.

toq. prouerbio, quod monet matūre fieri senem, si diu uelis senex esse. ego uero me minus diu senem esse malle, quā esse senem ante, quā essem: itaque nemo adhuc conuenire me uoluit, quin fuerim occupatus. At minus habeo uirium, quā uestrum uteruis. nec uos quidem T. Pontij centurionis uires habetis. num iccirco est ille præstantior? moderatio modo uirium adsit, & tantum, quantum potest, quisque nitatur: nā ille non magno desiderio tenebitur uirium. Olympiæ per stadium ingressus esse Milo dicitur, cum humeris sustineret bouem. utrum igitur has corporis, an Pythagoræ tibi malis uires ingenij dari? Denique isto bono utare, dum adsit: cum absit, ne requiras. nisi forte adolescentes pueritiā, paullulum ætate progressi adolescentiam debent requirere. cursus est certus ætatis, & uia una naturæ, eaq. simplex, suaq. cuique parti ætatis tempestiuitas est data. ut enim infirmitas puero-
rum est, ferocitas iuuenum, grauitas iam con-
stantis ætatis: sic senectutis maturitas naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat. Arbitror te audire, Scipio, hospes tuus Massanisa quæ faciat hodie, nonaginta annos natus: cum ingressus iter pedibus sit, in equum omnino non ascendere; cum equo, ex equo non descendere: nullo imbri, nullo frigore adduci, ut capite operto sit: summam in eo esse corporis siccitatem: itaque exsequi omnis regis officia, & mu-
nera.



era . potest igitur exercitatio , & temperantia
 senectute etiam aliquid conseruare pristini ro-
 oris . Non sunt in senectute uires . nec postulan-
 ur quidem uires a senectute . ergo , et legibus , &
 institutis , uacat aetas nostra muneribus ijs , quæ
 non possunt sine uiribus sustineri . itaque non mo-
 ro , quod non possumus , sed ne quantum possumus
 quidem , cogimur . At ita multi sunt imbe-
 cilli senes , ut nullum officij , aut omnino uitæ mu-
 nus exsequi possint . At id quidem non propriū
 senectutis est uitium , sed commune inualetudinis .
 iam fuit imbecillus P . Africani filius , is , qui te
 obtinuit ? quàm tenui , aut nulla potius ualetu-
 dine ? quod nisi ita fuisset , alterum ille extitisset
 nomen ciuitatis . ad paternam enim magnitudinē
 uiri doctrina uberior accesserat . quid mirum
 est in senibus , si infirmi sunt aliquando , cum
 id quidem adolescentes effugere possint ? Resi-
 stendum , Læli , & Scipio , senectuti est , eiusq .
 diligentia compensanda sunt : pugnandum ,
 utquam contra morbum , sic contra senectutem :
 habenda ratio ualetudinis : utendum exercitatio-
 nibus modicis : tantum cibi , & potionis adhiben-
 dum , ut reficiantur uires , non opprimantur .
 nec uero corpori solum subueniendum est , sed
 menti , atque animo multo magis . nam hæc quo-
 que , nisi tanquam lumini oleum instilles , extin-
 guuntur senectute . Et corpora quidem exer-
 citionum defatigatione ingrauescunt : animi au-

exercitatio,
 et temperā
 tia robur in
 senectute
 conseruat .

maioris, fra-
 tris Corne-
 liæ Grac-
 chorum ma-
 tri.

resistendū
 senectuti.

menti, atq .
 animo ma-
 gis , quàm
 corpori, in
 senectute
 subuenien-
 dum.

N 2 tem



tem exercendo leuantur . nam , quos ait Cæcilius comicos stultos senes , hos significat credulos , obliuiosos , dissolutos . quæ uitia sunt non senectutis , sed inertis , ignauæ , somniculosæ senectutis . ut petulantia , ut libido magis est adolefcentium , quàm senum , nec tamen omnium adolefcentium ,

deliratio ap-
pellatur, se-
nilis stul-
titia.

sed non proborum : sic ista senilis stultitia , quæ deliratio appellari solet , senum leuium est , non omnium . Quattuor robustos filios , quinque filias , tantam domum , tantas clientelas Appius regebat & senex , & cæcus . intentum enim animum , tanquam arcum , habebat : nec languescens succumbebat senectuti : tenebat non modo auctoritatem , sed etiam imperium in suos : metuebant eum serui , uerebantur liberi , carum omnes habebat . uigebat in illa domo mos patrius , & disciplina .

adolefscens,
in quo ali-
quid senile,
probat ,
& senex , in
quo aliquid
adolefcentis.

ita enim senectus honesta est , si se ipsa defendit , si ius suum retinet , si nemini mancipata est , si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos . ut enim adolefcentem , in quo aliquid senile , sic senem , in quo aliquid est adolefcentis , probo . quod qui sequitur , corpore senex esse poterit , animo nunquam erit . Septimus mihi liber Originum est in manibus : omnia antiquitatis monumenta colligo : caussarum illustrium , quasunque defendi , nunc quammaxime orationes conficio : ius augurum , pontificum , ciuile tracto : multum etiam græcis litteris utor : Pythagoreorumq. more exercendæ memoriæ gratia , quid quoque die di-

in quibus
eum Lyfiæ
cōparat Ci-
cero in lib.
de claris o-
rat.

xerim ,



erim, audiuerim, egerim, commemoro uesperis.
 e sunt exercitationes ingenij, hæc curricula men-
 s: in his desudans, atque elaborans, corporis ui-
 s non magnopere desidero: adsum amicis: uenio
 senatum frequens: ultroq. affero res multū &
 cogitatas, easq. tueor animi, non corporis uiri-
 tis. quæ si exsequi nequirē, tamē me lectulus ob-
 staret, ea ipsa cogitantem, quæ iam agere non
 possem: sed, ut possim, facit acta uita. semper e-
 sum in his studijs, laboribusq. uiuenti non intelli-
 gitur, quādo obrepat senectus. ita sensim sine sen-
 ectas senescit, nec subito frāgitur, sed diuturnita-
 te extinguitur. Sequitur tertia uituperatio sene-
 ctatis, quod eam carere dicūt uoluptatibus. O præ-
 rimum munus ætatis: siquidem id aufert a nobis,
 quod est in adolescentia uitiosissimum. accipite e-
 nim, optimi adolescentes, ueterē orationem Ar-
 istæ Tarentini, magni in primis, & præclari ui-
 ri, quæ mihi tradita est, cum essem adolescens Ta-
 titi cum Q. Maximo. nullam capitaliorem pe-
 stem, quàm uoluptatem corporis, hominibus dice-
 re a natura datam: cuius uoluptatis auidæ libidi-
 nis, temere, et effrenate ad potiundum incitare
 hinc patriæ proditiones, hinc rerump. euersio
 hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci:
 tum denique scelus, nullum malum facinus ef-
 fectum ad quod suscipiendum nō libido uoluptatis im-
 peret: supra uero, et adulteria, & omne tale
 uitium nullis aliis illecebris excitari, nisi uolupta-

semper e-
 gregijs in
 Rudis uinē
 ti non intel-
 ligitur, quā
 do obrepat
 senectus.

pestis nulla
 capitalior,
 quàm uolu-
 ptas corpo-
 ris.



CICERONIS

menti nihil
tam inimi-
cum, quàm
uoluptas.

animi lumē
uoluptas ex-
tinguit.

uoluptas
nullum ha-
bet cū uir-
tute cōmer-
cium.

tis . cumq̃ . homini siue natura , siue quis deus ni-
hil mēte præstabilius dedisset ; huic diuino mu-
neri , ac dono nihil esse tam inimicum , quàm uo-
luptatem : nec enim , libidine dominante , tempe-
rantie locum esse , nec omnino in uoluptatis re-
gno uirtutem posse consistere . quod quo magis in-
telligi posset , fingere animo iubebat tanta incita-
tum aliquem uoluptate corporis , quanta posset
maxima . nemini cēsebat fore dubium , quin tam
diu , dum ita gauderet , nihil agitare mente , ni-
hil ratione , nihil cogitatione consequi posset : quo
circa nihil esse tam detestabile , tamq̃ . pestiferum ,
quàm uoluptatem ; siquidem ea , cum maior es-
set , atque longinquior , omne ānīmi lumen ex-
tingueret . Hæc cum C. Pontio Samnite , patre
eius , a quo Caudino prælio Sp. Postumius , T.
Veturius consules superati sunt , locutum Ar-
chytam , Nearchus Tarentinus , hospes noster ,
qui in amicitia populi R. permanserat , se a ma-
ioribus natu accepisse dicebat ; cum quidem ei ser-
moni interfuisset Plato Atheniensis : quem Ta-
rentum uenisse L. Camillo , P. Claudio consuli-
bus , reperio . Quorsum hæc ? ut intelligeretis ,
si uoluptatem aspernari ratione , & sapientia non
possemus , magnam habendam senectuti gratiā ,
quæ efficeret , ut id non liberet , quod non oportet
impedit enim consilium uolūptas , rationis
inimica ; ac mentis (ut ita dicam) præstringit
oculos ; nec habet ullum cum uirtute cōmercium .

Inuitus



iutus feci, ut fortissimi uiri T. Flaminini fra-
 trem, L. Flaminium e senatu eijcerem septem
 annis postquam consul fuisset: sed notandam pu-
 eri libidinem. ille enim, cum esset consul in Gal-
 lia, exoratus in conuiuio a scorto est, ut securi fe-
 ret aliquem eorum, qui in uinculis essent dam-
 nati rei capitalis. hic Tito, fratre suo, censore, qui
 roximus ante me fuerat, elapsus est. mihi uero,
 Flacco neutiquam probari potuit tam flagitio-
 sus, et tam perditus libido, quæ cum probro priua-
 ti coniungeret impèrij dedecus. Sæpe audiui a
 maioribus natu, qui se pueros porro a senibus au-
 disse dicebant, mirari solitum C. Fabricium, quod,
 cum apud Pyrrhum regem legatus esset, audisset
 in Thessalo Cineas, esse quendam Athenis, qui se sa-
 tientem profiteretur, eumque dicere, omnia, quæ
 acceremus, ad uoluptatem esse referenda: quod
 ex eo audientes Man. Curium, & Ti. Corun-
 nium, optare solitos, ut id Samnitibus, ipsique
 Pyrrho persuaderetur; quo facilius uinci possent,
 cum se uoluptatibus dedidissent. uixerat Man.
 uirius cum P. Decio, qui quinquennio ante eum
 consulem se pro rep. quarto consulatu deuouerat.
 orat eundem Fabricius, norat Cornucanius:
 ui cum ex sua uita, tum ex eius, quem dico, P.
 Decij facto iudicabant esse profecto aliquid natu-
 ræ pulchrum, atque præclarum, quod sua spon-
 teretur, quodque, spreta, & contempta uo-
 luptate, optimus quisque sequeretur. Quorsum
 N 4 igitur

cum id fla-
 gitii consul
 admisisset.

Gallico præ-
 lio. Liuius.



igitur hæc tam multa de uoluptate? quia nō modo uituperatio nulla, sed etiam summa laus senectutis est, quòd ea uoluptates nullas magnopere desiderat. caret epulis, extructisq. mensis, & frequentibus poculis: caret etiam uinolentia, & cruditate, & insomnijs. sed, si aliquid dandum est uoluptati, quoniam eius blanditijs non facile obfistimus: (diuinitus enim Plató escam malorum appellat uoluptatem, quòd ea uidelicet homines capiantur, ut pisces) quanquam immoderatis epulis caret senectus, modicis tamen delectari potest. C. Duilius, M. filium, qui Pannonus primus classe deuicerat, redeuntem a cena senem sæpe uidebam puer. delectabatur cereo fundi, et tibicine: quæ sibi, nullo exemplo, priuatus sumptu pserat: tantum licentiæ dabat gloria. Sed quid ego alios? ad me ipsum reuertor. primum habui semper sodales. sodalitates autem me quæstore constitutæ sunt, sacris Idæis Magnæ matris acceptis. epulabar igitur cum sodalibus, omnino modice, sed erat quidam feruor ætatis; qua progrediente, omnia fiunt in dies mitiora. neque enim ipsorum conuiuiorum delectationem uoluptatibus corporis magis, quàm cœtu amicorum, & sermonibus metiebar. bene enim maiores accubationem epularem amicorum, quia uitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt, melius, quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concenationem uocant: ut, quod in eo

gene-

uoluptas
malorum
esca.

senectus
modicis e-
pulis dele-
ctari potest.

uide lib. de
uiris illustri-
bus.

quæ Pefinū
te antea si-
mulacrū ac
templū ha-
buerat.

in epistola
ad Pætum,
lib. 9. fam.



nerere minimum est, id maxime probare uide-
 tur. ego uero, propter sermonis delectatio-
 nem, tempēstiuīs quoque conuiuīis delector, nec
 in aequalibus solum, qui pauci iam admodum
 stant, sed cum uestra etiam ætate, atque uo-
 scum: habeoq. senectuti magnam gratiam,
 quæ mihi sermonis auiditatem auxit, potionis,
 cibi sustulit. quod si quem etiam ista delectant,
 omnino bellum indixisse uidear uoluptati, cui-
 us est etiam fortasse quidam naturalis motus:
 non intelligo, ne in istis quidem uoluptatibus ip-
 se carere sensu senectutem. me uero & māgi-
 stria delectant a maioribus instituta; & is ser-
 mones, qui, more maiorum, a summo magistro
 prohibetur in poculo; et pocula, sicut in Symposio
 Xenophontis, minuta, atque rorantia; & refrige-
 ratio æstate, & uicissim aut sol, aut ignis hiber-
 s: quæ quidem etiam in Sabinis persequi soleo:
 conuiuīumq. uicinorum quotidie compleo; quod
 multam noctem, quam maxime possumus, ua-
 lido sermone producimus. At non est uoluptatum
 tanta quasi titillatio in senibus. credo: sed nec de-
 gradatio quidem: nihil autem molestum, quod
 non desideres. Bene Sophocles, cum ex eo qui
 iam affecto ætate quæreret, uteretur ne re-
 uerēderetur Venereis, Dū mēliora, inquit: libenter uero
 uideam, sicut a domino agresti, ac furioso, profugi.
 uideam enim rerum talium odiosum fortasse, &
 uelut est carere: satiatis uero, & expletis
 iucun-

alibi quo-
 que sic ap-
 pellant Cice-
 ro ea conui-
 uia, quibus
 interesse li-
 cet nec enī
 oībus hone-
 ste licet. ep.
 1. lib. 9. ad
 Att.

unde magi-
 ster cōuiuī

ubi uillam
 habuit, sim-
 pliciter &
 rudi forma
 ædificatam.

potest etiam
 legi, dic me-
 liora: ut ad
 græcam lo-
 quendi con-
 suetudinem
 respondeat,
 εὐφύμει.



Sic et Plu-
tarchus in
Catonis ma-
iore, & Pla-
to Politico-
rum i. locu-
tus est.

iucundius est carere, quàm frui. quanquam non
caret is, qui non desiderat. hoc ego, non deside-
rare, dico esse iucundius. Quòd si istis ipsis vo-
luptatibus bona ætas fruitur libentius: primum
paruulis fruitur rebus, ut diximus; deinde ijs,
quibus senectus, si non abunde potitur, non om-
nino caret. ut Turpione Ambiuio magis delecta-
tur, qui in prima cauea spectat; delectatur tamè
etiam, qui in ultima: sic adolescentia, uoluptates
prope intuens, magis fortasse lætatur; sed delecta-
tur etiam senectus, procul eas spectans, tantum,
quantum sat est. At illa quanti sunt, animum,
tanquam emeritis stipendijs libidinis, ambitionis,
contentionis, inimicitiarum, cupiditatum om-
nium, secum esse, secumque, ut dicitur, uiuere?
si uero habet aliquod tanquam pabulum studij,
atque doctrinæ, nihil est otiosa senectute iucun-
dus. Mori uidebamus in studio dimetiendi pæ-
ne cæli atque terræ Gællum, familiarem patris
tui, Scipio. quoties illum lux, noctu aliquid de-
scribere ingressum, quoties nox oppressit, cum
mane cœpisset? quàm delectabat eum, defectio-
nes solis, & lunæ multo nobis ante prædicere?
Quid in leuioribus studijs, sed tamè acutis? quàm
gaudebat bello suo Punico Næuius? quàm Tru-
culento Plaütus? quàm Pseudolo? uidi etiam
senem Liuium: qui, cum septem annis ante,
quàm ego natus sum, fabulam docuisset, Cen-
thone, Tuditanoq. consulibus, usque ad adole-
scentiam

Sulpicium
Gallum, de
quo lib. i.
& in Lælio,
i. extremo,
& apud Pli-
nium.

uixit igitur
Catonis æ-
tate.



mtiam meam processit ætate . Quid de P. Li-
 jii Crassi & pontificij , & ciuilibus iuris studio
 mar? aut de huius P. Scipionis , qui his paucis
 bus pontifex maximus factus est? atque eos o-
 ses , quos commemorauimus , his studiis flagran-
 senes uidimus . M. uero Cethegum , quem re
 suadæ medullam dixit Ennius , quanto stu-
 exerceri in dicendo uidebamus etiam senem?
 æ sunt igitur epularum , aut ludorum , aut
 rtorum uoluptates cum his uoluptatibus com-
 randæ ? Atque hac quidem studia doctrinæ
 uidentibus , & bene institutis pariter cum æta-
 crescunt : ut honestum illud Solonis sit , quod
 uersiculo quodam , ut ante dixi , senescere se
 ita in dies discentem : qua uoluptate animi nul-
 lerte potest esse maior . Venio nunc ad uolu-
 tes agricolarum : quibus ego incredibiliter de-
 tor : quæ nec ulla impediuntur senectute , &
 bi ad sapientis uitam proxime uidentur acce-
 le . habent enim rationem cum terra ; quæ nun-
 m recusat impèrium , nec unquam sine usura
 dit , quod accepit , sed alias minore , plerun-
 maiore cum sœnore . quanquam me quidem
 t fructus modo , sed etiam ipsius terræ uis , ac
 tura delectat . quæ cum gremio mollito , ac sub-
 h sparsum semen excepit , primum id occatum
 ebet ; ex quo occatio , quæ hoc efficit , nomi-
 i est : deinde tepesactum uapore , & com-
 xu suo diffundit , & elicit herbescentem ex

uide lib. de
claris orat.

impedimentum,
legendum ui-
detur, ut ad
Acti. l. 6.
cp. 1.



uide quàm eleganter ea quæ ad agri culturam pertinent, explicet: cum latine orationis facultatem, quocunque uellet, ingenii præstantia, eruduceret.

sic dicebāt, litus mare defendit, pro arce.

eo uiriditatem: quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit, culmoq. erecta geniculato, uaginis iam quasi pubescens includitur: e quibus cum emer- sit, fundit frugem spicæ ordine fructam, & contra animum minorum morsus munitur uallo arista- rum. Quid ego uitium satus, ortus, incremen- ta commemorem? satiari delectatione non pos- sum: ut mea senectutis requietem, oblectamen- tumq. noscatis. Omitto enim uim ipsam om- nium, quæ generantur e terra, quæ ex fici tan- titulo grano, aut ex acino uinaceo, aut ex cetera- rum frugum, ac stirpium minutissimis seminibus tantos truncos, ramosq. procreat: malleoli, plan- ta, sarmenta, uiniradices, propagines non de ea efficiunt, ut quemuis cum admiratione delectent? uitis quidem, quæ natura caduca est, nisi fulta est, fertur ad terram; eadem, ut se erigat, clauiculis suis, quasi manibus, quidquid est nata, comple- titur: quam serpentem multiplici lapsu, & er- ratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne siluescat sarmentis, & in omnes partes nimia fundatur. itaque ineunte uere, in ijs, quæ reli- cta sunt, existit tanquam ad articulos sarmento- rum ea, quæ gemma dicitur: a qua oriens una se ostēdit: quæ & succo terræ, et calore solis auga- scens, primo est peracerba gustatu; deinde matu- rata dulcescit; uestitaq. pampinis nec modico te- pore caret, & nimios solis defendit ardores: quæ quid potest esse cum fructu latius, tum aspectu pul-



dehrius? cuius quidem non utilitas me solum,
ante dixi, sed & cultura, & natura ipsa de-
stat, adminiculorum ordines, capitum iuga-
re, religatio, & propagatio uitium, sarmen-
tum ea, quam dixi, aliorum amputatio; alio-
rum immissio. Quid ego irrigationes, quid agri
ationes, repastinationesq. proferam, quibus
multo terra fecundior? Quid de utilitate lo-
qui stercorandi? dixi in eo libro, quem de re-
rusticis scripsi: de qua doctus Hesiodus ne-
bium quidem fecit, cum de cultura agri scribe-
t. at Homerus, qui multis, ut mihi uidetur,
seculis fuit, Laertem lenientem desiderium,
capiebat e filio, colentem agrum, et cum ster-
antem facit. Nec uero segetibus solum, et pra-
et uineis, et arbusis res rusticae latae sunt, sed
tis etiam, atque pomarijs, tum pecudum pa-
apum examinibus, florum omnium uarieta-
hec consitiones modo delectant, sed etiam insi-
tes: quibus nihil inuenit agricultura solertius.
sum persequi multa oblectamenta rerum ru-
larum: sed ea ipsa, quae dixi, fuisse sentio lon-
ta. ignoscetis autem. nam & studio rerum ru-
rum prouectus sum: et senectus est natura lo-
rior: ne ab omnibus eam uitijis uidear uindica-
Ergo in hac uita Man. Curius, cum de Samni-
is, de Sabinis, de Pyrrho triumphasset, cōsum-
extremum tēpus aetatis. cuius ego nullā con-
plans, (abest enim nō longe a mea) admirari
satis

qui nunc
extat.

rei rusticae
partes, sege-
tes, prata,
uinea, arbu-
sta, horti, a-
pum exa-
mina.

uilla Curiij.
nullo sum-



pru, nullo
ornatu ex-
tructa.

oppressum
ante quam
potireture-
legans, nec
tamen satis
notum, lo-
quendi ge-
nus. alibi,
occupauit
te fortuna.

hortum a-
gricolæ suc-
cidiam alte-
ram appel-
lant.

satis non possum uel hominis continentiam, uel tem-
porum disciplinam. Curio ad focum sedenti ma-
gnum auri pondus Samnites cum attulissent, re-
pudiati ab eo sunt. non enim, aurum habere, pre-
clarum sibi uideri dixit, sed ijs, qui haberent au-
rum, imperare. poterat ne tantus animus non
efficere iucundam senectutem? Sed uenio ad a-
gricolas; ne a me ipso recedam. In agris erant
tunc senatores, idest senes; siquidem aranti L.
Quinctio Cincinnato nuntiatum est, eum dicta-
torem esse dictum. cuius dictatoris iussu, magi-
ster equitum C. Seruilius Ahala Sp. Melium,
regnum appetentem, occupatum interemit: a
uilla in senatum accersebantur & Curius, & ce-
teri senes: ex quo, qui eos accersebant, uiatores
nominati sunt. num igitur eorum senectus mise-
rabilis fuit, qui se agricultione oblectabant? mea
quidem sententia, haud scio, an ulla possit esse
beatior uita; neque solum officio, quod hominum
generi uniuerso cultura agrorum est salutaris; sed
& delectatione, quam dixi, & saturitate, co-
piaque rerum omnium, quæ ad uictum hominum,
ad cultum etiam deorum pertinent. Et quoniam
hæc quidam desiderant, in gratiam iam cum uo-
luptate redeamus. semper enim boni, assiduique
domini referta cælla uinaria, olearia, & pœna-
ria est: uillaque tota locuples abundat porco, he-
do, agno, gallina, lacte, caseo, malle. iam, hor-
tum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant.

condi-



aditiora facit hæc superuacaneis operis aucu-
 um, atque uenatio. Quid de pratorum uiridi-
 te, aut arborum ordinibus, aut uinearum, o-
 retorum ue specie dicam? breui præcidam. agro
 ue culto nihil potest esse nec usu uberius, nec
 cie ornatius: ad quem fruendum non modo nõ
 tardat, uerum etiam inuitat, atque allectat se-
 ctus. ubi enim potest illa ætas aut calescere uel
 ricatione melius, uel igni; aut uicissim umbris
 uis ue refrigerari salubrius? Sibi habeant igi-
 arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clauam, &
 am, sibi natatione, atque cursus; nobis seni-
 : ex lusionibus multis talos relinquant, & tes-
 ; id ipsum, utrum lubebit: quoniam sine his
 ta esse senectus potest. Multas ad res peruti-
 Xenophontis libri sunt: quos legite, quæso,
 diose, ut facitis. quàm copiose ab eo agricul-
 a laudatur in eo libro, qui est de tuenda re fa-
 iari, qui Oeconomicus inscribitur? atque, ut
 illigatis nihil ei tam regale uideri, quàm stir-
 m agri colendi, Socrates in eo libro loquitur
 Critobulo, Cyrum minorem, Persarum re-
 , præstanti ingenio, atque imperij gloria,
 Lysander Lacedæmonius, uir summæ uir-
 is, uenisset ad eum Sardis, eiq. dona a socijs at-
 set, et ceteris in rebus comem erga Lysandrũ,
 ue humanum fuisse, & ei quendam conseptũ
 um, diligenter consitum, ostendisse: cum au-
 admiraretur Lysander et proceritates arbo-
 rum,

senibus ra-
 lorum, &
 tesserarum
 lusus con-
 ceditur.

Xenophon-
 tis libri per
 utiles.

in re milica-
 ri: tamen a
 Conone na-
 uali pugna
 postremo
 uictus est.
 Iustinus
 lib. 6.



rum, & directos in quincuncem ordines, & huiusmodi subactam, atque puram, & suauitatem odorum, qui afflarentur e floribus, tum eum dixisse, mirari se non modo diligentiam, sed etiam solertiam eius, a quo essent illa dimensa, atque descripta: & ei Cyrum respondisse: atqui ego sum omnia ista dimensus: mei sunt ordines, mea descriptio: multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ: tum Lysandrum, intuentem purpuram eius, & nitorem corporis, ornatumque Persicum multo auro, multisque gemmis, dixisse: recte uero te Cyre beatum ferunt, quoniam uirtuti tuæ fortuna coniuncta est. Hac igitur fortuna frui licet senibus: nec ætas impedit, quem minus & ceterarum rerum, & in primis agricolendi studia teneamus usque ad ultimum tempus senectutis. M. quidem Valerium Coruinum ad centesimum annum accepimus uitam perduxisse, cum esset acta iam ætate in agris, eosque coleret: cuius inter primum & sextum consulatum octo & quadraginta anni interfuerunt. ita, quantum spatium ætatis maiores ad senectutis initium esse uoluerunt, tantus illi cursus honorum fuit. atque huius extrema ætas hoc beatior, quam media, quod auctoritatis habebat plus, laboris minus. apex autem senectutis auctoritas. Quanta fuit in L. Cæcilio Metello, quanta in Atilio Calatino, in quem illud elögium, Vnicum plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse

quæ Liuii
Alexandro
Magno cõ-
parat in re
bellica.

apex sene-
ctutis aucto-
ritas.
de Fin. lib.
2. in extre-
mo;



uirum . notum est carmen incisum sepulcro .
 re igitur grauis , cuius de laudibus omnium es-
 fama consentiens . Quē uirum nuper P. Cras-
 sū , pontificem maximum , quem postea M. Le-
 uum , eodem sacerdotio præditum , uidimus ?
 id de Paulo , aut Africano loquar ? aut iam
 de Māximo ? quorum non insententia solū ,
 etiam in nutu residebat auctoritas . Habet
 æctus , honorata præsertim , tantam auctorita-
 tem , ut ea pluris sit , quàm omnes adolescentiæ
 uirtutes . sed in omni oratione memētote eam
 laudare senectutem , quæ fundamentis ado-
 lescentiæ constituta sit . ex quo efficitur id , quod
 inagno quondam cum assensu omnium dixi ,
 ueram esse senectutem , quæ se oratione defen-
 dit . non cani , non rugæ repente auctoritatem
 erre possunt : sed honeste acta superior ætas fru-
 ctu capit auctoritatis extremos . hæc enim ipsa
 honorabilia , quæ uidentur leuia , atque com-
 muna , saluari , appeti , decedi , assurgere , dedu-
 ci , reduci , consuli : quæ & apud nos , & in alijs
 statibus , ut quæque optime morata , ita dili-
 genter obseruantur . Lysandrum Lacedæ-
 monium , cuius modo mentionem feci , dicere a-
 solitum , Lacedæmone esse honestissimum do-
 cilium senectutis . nusquam enim tantum tri-
 butur ætati ; nusquam est senectus honoratior .
 etiam memoriæ proditum est : cum Athe-
 nis ludis , quidam in theatrum grandis natu-
 ræ uenisset .

Fabio, cum
 quo se mili-
 tasse iam di-
 xit.

miseræ sen-
 ectus , quæ
 se orationi
 defendit .

Lacedæmo-
 ne domici-
 lium sen-
 ectus hone-
 stissimum .



qui senectuti
honorē
habebant .
Gellius lib.
11 . c . 15 .

augurum.

morū vitia
sunt, quæ se-
nectuti tri-
buuntur .

non omnis
natura ne-
tustate coa-
cescit.

uenisset , magno consessu locum ei nusquam datū
a suis ciuibus : cum autem ad Lacedæmonios ac-
cessisset , qui , legati cum essent , certo in loco con-
federant , consurrexisse omnes , & senem sessum
recepisse : quibus cum a cuncto consessu plausus
esset multiplex datus , dixisse ex ijs quendam,
Athenienses scire , quæ recta essent , sed facere
nolle . Multa in nōstro collegio præclara , sed hoc,
de quo agimus , in primis , quòd , ut quisque æta-
te antecedit , ita sententiæ principatum tenet : ne-
que solum honore antecedentibus , sed ijs etiam,
qui cum imperio sunt , maiores natu augures an-
teponuntur . Quæ sunt igitur voluptates corpo-
ris cum auctoritatis præmijs comparandæ ? qui-
bus qui splendide usi sunt , ij mihi videntur fabu-
lam ætatis peregisse , nec , tanquam inexercitati
histriones , in extremo actu corruisse . At sunt
morosi , & anxij , & iracundi , & difficiles senes :
si quærimus , etiam auari : sed hæc mōrum vitia
sunt , non senectutis . ac morositas tamen , & ea
vitia , quæ dixi , habent aliquid excusationis , non
illius quidem iustæ , sed quæ probari posse uidea-
tur . contemni se putant , despici , illudi : præterea
in fragili corpore odiosa omnis offensio est . quæ
tamen omnia dulciora fiunt & moribus bonis , et
artibus : idq̃ . cum in uita , tum in scena intelligi
potest ex ijs fratribus , qui in Adelphis sunt .
quanta in altero duritas , in altero comitas ? sic se-
res habet . ut enim non omne uinū , sic nōn omnis
natura



atura uetustate coacescit . seueritatem in senectute probo , sed eam , sicut alia , modicam ; acerbam nullo modo . auaritia uero senilis quid sibi elicit , non intelligo . potest enim quidquam esse absurdius , quàm , quo minus uiae restat , eo plus iatici querere ? Quarta restat caussa , quae maxime angere , atque sollicitam habere nostram aetatem uidetur , appropinquatio mortis , quae certa a senectute non potest longe abesse . o miserum hominem , qui mortem contemnendam esse in tam longa aetate non uiderit : quae aut plane negligens est , si omnino extinguit animum ; aut etiam perniciosa , si aliquò eum deducit , ubi sit futurus incertus . atqui tertium certe nihil inueniri potest . quid igitur timeam , si aut nò miser post mortem , ut beatus etiam futurus sum ? quanquam quis est tam stultus , quamuis sit adolescens , cui sit exploratum , se ad uesperum esse uicturum ? quin etiam casus illa multo plures , quàm nostra , mortis casus habet : facilius in morbos incidunt adolescentes : rariùs aegrotant : tristius curantur : itaque perniciùs ueniunt ad senectutem . quod ni ita accideret , melius , et prudentius uiueretur . mens enim , mens , ratio , & consilium in senibus est : qui si nulli fuissent , nulla omnino ciuitates fuissent . Sed reus ad mortem impendentem . Quod illud est timor senectutis , cum illud uideatis cum adolescentia esse commune ? sensi ego tum in optimo fine meo , tum in expectatis ad amplissimam dignitatem

seuera, non
acerba, de-
bet senec-
tus esse.

mens, ratio,
consiliū in
senibus.

O 2 gnitatem



Paulli fili-
is, qui ad-
huc pueri
sunt extin-
cti. Liuius,
& alii.

fic & Pli-
nius.
nihil diu-
turnum, in
quo est ali-
quid extre-
mum.

gnitatem fratribus tuis, Scipio, omni ætati mor-
tem esse communem. At sperat adolescens, diu se
esse uicturum; quod sperare idem senex non po-
test. Insipienter sperat. quid enim stultius, quàm
incerta pro certis habere, falsa pro ueris? At se-
nex ne quod speret quidem habet. Est eo meliore
condicione, quàm adolescens; cum id, quod spe-
rat ille, hic iam consecutus est. ille uult diu uiue-
re: hic diu uixit. quanquam, o dii boni, quid est
in hominis uita diu? da enim supremum tempus:
exspectemus Tartesiorum regis ætatem. fuit e-
nim, ut scriptum uideo, Argantonius quidem Ga-
dibus, qui octoginta regnauit annos, cētum &
uiginti uixit. sed mihi ne diuturnum quidem quid
quam uidetur, in quo est aliquid extremum. cum
enim id aduenit, tunc illud, quod præterijt, efflu-
xit: tantum manet, quod uirtute, et recte factis
sis consecutus: horæ quidem cedunt, & dies, &
mensēs, & anni; nec præteritum tempus unquā
reuertitur; nec, quid sequatur, sciri potest. quod
cuique temporis ad uiuendum datur, eo debet esse
contentus. neque enim histrioni, ut placeat, pera-
genda fabula est; modo, in quocunque fuerit actū,
probetur: neque sapienti usque ad, Plaudite, ue-
niendum. breue enim tempus ætatis satis est lon-
gum ad bene, honesteq. uiuendum. sin processeris
longius; non magis dolendum est, quàm agricolæ
dolent, præterita uerni temporis suauitate, æsta-
tem, autumnumq. uenisse. uer enim, tanquam
adole-



bleſcētia, ſignificat, oſtenditq. fructus futu-
 ri: reliqua tempora demetendis fructibus, &
 recipiendis accommodata ſunt. fructus autem ſene-
 ctutis eſt, ut ſæpe dixi, ante partorum bonorum
 memoria, et copia. omnia uero, quæ ſecundum na-
 turam ſunt, ſunt habenda in bonis. quid eſt autē
 ſecundum naturam, quàm ſenibus emori?
 id idem contingit adoleſcentibus, aduerſante
 repugnāte natura. itaque adoleſcentes ſic mihi
 uidentur, ut cum aquæ multitudine flam-
 mis opprimitur; ſenes autem, ſicut cum ſua
 ſente, nulla adhibita ui, conſumptus ignis ex-
 ſtuitur. & quaſi poma ex arboribus, ſi cruda
 auelluntur; ſi matura, & cocta, deci-
 dit: ſic uitam adoleſcentibus uis auferit, ſeni-
 maturitas: quæ mihi quidem tam iucunda
 eſt, ut, quo propius ad mortem accedam, quaſi
 eam uidere uidear, aliquandoq. in portum ex
 naui navigatione eſſe uenturus. ſenectutis autē
 certus eſt terminus: recteq. in ea uiuitur,
 ad minus officij exſequi, & tueri poſſis, &
 non mortem contemnere. ex quo fit, ut ani-
 tor etiam ſenectus ſit, quàm adoleſcentia, &
 melior. hoc illud eſt, quod Piſiſtrato tyranno a-
 ne reſponſum eſt, cum illi quærenti, qua tan-
 tiſſe fretus, ſibi tam audacter obſiſleret, re-
 ſponſiſſe dicitur, ſenectute. Sed uiuendi finis eſt
 mortuus, cum, integra mente, certisq. ſenſibus,
 ipſa ſuum eadem, quæ coagmentauit, natu-

adoleſcen-
 tia uer æta-
 tis.

mors quaſi
 terra nau-
 gantibus.

Solonis di-
 ctum.



ra dissoluit. ut nauem, ut ædificium idem destruit
facillime, qui construxit: sic hominem eadem o-
ptime, quæ conglutinauit, natura dissoluit. nam
omnis conglutinatio recens, ægre; inueterata, fa-
cile diuellitur. ita fit, ut illud breue uitæ reliquum
nec auide appetendum senibus, nec sine causa de-
serendum sit. uetat Pythagoras, iniussu impera-
toris, idest dei, de præsidio, & statione uitæ de-
cedere. Solonis quidem sapientis elogium est,
quo se negat uelle suam mortem dolore amico-
rum & lamentis uacare. uult credo se esse carum
suis. sed haud scio, an melius Ennius:

Solonis, &
Ennii sen-
tentia di-
uersa.

mors negli-
genda.

ab Arunte,
Tarquini
regis filio:
& ab ipso
item Arus
occisus est.

Nemo me lacrymis decoret, neq. funera fletu
Faxit. Non censet lugendam esse mortem, ~~quam~~
immortalitas consequatur. Iam, sensus morien-
di, si quis potest esse, is ad exiguum tempus du-
rat, præsertim seni: post mortem quidem sensus
aut optandus, aut nullus est. sed hoc meditatum
ab adolescentia debet esse, mortem ut negligamus:
sine qua meditatione tranquillo esse animo
nemo potest. moriendum enim certe est; et id, incertum,
an eo ipso die. mortem igitur, omnibus bo-
ris impendentem, timens, qui poterit animo con-
sistere? de qua non ita longa disputatione opus es-
se uidetur, cum recorder non L. Brutum, qui in
liberanda patria est interfectus; non duos Decios,
qui ad uoluntariam mortem cursum equorum in-
citauerunt; non M. Atilium, qui ad supplicium
est profectus, ut fidem hosti datam conseruaret;

on duos Scipiones , qui iter Pœnis uel corpori-
 us suis obstruere uoluerunt ; non auum tuum L.
 caullum , qui morte sua luit collegæ in Cannensi
 nominia temeritatem ; non M. Marcellum , cu-
 us interitum ne crudelissimus quidem hœstis ho- Annibal.
 ore sepultura carere passus est ; sed legiões no- idē Tuscu-
 ras , quod scripsi in Originibus , in eum saepe lo- lana 1.
 um profectas alacri animo , & erecto , unde se
 nunquam redituras arbitrarentur . quod igitur
 dolerent es , & ij quidem non solum indocti , sed
 iam rûslici contemnunt , id docti senes extime-
 ent ? omnino , ut mihi quidem uidetur , rerum
 omnium satietas , uitæ facit satietatem . sunt pue-
 tie certa studia : num igitur ea desiderant ado-
 iscentes ? sunt & incunilis adolescentiæ : num ea
 m constans requirit ætas , quæ media dicitur ?
 nt etiam eius ætatis : ne ea quidem a senectute
 aruntur . sunt extrema quædam studia sene-
 utis . ergo , ut superiorum ætatum studia occi-
 unt , sic occidunt etiam senectutis . quod cum e-
 nit , satietas uitæ tempus maturum mortis af-
 rt . Equidem non uideo , cur , quid ipse sentiam
 morte , non audeam dicere . quod eo melius mi
 cernere uideor , quo ab ea prœpius absum . Ego
 stros patres , P . Scipio , tuq̃ . C . Læli , uiros
 arissimos , mihi amicissimos , uiuere arbitror , &
 m quidem uitam , quæ est sola uita numeran-
 . nam , dum sumus in his inclusi compagibus
 rporis , munere quodam necessitatis , & graui
 O 4 opere

ex agris e-
 nim in mili-
 tiam profi-
 ciscebatur .

occidit stu-
 dia omniū
 ætatum .

pro minus
 disto . sic lo-
 cutus est e-
 pist . 1 . ad
 Atticum .



opere perfungimur. est enim celestis animus ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram, locum diuinæ naturæ, æternitatiq. contrarium. sed credo deos immortales sparsisse animos in corpora humana, ut essent, qui terras tuerentur, quiq. celestium ordinem contemplantes, imitarentur eum uitæ modo, atque constantia. Nec me solum ratio, ac disputatio impulit, ut ita crederem, sed nobilitas etiam summorum philosophorum, & auctoritas. Audiebam, Pythagoram, Pythagoreosque, incolas pene nostros, qui essent Italici philosophi quondam nominati, nunquam dubitasse, quin ex uniuersa mente diuina delibatos animos haberemus. Demonstrabantur mihi præterea, quæ Socrates supremo uitæ die de immortalitate animorum disseruisset; is, qui esset sapientissimus oraculo Apollinis iudicatus. Quid multa? sic mihi persuasi, sic sentio: cum tanta celeritas sit animorum, tanta memoria præteritorum, futurorumq. prudentia, tot artes, tot scientiæ, tot inuenta, non posse eam naturam, quæ res eas contineat, esse mortalem: cumq. animus semper agitetur, nec principium motus habeat, quia ipse se moueat, nec finem quidem habiturum esse motus, quia nunquam se ipse sit relicturus: & cum simplex animi sit natura, neque habeat in se quidquam admistum, dispar sui, atque dissimile, non posse eum diuidi: quod si non possit, non posse interire: magnoq. esse

tenuerant enim Italie partē, quæ magna Græcia uocabatur.

argumen-
ta quat-
tuor ad pro-
bandam a-
nimorū im-
mortalita-
tē, ex Plato-
ne sumpta.

contra Ari-
storeles in
fine lib. 7.
ethicorum.



argūmēto , homines scire pleraque ante quā
 ti sūt , quòd iam pueri , cum artes difficiles di-
 ant , ita celeriter res innumerabiles arripiant ,
 eas non tum primum accipere uideantur , sed
 minisci , & recordari . Hæc Platonis fere . A-
 id Xenophōntem autem moriens Cyrus maior
 ec dicit : Nōute arbitrari , o mihi carissimi fi-
 , me , cum a uobis discessero , nusquam , aut nul-
 m fore . nec enim , dum eram uobiscum , ani-
 um meum uidebatis ; sed , eum esse in hoc cor-
 re , ex ijs rebus , quas gerebam , intelligebatis .
 ndem igitur esse creditote , etiam si nullum ui-
 ibitis . Nēc uero clarorum uirorum post mor-
 g honores permanerent , si nihil eorum ipsorum
 timi efficerent , quo diutius memoriam sui tene-
 mus . mihi quidem nunquam persuaderi potu-
 , ānimos , dum in corporibus essent mortalibus ,
 uere ; cum exissent ex ijs , emori : nec uero tum
 imum esse insipientem , cum ex insipienti cor-
 re euasisset ; sed , cum omni admistione corpo-
 liberatus , purus , & integer esse cœpisset , tum
 e sapientem . atque etiam , cum hominis natu-
 morte dissoluitur , ceterarum rerum , perspi-
 um est , quò quaque discedat . abeunt enim il-
 omnia , unde orta sunt : animus autem solus
 c , cum adest , nec , cum discedit , apparet . Iam
 ro , uidetis nihil morti tam esse simile , quā
 nnum . atqui dormientiū animi in maxime decla-
 nt diuinitatem suam . multa enim , cum remissi
 & liberi

argumenta
 sex Xeno-
 phōtis pro
 animorū æ-
 ternitate .

Ouidius 1.
 2. Am. Stul-



te, quid est
somnia, ge-
lida nisi
mortis ima-
go?

mūdum u-
niuersum.

uterque pe-
riit in His-
pania.

lib. II. off.
in extremo
dixit, uel
belli, uel
domi.

& liberi sunt, futura prospiciunt, ex quo intelli-
gitur, quales futuri sint, cum se plane corporis
uinculis relaxarint. Quare, si hæc ita sunt; sic
me colitote, inquit, ut Deum: sin interiturus una
est animus cum corpore; uos tamen deos ueren-
tes, qui hanc omnem pulchritudinem tuentur, &
regunt, memoriam nostri pie, inuiolateq. serua-
bitis. Cyrus quidem hæc moriens: nos, si placet,
nostra uideamus. Nemo unquam mihi, Scipio,
persuadebit, aut patrem tuum Paullum, aut du-
os auos, Paullum, & Africanum, aut Africa-
ni patrē, aut patrum, aut multos præstantes
uiros, quos enumerare non est necesse, tanta esse
conatos, quæ ad posteritatis memoriam pertine-
rent; nisi animo cernerent, posteritatem ad se per-
tinere. Ancenses (ut de me ipso aliquid more
senum glorier) me tantos labores, diurnos, no-
cturnosq. dormi, militia suscepturum fuisse, si ijs-
dem finibus gloriam meam. quibus uitam, essem
terminaturus? non ne melius multo fuisset, otio-
sam ætatem, & quietam, sine ullo labore, aut
contentione, traducere? sed nescio quo modo ani-
mus erigens se, posteritatem semper ita prospicie-
bat, quasi, cum excessisset e uita, tum denique ui-
eturus esset. quod quidem ni ita se haberet, ut ani-
mi immortales essent: haud optimi cuiusque ani-
mus maxime ad immortalitatis gloriam nitere-
tur. Quid, quod sapientissimus quisque æquissi-
mo animo moritur, stultissimus iniquissimo? non

ne



e uobis uidetur animus , is , qui plus cernat , &
 longius , uidere se ad meliora proficisci ; ille au- nō æque ui-
 tem , cuius obtusior sit acies , non uidere ? equi- dent om-
 dem cfferor studio patres uestros , quos colui , & nes animi.
 dilexi , uidendi . neque uero eos solum conuenire
 aueo , quos ipse cognoui , sed illos etiam , de qui-
 bus audiui , & legi , & ipse conscripsi . quò qui-
 dem me prōficiscentem haud sane quis facile retra-
 xerit , nec tanquā Pēliam recoxerit . quòd si quis
 deus mihi largiatur , ut ex hac ætate repuerascam ,
 & in cunis uagiam : ualde recusē . nec uero ue-
 lim , quasi decurso spatio , ad carceres a calce re-
 uocari . quid enim habet uita commodi ? quid non
 potius laboris ? sed habeat sane : habet certe ta-
 men aut satietatem , aut modum . non libet enim
 mihi deplorare uitam ; quod multi , et ij docti , sæ-
 pe fecerunt . nec me uixisse pænitet : quoniam ita
 uixi , ut non frustra me natum existimem . & ex
 uita ista discedo , tanquam ex hospitio , non tan-
 quam ex domo . commorandi enim natura diuerso
 rium nobis dedit , non habitandi locum . o præcla-
 rum diem , cum ad illud diuinorum animorum con-
 cilium , cætumq̃ . proficiscar ; cumque ex hac tur-
 ba , & colluione discedam . proficiscar enim non
 ad eos solum uiros , de quibus ante dixi , uerum
 etiam ad Catonem meum : quo nemo uir mēlior
 natus est , nemo pietate præstantior : cuius a me
 corpus crematum est : quod contra decuit ab il-
 lo meum : animus uero , non me deserens , sed re-
 spectans ,

Iasonis pa-
 trem quem
 a Medea ,
 in Iasonis
 gratiā , me-
 dicari a -
 quis reco-
 ctum , & iu-
 uentuti re-
 stituti , poe-
 tæ fingunt .

Plutarchus
 in Catone
 maiore , fi-
 liū eius ui-
 rum opti-
 mum ab eo
 sæpe in li-



bris nomi-
nari, prodi-
di: periisse
autem, cum
bellum ge-
reret reip.
causā.

*spectans, in ea profecto loca discessit, quò mihi
ipsi cernebat esse ueniendum. quem ego meum ca-
sum fortiter ferre uisus sum; non quo æquo animo
ferrem; sed me ipse consolabar, existimans non
longinquum inter nos digressum, & discessum fo-
re. His mihi rebus, Scipio, (id enim te cum Læ-
lio admirari solere dixisti) leuis est senectus, nec
solum non molesta, sed etiam iucunda. quòd si in
hoc erro, quòd animos hominū immortales esse cre-
dam: libenter erro; nec mihi hunc errorem, quo
delector, dum uiuo, extorqueri uolo. sin mortuus,
ut quidam minuti philosophi censent, nihil sen-
tiam: non uereor, ne hunc errorem meum philo-
sophi mortui irrideant. quòd si non sumus immor-
tales futuri: tamen, extinguī homini suo tempo-
re, optabile est. nam habet natura, ut aliarū om-
nium rerum, sic uiuendi modum: senectus autem
peractio ætatis est, tanquam fabulæ: cuius defati-
gationem fugere debemus, præsertim adiuncta sa-
tietate. Hæc habui, de senectute quæ dicerem:
ad quam utinam perueniatis; ut ea, quæ ex me
audistis, re experti probare possitis.*

M. TVLLII



M. TVLLII CICERONIS
L A E L I V S , V E L D E
A M I C I T I A ,

A D T. P O M P O N I V M A T T I C V M ,

Dialogi personæ,

A N N I V S , S C A E V O L A , L A E L I V S .

MVCIVS augur multa narrare de

Q. C. Lælio, soccro suo, memoriter, &
iucunde solebat, nec dubitare illum

in omni sermone appellare sapien-

em. ego autem a patre ita eram deductus ad

Scæuolam, sumpta virili toga; ut, quoad possem,

et mihi liceret, a senis latere nunquam discede-

rem. itaque multa ab eo prudenter disputata,

multa breuiter, & commode dicta, memorie

mandabam; fieriq. studebam eius prudentia do-

rior. quo mortuo, me ad pontificem Scæuolam

contuli: quem unum nostræ ciuitatis & ingenio,

et iustitia præstantissimum audeo dicere. sed de

hoc alias. nunc redeo ad augurem. Cum saepe

multa narraret, tum memini, domi in hemicyclo

identem, ut solebat, cum & ego essem una, &

uici admodum familiares, in eum sermonem il-

lum incidere, qui tum fere erat multis in ore. me-

ministi enim profecto, ut opinor, Attice, & eo

agis, quod P. Sulpicio utebare multum, cum

sic & ipse,
& Cato cē-
sorius ap-
pellati sūt.
uide l. 3. off.
& in proœ-
mio de se-
heute, &
hic infra.

orator egre

is



gius, qui lo-
quitur in li-
bris de ora-
tore.

quod reue-
ra nō loque-
retur, cum
essent mor-
tui.

nihil enim
utilius, quā
ea cogno-
scere, quæ
tum ad in-
stituendam,
tum ad con-
seruandam
amicitiam
pertinent.

in iure ci-
uili.

is tribunus pl. capitali odio a Q. Pompeio, qui
tum erat consul, dissideret, quicum coniunctissi-
me, & amantissime uixerat, quanta hominum
esset uel admiratio, uel querela. itaque tum Scæ-
uola, cum in eam ipsam mentionem incidisset, ex-
posuit nobis sermonem Lælij de amicitia, habi-
tum ab illo secum, & cum altero genere C. Fan-
nio, M. filio, paucis diebus post mortem Afri-
cani. cuius disputationis sententias memoriæ man-
dauit: quas in hoc libro exposui meo arbitrato.
quasi enim ipsos introduxi loquentes; ne, inquam;
& inquit, sæpius interponeretur. atque id eo fe-
ci, ut tanquam a præsentibus coram haberi sermo
uideretur. cum enim sæpe mecum ageres, Atti-
ce, ut de amicitia scriberem aliquid; digna mihi
res tum omnium cognitione, tum nostra familia-
ritate uisa est: itaque feci non inuitus, ut prædes-
sem multis tuo rogatu. sed, ut in Catone maiore,
qui est scriptus ad te de senectute, Catonem indu-
xi senem disputantem; quia nulla uidebatur ap-
tior persona, quæ de illa ætate loqueretur, quàm
eius, qui & diutissime senex fuisset, & in ipsa se-
nectute præ ceteris floruiisset: sic, cum accepisse-
mus a patribus, maxime memorabilem C. Læ-
lij, & P. Scipionis familiaritatem fuisse; idonea
mihi Lælij persona uisa est, quæ de amicitia ea ip-
sa differeret, quæ disputata ab eo meminisset mā-
gister meus Scæuola. genus autem hoc sermo-
num, positum in hominum ueterum auctoritate,

&



eorum illustrium, plus nescio quo pacto uideri habere grauitatis. itaque ipse mea legens sic facior interdum, ut Catonem, non me, loqui existimem. sed, ut tum ad senem senex de senectute, sic in hoc libro ad amicum amicissimus de amicitia scripsi. tum est Cato locutus, quo erat iam fere senior temporibus illis, nemo prudenter: nunc Laelius, & sapiens, (sic enim est habitus) & amicitiae gloria excellens, de amicitia loquitur. tu uelim a me animum parumper auertere, Laelium loqui ipsum putes. C. Fanius, & Q. Mucius ad socerum ueniunt post portem Africani: ab ijs sermo oritur: respondet Laelius: cuius tota disputatio est de amicitia: quam tu ipse cognosces. FAN. Sunt ista uera, Laeli. nec enim melior uir fuit Africano quisquam, nec clarior. sed existimare debes, omnium oculos in te esse coniectos. unum te sapientem, & obloquantur, & existimant. tribuebatur hoc modo. Catoni. scimus L. Acilium apud patres noster appellatum esse sapientem: sed uterque alio quodam modo: Acilius, quia prudens esse in iuribus ac iustitiis putabatur: Cato, quia multarum rerum sapientem habebat, multa quoque eius & in senatu, & in foro uel prouisa prudenter, uel acta constanter, & responsa acute ferebantur, propterea quod cognomen iam habebat in senectute sapientem. te autem alio quodam modo dicunt, non solum natura, & moribus, uerum etiam studio,

minoris:
quæ a propinquis occisum esse, suspicio fuit. de somnio Scip.

hunc non nominat li. 3. off. sed Catonem dūtaxat & Laelium.



Socratem
107:

chi' mos 1.
1. de Di-
uin. signi-
ficatur.

pro, obire
solitus sum.
nā hoc uer-
bum con-
suetudinē
significat.
de off. 1. 2.

& doctrina esse sapientem; nec sicut uulgus, sed ut eruditi solent appellare sapientem; qualem in reliqua Græcia neminem. nam, qui septem appellantur, eos, qui ista subtilius quærunt, in numero sapientum non habent. Athenis unum accepimus, & eum quidem etiam Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum. hanc esse in te sapientiam existimant, ut omnia tua in te posita esse ducas, humanosq. casus uirtute inferiores putes. itaque ex me quærunt, credo ex hoc item Scauola, quonam pacto mortem. Africani feras, eoq. magis, quod his proximis nonis, cum in hortos D. Bruti auguris, commentandi causa, ut asolet, uenissemus, tu non affuisti, qui diligentissime semper illum diem, & illud munus solitus esses obire. S C A E. Quærunt quidem, C. Læli, multi, ut est a Fannio dictum: sed ego id respondeo, quod animaduerti, te dolorem, quem acceperis tum summi uiri, tum amantissimi morte, ferre moderate, nec potuisse non commoueri, nec fuisse id humanitatis tua: quod autem his nonis in collegio nostro non affuisses, ualetudinem causam, non mæstitiam fuisse. L A E. Recte tu quidem, Scauola, & uere. nec enim ab isto officio, quod semper usurpau cum ualerem, abduci incommodo meo debui: nec ullo casu arbitror hoc constanti homini posse contingere, ut ulla intermissio fiat officij. Tu autem, Fanni, quod mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnosco, nec



et postulo, facis amice. sed, ut mihi uideris, nō
 ete iudicas de Catone. aut enim nemo, quod
 uidem magis credo, aut, si quisquam, ille sa-
 uens fuit. quo modo enim (ut alia omittam)
 mortem filij tulit? memineram Paullum, uide-
 am Caium: sed hi nec comparantur Catoni, ma-
 ximo, & spectato uiro. quamobrem caue Cato-
 anteponas ne istum quidē ipsum, quem Apol-
 lo, ut ais, sapientissimum iudicauit: huius enim
 dicta, illius dicta laudantur. De me autem, (ut
 cum utroque loquar) sic habetote. Ego si
 Scipionis desiderio me moueri negem; quā id
 ete faciam, uiderint sapientes: sed certe men-
 te. moueor enim tali amico orbatus, qualis, ut
 arbitror, nemo unquam erit, &, ut confirmare
 possum, nemo certe fuit. sed non egeo medicina:
 et ipse consolor, & maxime illo solatio, quod eo
 dolore careo, quo, amicorum decessu, plerique
 agi solent. nihil enim mali accidisse Scipioni
 uero. mihi accidit, si quid accidit. suis autem
 commodis grauiter angī, non amicum, sed se-
 rum amantis est. Cum illo uero quis neget a-
 micum esse praeclare? nisi enim, quod ille minime
 stabat, immortalitatem optare uellet; quid nō
 adeptus, quod homini fas esset optare? qui
 nam spem ciuium, quam de eo iam puero ha-
 berant, continuo adolescens incredibili uirtute
 perauit: qui consulatum petijt nunquam, fa-
 ctus est consul bis, primum ante tempus, iterum

P

sibi

C Sulpiciū
 Gallum. ui-
 de 116. &
 fam. lib. 4.

est .n. con-
 trouersia,
 utrū nihil
 omnino do-
 lendum.

hoc & in li-
 bro de cla-
 ris orat. di-
 xit, cum de
 obitu Hor-
 tēsi loque-
 retur.



ortis iam se
ditionibus.

de præteri-
to: pro etiã
tunc. quod
alibi quo-
que legi-
mus.
suspiciabã-
tur, ueneno
sublatum.

focii, & La-
tini, ue-
teres dice-
bant, pro
focii Lati-
ni: quod
alio loco
multis uer-
bis ostendi
mus.

sibi suo tempore, reip. pæne sero: qui, duabus
urbibus euersis, inimicissimis huic imperio, non
modo præsentia, uerum etiam futura bella dele-
uit. quid dicam de moribus facillimis? de pietate
in matrem, liberalitate in sorores, benignitate in
suos, iustitia in omnes? hæc nota sunt uobis. quàm
autem ciuitati carus fuerit, mærore funeris indi-
catum est. Quid igitur hunc paucorum annorum
accessio iuuare potuisset? senectus enim, quamuis
non sit grauis, ut memini Catonem anno ante,
quàm mortuus est, mecum, & cum Scipione dis-
serere, tamen aufert eam uiriditatem, in qua e-
tiam nunc erat Scipio. quamobrem uita quiden-
talis fuit uel fortuna, uel gloria, ut nihil posset
accedere: moriendi autem sensum celeritas abstulit.
quo de genere mortis difficile dictu est: quia
homines suspiciuntur, uidetis. hoc tamen uere li-
cet dicere, P. Scipioni ex multis diebus, quos in
uita celeberrimos, latissimosq. uiderit, illum
diem clarissimum fuisse, cum, senatu dimisso, de-
mum reductus ad uesperam est a patribus conscrip-
tis, a populo R. socijs, et Latinis, pridie quàm
excessit e uita: ut ex tam alto dignitatis gradu ad
superos uideatur potius, quàm ad inferos, per-
uenisse. neque enim assentior ijs, qui hæc nupte
differere cæperunt, cum corporibus simul animos
interire, atque omnia morte deleri. plus apud
antiquorum auctoritas ualet, uel nostrorum ma-
iorum, qui mortuis tam religiosa iura tribuerunt

quo



quod non fecissent profecto, si nihil ad eos pertinere arbitrarentur; uel eorum, qui in hac terra fuerunt, magnamq. Graciam, quæ nunc quidem deleta est, tunc florebat, institutis, et præceptis suis erudierunt; uel eius, qui Apollinis oraculo sapientissimus est iudicatus. qui non tum hoc, tum illud, ut in plerisque, sed idem dicebat semper, animos hominum esse diuinos, ijsque, cum e corpore excessissent, reditum ad cælum patere, optimoque, & iustissimo cuique expeditissimum. quod idem Scipioni uidebatur: qui, idem quasi ræsagiret, per paucis ante mortem diebus, cum & Philus, & Manilius adessent, & alij plures, uel etiam, Scaeuola, mecum uenisses, triduum visseruit de rep. cuius disputationis fuit extrêmum præ de immortalitate animorum: quæ se in quiete per uisum ex Africano audisse dicebat. Id si certa est, ut optimi cuiusque animus in morte facillime euolet tanquam e custodia, uinculisq. corporis: cui censemus cursum ad deos faciliorem fuisse, quàm Scipioni? quocirca, merere hoc eius eventus, uereor, ne inuidi magis, quàm amici sit. in autem illa ueriora, ut idem interitus sit animorum, & corporum, nec ullus sensus maneat: et nihil boni est in morte, sic certe nihil mali. sen enim amisso, sit idem, quasi natus non esset minino: quem tamen esse natum, & nos gaudeamus, & hac ciuitas, dum erit, letabitur. Quæbrem cum illo quidem, ut supra dixi, actum

P 2 optime

de Italia
sentit. Py-
thagorā, &
Pythago-
reos signi-
ficat. uide
108:

in somnio
Scipionis
quæ pars
fuit extre-
ma lib. 6. de
rep.



Theseus, &
 Pyrrhus:
 Achilles, &
 Patroclus:
 Orestes, &
 Pylades:
 Damon, &
 Pythias. ui-
 de lib. I. de
 Fin.

optime est, mecum autem incommodius, quem
 fuit æquius, ut prius introieram in uitam, sic
 prius exire de uita. sed tamen recordatione no-
 stræ amicitiae sic fruor, ut beate uixisse uidear,
 quia cum Scipione uixerim: quocum mihi coniun-
 cta cura de republica, & de priuata fuit: quo-
 cum domus fuit, et militia communis, et, id, in
 quo est omnis uis amicitiae, uoluntatum, studio-
 rum, sententiarum summa consensus. itaque non
 tam ista me sapientiae, quam modo Fannius com-
 memorauit, fama delectat, falsa praesertim;
 quam, quod amicitiae nostrae memoriam spero
 sempiternam fore: idque mihi eo magis est cordi,
 quod ex omnibus saeculis uix tria, aut quattuor
 nominantur paria amicorum. quo in genere spe-
 rare uideor Scipionis amicitiam, & Laelii notam
 posteritati fore. FAN. Istud quidem, Leli,
 ita necesse est: sed, quoniam amicitiae mentionem
 fecisti, & sumus otiosi, pergratum mihi feceris,
 spero item Scaeuolae, si, quemadmodum soles de
 ceteris rebus, cum ex te quaeruntur, sic de ami-
 citia disputabis, quid sentias, qualem existimes,
 quae praecepta des. SCAE. Mihi uero pergra-
 tum hoc erit. atque id ipsum cum tecum agere co-
 narer, Fannius anteuertit. quamobrem utrique
 nostrum gratum admodum feceris. LAE. Ego
 uero non grauarer, si mihi ipse considerem. nam
 & praecleara uisa res est: & sumus, ut dixit Fan-
 nius, otiosi. sed quis ego sum? aut quae in me est
 facul-



facultas? doctorum est ista consuetudo, eaq. Græcorum, ut iis proponatur, de quo disputet quamvis subito. magnum opus est, egetq. exercitatio non parua. quamobrem, quæ disputari de amicicia possunt, ab eis, censeo, petatis, qui ista profitentur. ego uos hortari tantum possum, ut amiciciam omnibus rebus humanis anteponatis. nihil est enim tam naturæ aptum, tam conueniēs ad res uel secundas, uel aduersas. Sed hoc primum sentio, nisi si in bonis amiciciam esse non posse. neque id ad uiuum refeco, ut illi, qui hac subtilius differunt, sortasse uere, sed ad communem utilitatem parum. negant enim quenquam irum bonum esse, nisi sapientem. sit ita sane: et eam sapientiam interpretantur, quam adhuc mortalis nemo est consecutus. nos autem ea, quæ sunt in usu, uitaq. communi, non ea, quæ fiuntur, aut optantur, sperare debemus. nunquā uo dicam C. Fabricium, Man. Curium, Ti. Comcanium, quos sapientes nostri maiores iudicant, ad istorum normam fuisse sapientes. Quamuis sibi habeant sapientiæ nomen, & inuidiosum, et obscurum; concedantque, ut hi boni uiri fuerint. ne id quidem facient: negabunt id, nisi scienti, posse concedi. agamus igitur pingui Mirua, ut aiunt. Qui ita se gerunt, ita uiuunt, eorum probetur fides, integritas, æquitas, liberalitas; nec sit in eis ulla cupiditas, uel libido, audacia; sintq. magna constantia, ut hi fuerint,

nisi in bonis amicicia esse nō potest.

*non exquisitis argu-
mentis.*



quasi, prorsus non liceat.

amicitia præstat propinquitati.

amicitiæ definitio.

runt, quos modo nominaui: hos viros bonos, ut habiti sunt, sic etiam appellandos putemus; qui sequuntur, quantum homines possunt, naturam, optimam recte uiuendi ducem. sic enim mihi perspicere uideor, ita natos esse nos, ut inter omnes esset societas quædam, maior autem, ut quisque proxime accederet. itaque ciues potiores sunt, quàm peregrini; & propinqui, quàm alieni. cū his enim amicitiam natura ipsa peperit: sed ea non satis habet firmitatis. nanque hoc præstat amicitia propinquitati, quòd ex propinquitate beneuolentia tolli potest, ex amicitia autem non potest. sublata enim beneuolentia, amicitia nomen tollitur, propinquitatis manet. quanta autē uis amicitia sit, ex hoc intelligi maxime potest, quòd ex infinita societate generis humani, quam conciliauit ipsa natura, ita contracta res est, & adducta in angustum, ut omnis caritas aut inter duos, aut inter paucos iungeretur. Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium diuinarum, humanarumq. rerum cum beneuolentia, & caritate summa consensio. qua quidem haud scio an, excepta sapientia, quidquam melius homini sit a dijs immortalibus datum. diuitias alij præponunt, bonam alij ualitudinem, alij potentiam, alij honores, multi etiam uoluptates. belluarum hoc quidem extremum est: illa autem superiora cædenda, & incerta, posita non tam in nostris consilijs, quàm in fortunæ temeritate. qui autem in

nirtu-



virtute summum bonum ponunt, præclare illi qui-
 dem, sed hæc ipsa uirtus amicitiam gignit, et con-
 tinet: nec sine uirtute amicitia esse ullo pacto po-
 test. iam, uirtutem ex consuetudine uitæ, sermo
 nisq. nostri interpretemur; nec metiamur eam, ut
 quidam docti, uerborum magnificentia; uirosq.
 ponos eos, qui habentur, numeremus, Paullos,
 Catones, Gallos, Scipiones, Philos. his commu-
 nis uita contenta est. eos autem omittamus, qui
 omnino nusquam reperiuntur. tales igitur inter
 uiros amicitia tantas oportunitates habet, quan-
 tas uix queo dicere. Principio, quis potest esse
 uita uitalis, ut ait Ennius, qui non in amici mu-
 tua beneuolentia cõquiescat? quid dulcius, quàm
 habere, quocum omnia audeas sic loqui, ut te-
 rum? quis esset tantus fructus in prosperis rebus,
 nisi haberes, qui illis æque, ac tu ipse, gauderet?
 aduersas uero ferre difficile esset sine eo, qui illas
 traxius etiam, quàm tu, ferret. denique cete-
 ra res, quæ expetuntur, oportunæ sunt singu-
 lis rebus fere singulis; diuitia, ut utare; opes, ut
 polare; honores, ut laudare; uoluptates, ut gau-
 deas; ualetudo, ut dolore careas, & muneribus
 ungare corporis: amicitia plurimas res continet;
 quoquò te uerteris, præsto est; nullo loco exclu-
 ditur; nunquam intempestiua, nunquam mole-
 sta est: itaque non aqua, non igni, ut aiunt,
 pluribus locis utimur, quàm amicitia. neque e-
 o nunc de uulgari, aut de mediocri, quæ tamen

amicitia si-
 ne uirtute
 esse nõ po-
 test.

C. Sulpiciũ
 Gallum ui-
 de 113.

pro, quis o-
 mnino ui-
 uit.

amicitia sic
 utimur, ut
 aqua, &
 igni.

T 4

ipsa



ipsa delectat; & prodest, sed de uera, & p̄fē-
 cta loquor; qualis eorum, qui pauci nominan-
 tur, fuit. nam & secundas res splendoriores fa-
 cit amicitia, et aduersas partiens communicansq̄.
 leuiiores. cumq̄. plurimas, & maximas commo-
 ditates amicitia contineat, tum illa nimirum prae-
 stat omnibus, quod bona spe praelucet in posterū,
 nec debilitari animos, aut cadere patitur. uerum
 enim amicum qui intuetur; tanquam exemplar
 aliquod intuetur sui. quocirca et absentes adiungunt;
 & egentes abundant; & imbecilles ualent; &
 quod difficillius dictu est, mortui uiuunt: tantus
 eos honos, memoria, desiderium prosequitur a-
 micorum. ex quo illorum beata mors uidetur,
 horum uita laudabilis. Quod si exemeris ex na-
 tura rerum beneuolentiae coniunctionem: nec do-
 mus ulla, nec urbs stare poterit; ne agri quidem
 cultus permanebit. id si minus intelligitur; quan-
 ta uis amicitiae, concordiaeq̄. sit, ex dissensionibus,
 atque ex discordijs percipi potest. quae enim
 domus tam stabilis, quae tam firma ciuitas est,
 quae non odijs, atque dissidijs funditus possit euer-
 ti? ex quo, quantum boni sit in amicitia, indica-
 ri potest. Agrigentinum quidem, doctum quen-
 dam uirum, carminibus graecis uaticinatum fe-
 runt; quae in rerum natura, totoq̄. mundo con-
 starent, quaeq̄. mouerentur, ea contrahere ami-
 citiam, dissipare discordiam. atque hoc quidem
 omnes mortales & intelligunt, & re probant.
 itaque

Empedo-
 clem. uide
 Plur. in lib.
 de Iside, &
 Osiride: quā
 quam ali-
 ter Arist.
 lib. 8. ethi-
 corum, &



itaque, si quando aliquod officium existit amici
in periculis aut adeundis, aut communicandis,
quis est, qui id non maximis efferat laudibus?
qui clamores tota cauea nuper, hospitis, & ami-
ci mei, M. Pacuuij in noua fabula? cum, igno-
rante rege, uter eorum esset Orestes, Pylades
Orestem se esse diceret, ut pro illo necaretur; O-
restes autem, ita ut erat, Orestem se esse perse-
ueraret. stantes autem plaudebant in re ficta:
quid arbitramur in uera fuisse facturos? facile in-
dicabat ipsa natura uim suam; cum homines,
quod facere ipsi non possent, id recte fieri in alte-
ro iudicarent. Haetenus mihi uideor, de amici-
tia, quod sentirem, potissime dixisse. si qua prae-
erea sunt, (credo autem esse multa) ab ijs, si
uidebitur, qui ista disputant, queritote. F A N.
Nos autem a te potius. quanquam etiam ab
Elis saepe quasiui, & audiui, non inuitus equi-
rem: sed aliud quoddam expetimus filum ora-
tionis tuae. S C A E. Tum magis id diceres Fanni,
nuper in hortis Scipionis, cum de republica di-
uitatum est, affuisses. qualis tum patronus iusti-
ae fuit contra accuratam orationem Philii? F A N.
facile id quidem fuit, iustitiam, iustissimo ui-
ro, defendere. S C A E. Quid amicitiam? non
facile ei erit, qui ob eam, summa fide, constan-
tia, iustitiaq. seruata, maximam gloriam ce-
rit? L A E. Vim hoc quidem est asserre, quid
uim refert, qua meratione cogatis? cogitis cer-
te.

Simpl. lib.
1. Phys. & 1.
1. de cælo.

ridiculi no-
men tragœ-
diæ cauea
non nulli
putarunt,
cum sit a-
rea in thea-
tro.

hanc dispu-
tationē Ci-
cero sex l.
de rep. com-
plexus est.



amicie caus-
sa quæri-
tur.

in amicitia
nihil fictū.

a natura,
non ab in-
digentia, or-
ta est amici-
tia.

te. studijs enim generorum, præsertim in re bona, cum difficile est, tum ne æquum quidem obsistere. Sæpiissime igitur mihi de amicitia cogitanti, maxime illud considerandum uideri solet, num propter imbecillitatem, atque inopiam desideranda sit amicitia, ut in dandis, recipiendisq. meritis, quod quisque minus per se posset, id acciperet ab alio, uicissimq. redderet; an esset hoc quidem proprium amicitiae, sed antiquior, & pulchrior, & magis a natura ipsa profecta alia causa esset. amor enim, ex quo amicitia est nominata, princeps est ad beneuolentiam coniungendam. nam utilitates quidem etiam ab ijs percipiuntur sæpe, qui simulatione amicitiae columtur, & obseruantur temporis causa: in amicitia autem nihil fictum, nihil simulatum; & quidquid in ea est, id & uerum, & uoluntarium est. quapropter a natura mihi uidetur potius, quam ab indigentia, orta amicitia, applicatione magis animi cum quodam sensu amandi, quam cogitatione, quantum illa utilitatis esset habitura. quod quidem quale sit, etiam in bestiis quibusdam animaduerti potest, quæ ex se natos ita amant ad quoddam tempus, & ab eis ita amantur, ut facile earum appareat sensus. quod in homine multo est euidentius: primum ex ea caritate, quæ est inter natos, & parentes; quæ dirimi nisi detestabili scelere non potest: deinde, cum similis sensus extitit amoris, si aliquem nati sumus

mihi



nus, cuius cum moribus, & natura congrua-
 nus: quòd in eo quasi lumen aliquod probitatis,
 & uirtutis perspicere uideamur. nihil est enim a-
 mirabilius uirtute; nihil, quod magis alliciat homi-
 nes ad diligendum: quippe cum propter uirtutē,
 & probitatem eos etiam, quos nunquā uidimus,
 quodam modo diligamus. quis est, qui C. Fabri-
 jū, M. Curij cum caritate aliqua, & beneuolen-
 tia memoriam non usurpet, quos nunquam uide-
 rit? quis autem est, qui Tarquiniū Superbum,
 qui Sp. Cassium, Sp. Melium non oderit? cum
 duobus ducibus de imperio in Italia decertatum
 est, Pyrrho, et Hannibale. ab altero, propter
 probitatem eius, non alienos animos habemus:
 alterum, propter crudelitatem eius, semper hac
 uitas oderit. quòd si tanta uis probitatis est, ut
 iam uel in eis, quos nunquam uidimus, uel, quod
 maius est, in hoste etiam diligamus: quid mirum,
 si animi hominum moueantur, cum eorum, qui-
 uscum usu coniuncti esse possunt, uirtutem, &
 probitatem perspicere uideantur? quanquam con-
 firmatur amor & beneficio accepto, & studio,
 perspecto, & consuetudine adiuncta. quibus re-
 bus ad illum primum motum animi, & amoris
 adhibitis, admirabilis quædam exardescit bene-
 uolentie magnitudo. quam si qui putant ab im-
 becillitate proficisci, ut sit per quam quisque asse-
 quatur quod desideret: humilem sane relinquit,
 & minime generosum, ut ita dicam, ortum ami-
 citiæ;

uirtus ma-
 xime om-
 nium rerū
 beneuolē-
 tiam conci-
 liat.

cui Viscelli
 no cogno-
 men fuit.

probitatem
 etiam in ho-
 ste diligi-
 mus.

amorē quæ
 confirmēt.



nis excel-
lat in expe-
tendis, co-
lendisq. a-
micitis.

auget bene-
uolentiam
cōsuetudo.

amicitia nō
spe merce-
dis, sed pro-
pter se ip-
sam expeti-
tur.

a natura gi-
gnitur dili-
gendi sen-
sus.

citiae ; quam ex inopia , atque indigentia natam
uolunt . quod si ita esset ; ut quisque minimum in
se esse arbitraretur , ita ad amicitiam esset aptis-
simus . quod longe secus est . ut enim quisque sibi
plurimum confidit , & ut quisque maxime uirtu-
te , & sapientia sic munitus est , ut nullo egeat ,
suaq. omnia in se ipso posita iudicet ; ita in amici-
tijs expetendis , colendisq. maxime excellit . quid
enim ? Africanus erat indigens mei ? minime her-
cule . at ne ego quidem illius . sed ego admiratio-
ne quadam uirtutis eius , ille uicissim opinione for-
tasse non nulla , quam de meis moribus habebat ,
me dilexit . aūxit beneuolentiam cōsuetudo . sed
quanquam utilitates multae , & magnae consecu-
tae sunt ; non sunt tamen ab earum spe causa dili-
gendi profectae . ut enim benefici , liberalesq. su-
mus , non ut exigamus gratiam , (neque enim
beneficium feneramur) sed natura propensi ad
liberalitatem sumus : sic amicitiam , non spe mer-
cedis adducti , sed quod eius omnis fructus in ipso
amore inest , expetendam putamus . Ab ijs uero ,
qui pecudum ritu ad uoluptatem omnia referūt ,
longe dissentimus : nec mirum : nihil enim altum ,
nihil magnificum , nec diuinum suspicere possunt ,
qui omnes suas cogitationes abiecerūt in rem tam
humilem , tamq. contemptam . quamobrem hos
quidem ab hoc sermone remoueamus : ipsi autem
intelligamus , a natura gigni sensum diligendi , et
beneuolentiae caritatem , facta significatione pro-
bitatis :



bitatis: quam qui appetiuerunt, applicant sese,
 & propius admouent, ut & usu eius, quem dili-
 gere cœperunt, fruantur, & moribus; sintq. pa-
 res in amore, & æquales, propensioresq. ad be-
 ne merendum, quàm ad reposcendum; atque hæc
 inter eos sit honesta certatio. sic & utilitates ex
 amicitia maxime capientur: & erit eius ortus a
 natura, quàm ab imbecillitate, grauior, & ue-
 rior: nam si utilitas amicitias conglutina-
 ret, eadem commutata dissolueret: sed, quia natura mu-
 tari non potest, iccirco ueræ amicitia sempiternæ
 sunt. Ortum quidem amicitia uidetis: nisi quid
 adhuc forte uultis. F A N. Tu uero perge, Læli.
 pro hoc enim, qui minor est natu, meo iure re-
 spondeo. S C A E. Recte tu quidem. quamob-
 rem audiamus. L A E. Audite uero optimi ui-
 ri ea, quæ sapissime inter me, & Scipionem de
 amicitia differebantur. quanquam ille quidem ni-
 hil difficilius esse dicebat, quàm amicitiam usque
 ad extremum uitæ diem permanere: nam, uel
 ut non idem expediret utrique, incidere sæpe, uel
 ut de republica non idem sentirent. mutari etiam
 mores hominum sæpe dicebat, alias aduersis re-
 bus; alias ætate ingrauescente. atque earum re-
 rum exemplum ex similitudine capiebat ineun-
 tis ætatis: quòd summi puerorum amores sæpe
 una cum prætexta, sūmpta toga, deponeren-
 tur: sin autem ad adolescentiam perduxissent,
 dirimi tamen interdum uel luxuriæ contentio-
 ne,

natura non
mutatur.

amicitia nō
facile per-
manet ad
extremum
uitæ diem.

puto hoc de
lenduni.

luxuria, ait
Festus, ino-



rum est fo-
lutio.

pestes in a-
micitia sūt
pecuniæ cu-
piditas, et
ambitio.

multa im-
pendent a-
micitiis.

quatenus
amor in a-
micitia pro-
gredi de-
beat.

ne, uel cominodi alicuius, quod idem adipisci
uterque non posset: quòd si qui longius in ami-
citia prouecti essent, tamen sæpe labefactari,
si in honoris contentionem incidissent: pestem
enim maiorem esse nullam in amicitijs, quàm
in plerisque pecuniæ cupiditatem, in optimis qui-
busque honoris certamen, & gloriæ: ex quo
inimicitias maximas sæpe inter amicissimos ex-
titisse: magna etiam dissidia, & plerunque iusta
nasci, cum aliquid ab amicis, quod rectum non
esset, postularetur, ut aut libidinis ministri, aut
adiutores essent ad iniuriam: quod qui recusa-
rent, quamuis honeste id facerent, ius tamen a-
micitiæ deserere arguerentur ab ijs, quibus ob-
sequi nollent: illos autem, qui quiduis ab amico
auderent postulare, postulatione ipsa profite-
ri omnia se amici causa esse facturos: eorum que-
rela inueterata non modo familiaritates extingui
solere, sed etiam odia gigni maxima, atque sem-
piterna: hac ita multa, quasi fata, impendere
amicitijs, ut omnia subterfugere, non modo sa-
pientiæ, sed etiam felicitatis diceret sibi uideri.
Quamobrem id primū uideamus, si placet, qua-
tenus amor in amicitia progredi debeat. Num,
si Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam
arma illi cum Coriolano debuere? num Viscelli-
num amici regnum appetentem, num Sp. Me-
lium iuuare debuerunt? Tiberium quidem Grac-
chum, remp. uexantem, a Q. Tuberone, & qua-
libusq.



libusq. amicis derelictū uidebamus . at C. Blossius Cumanus , hospes familiæ uestræ , Scaeuola , cum ad me , qui aderam Lanati & Rutilio consulibus in cōsilio , deprecatum uenisset , hanc , ut sibi ignoscerem , causam afferebat , quòd tanti Ti. Gracchum fecisset , ut , quidquid ille uellet , si tibi faciendum putaret . tum ego , etiam ne , inquā , si te in Capitolium faces ferre uellet ? nunquā , inquit , uoluisset id quidem : sed , si uoluisset , paruisssem . uidetis , quā nefaria uox . et hercle ita fecit , uel plus etiam , quā dixit : non enim paruit ille Ti. Gracchi temeritati , sed præsuit ; nec se comitem illius furoris , sed ducem præbuit : itaque hac amentia , quæstione noua perterritus , in Asiā profugit ; ad hostes se cōtulit ; pœnas reip. graues , iustasq. persoluit . nūlla est igitur excusatio peccati , si amici causa peccaueris . nam cum cōciliatrix amicitiae uirtutis opinio fuerit ; difficile est amicitiam manere , si a uirtute desceceris . quòd si rectum statuerimus , uel concedere amicis , quidquid uelint ; uel impetrare ab amicis , quidquid uelimus : perfecta quidem sapientia sumus , si nihil habeat res uitij : sed loquimur de ijs amicis , qui ante oculos sunt , quos uidemus , aut de quibus memoriam accepimus , quos nouit uita communis . ex hoc numero nobis exempla sumenda sunt , & eorum quidem maxime , qui ad sapientiam proxime accedunt . Vidimus Papum Aemilium C. Luscinio familiarem fuisse , (sic a patribus

in quo ,
quid agendum contra socios Ti. Gracchi , deliberabatur.

non est peccandum a-micitiae cā .
conciliatrix amicitiae uirtutis opinio .

Fabricio Luscinio , qui



amicitiæ
prima lex.

regnavit e-
nim nemo
post eie-
ctos reges.

bus accepimus) bis una consules ; & collegas in
censura . tum etiam cum ijs , & inter se coniun-
ctissimos fuisse Man . Curium , & Ti . Corunca-
nium , memoriæ traditum est . igitur ne suspicari
quidem possumus , quenquam horum ab amico
quippiam contendisse , quod contra fidem , contra
iusiurandum , contra remp . esset . nam hoc qui-
dem in talibus uiris quid attinet dicere ? si conten-
disset , scio impetraturum non fuisse : cum illi san-
ctissimi uiri fuerint ; æque autem nefas sit , tale
aliquid & facere rogatum , & rogare . At uero
Ti . Gracchum sequebantur C . Carbo , C . Cato ,
& minime tunc quidem Caius frater , nunc idem
acerrimus hostis . Hæc igitur prima lex in ami-
citia sancitur , ut neque rogemus res turpes , nec
faciamus rogati . turpis enim excusatio est , &
minime accipienda cum in ceteris peccatis , tum
si quis contra remp . se amici causâ fecisse fatea-
tur . etenim eo loco , Fanni , & Scauola , locati
sumus , ut nos longe prospicere oporteat futuros
casus reip . deflexit enim iam aliquantulum de spa-
tio , curriculoq . consuetudo maiorum . Ti . Grac-
chus regnum occupare conatus est , uel regnavit
is quidem paucos menses . num quid simile popu-
lus R . audierat , aut uiderat ? hunc etiam post
mortem secuti amici , & propinqui quid in Pa-
Scipionem effecerint , sine lacrymis non queo di-
cere . nam Carbonem quoque , quem modo po-
suimus , propter recentem pœnam Ti . Gracchi
sustinuit



sustinuimus. de C. Gracchi autem tribunatu quid
 expectem, non libet augurari. serpit enim dein cæsus est ab
 Opimio cō-
 sulc.
 de res, quæ procliuis ad perniciem, cum semel
 cæpit, labitur. uidetis, in tabella iam ante quan-
 ta sit facta labe, primo Gabinia lege, biennio au-
 tem post Cassia. uidere iam uideor populum R. a
 senatu disiunctum, multitudinisq. arbitrio res
 maximas agi. plures enim discent, quemadmo-
 dum hæc fiant, quam quemadmodum his resista-
 tur. Quorsum hæc? quia sine socijs nemo quid-
 quam tale conatur. Præcipiendum est igitur bō- bonis præ-
 cipiendum.
 nis, ut, si in eiusmodi amicitias ignari casu aliquo
 inciderint, ne existiment ita se alligatos, ut ab a-
 micis in magna re aliqua in rep. peccantibus non
 discedant. improbis autem pœna statuenda est, improbis
 pœna sta-
 tuenda.
 nec minor uero ijs, qui secuti erunt alterū, quam
 ijs, qui ipsi fuerint impietatis duces. Quis clarior
 in Græcia Themistocle, quis potentior? qui cum
 imperator bello Persico seruitute Græciam libe-
 rasset, propterq. inuidiam in exsilium pulsus es-
 set, ingrata patriæ iniuriam non tulit, quam fer-
 re debuit. fecit idem, quod uiginti annis ante a-
 uid nos fecerat Coriolanus. his adiutor contra pa-
 triam inuentus est nemo. itaque mortem sibi u-
 perque cōsciuit. quare talis improborum consen-
 su non modo excusatione amicitiae tegenda non
 est, sed potius omni supplicio uindicanda; ut ne
 quis sibi concessum putet, amicum, bellum pa-
 triæ inferentem, sequi. quod quidem, ut res ire

Q cæpit,

aliter Li-
 uius, & At-
 ticus de Co-
 riolano, de
 Themisto-
 cle autem
 Clitarchus,



& Strato - *cæpit, haud scio an aliquando futurum sit. mihi*
 cles . uide
 lib. de cla - *autem non minori curæ est, qualis resp. post mor-*
 ris orat. *tem meam futura sit, quàm qualis hodie sit. Hac*

non aperte
 solum, sed
 acriter etiã
 monēdi sūt
 amici.

caput est
 ad beate ui-
 uendum se-
 curitas.

*igitur prima lex amicitiae sanciat, ut ab amicis
 honesta petamus, amicorum causa honesta facia-
 mus; nec expectemus quidem, dum rogemur;
 sed studium semper adsit, cunctatio absit; consi-
 lium libere dare gaudeamus; plurimum in ami-
 citia amicorum bene suadentium ualeat auctori-
 tas: eaq. adhibeatur ad mouendum non modo a-
 perte, sed etiam acriter, si res postulabit, & ad-
 hibita pareatur. Nam quibusdam, quos audio
 sapientes habitos in Græcia, placuisse opinor mi-
 rabilia quædam. sed nihil est, quod illi non perse-
 quantur suis argutiis; partim fugiendas esse nimias
 amicitias, ne necesse sit, unum sollicitum esse pro
 pluribus; satis superq. esse sibi suarum cuique re-
 rum curam; alienis nimis implicari molestum es-
 se; commodissimum esse, quam laxissimas habe-
 nas habere amicitiae, quas uel adducas, cum ue-
 lis, uel remittas: caput enim esse ad beate uiuen-
 dum securitatem; qua frui non possit animus, si
 tanquam parturiant unus pro pluribus. Alios
 autem dicere aiunt etiam multo inhumanius: quæ
 locum breuiter perstrinxi paullo ante: præsidij
 adiumentiq. causa, non beneuolentiae, neque
 caritatis, amicitias esse expetendas: itaque, ut
 quisque minimum firmitatis habeat, minimumq.
 uirium, ita amicitias appetere maxime: ex eis
 fieri*



fieri, ut mulierculæ magis amicitiarum præsidia
 querant, quàm uiri; & inopes, quàm opulenti;
 & calamitosi, quàm ij, qui putantur beati. O
 brachiam sapientiam. solẽ enim e mundo tol-
 lere uidentur, qui amicitiam e uita tollunt: qua
 nihil a dijs immortalibus melius habemus, nihil
 uicundius. quæ est enim ista securitas? specie qui-
 dem blanda, sed re ipsa multis locis repudianda
 est. nẽque enim est consentaneum, ullam hone-
 stam rem, actionem ue, ne sollicitus sis, aut non
 suscipere, aut susceptam deponere. quòd si curã
 fugimus; uirtus fugienda est; quæ, necesse est,
 et cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur,
 etque oderit, ut bonitas malitiam, temperantia
 libidinem, ignauiam fortitudo. itaque uideas re-
 us iniustis iustos maxime dolere, imbecilibus
 fortes, flagitiosis modestos. ergo hoc proprium
 est animi bene constituti, & letari bonis rebus,
 & dolere contrarijs. quamobrem si cadit in sa-
 gentem animi dolor, qui profecto cadit, nisi ex e-
 us animo exstirpatam humanitatem arbitremur:
 quæ causa est, cur amicitiam funditus tollamus
 uita, ne aliquas propter eam suscipiamus mole-
 as? quid enim interest, motu animi sublato,
 in dico inter pecudem, & hominem, sed inter
 minem, & saxum, aut truncum, aut quiduis
 peris eiusdem? Neque enim sunt isti audiendi,
 uirtutem duram, & quasi ferream esse uo-
 t: quæ quidem est tum multis in rebus, tum in

solem e mũ
do tollunt,
qui amici-
tiam e uita
tollunt.

securitatis
caussa non
est honestũ
negligen-
dum.

animi bene
constituti
proprium
est, letari
bonis re-
bus, dolen-
re contra-
rijs.

Q 2 ami-



diffunda-
tur lætitia,
contraha-
tur mæro-
re.

contrahit
uirtus ami-
citiæ.

excusat uer-
bi nouita-
tem. nam
redamo, in-
usitatum.

ad amicitia
similitudo
afficit.

bonis inter
bonos qua-
si necessa-
ria beneuo-
lentiæ.

amicitia tenera, atque tractabilis; ut & bonis a-
mici quasi diffundantur, & incommodis contra-
hatur. quamobrem angor iste, qui pro amico sa-
pe capiendus est, non tantum ualet, ut tollat e-
uita amicitiam; non plus, quam ut uirtutes, quia
non nullas curas, & molestias afferunt, repu-
dientur. Cum autem contrahat uirtus amicitia
ut supra dixi, si qua significatio uirtutis eluceat,
ad quam se similis animus applicet, & adiungat.
id cum contingit, amor ibi exoriatur necesse est.
quid enim tam absurdum, quam delectari multi-
inanibus rebus, ut honore, ut gloria, ut ædificio,
ut uestitu, cultuq. corporis; animo autem uirtu-
te prædito, eo, qui uel amare, uel, ut ita dicam,
redamari possit, non admodum delectari? nihil
est enim remuneratione beneuolentiæ, nihil uicis-
situdine studiorum, officiorumq. incundius. quod
si etiam illud addimus, quod recte addi potest, ni-
hil esse, quod ad se rem ullam tam alliciat, &
contrahat, quam ad amicitiam similitudo: con-
cedatur profecto uerum esse, ut bonos boni de-
ligant, adsciscantq. sibi quasi propinquitate con-
iunctos, atque natura. nihil est enim appetentia
similium sui, nihil rapacius, quam natura. Qu-
obrem hoc quidem, Fanni, & Scæuola, constat
ut opinor, bonis inter bonos quasi necessariam be-
neuolentiam esse: qui est amicitiae fons a natura
constitutus. sed eadem bonitas etiam ad multitu-
dinem pertinet. non est enim inhumana uirtus

nequ



neque superba ; quæ etiam populos uniuersos tue-
 ri , ciq. optime consulere soleat : quod non faceret
 profecto , si a caritate uulgi abhorreret . Atque
 etiam mihi quidem uidentur , qui utilitatis caus-
 â fingunt amicitias , amabilissimum nodum ami-
 citiæ tollere . non enim tam utilitas parta per ami-
 cum , quàm amici amor ipse delectat : tumq. il-
 lud sit , quod ab amico est profectum , iucundum ,
 cum amore , & studio est profectum : tantumq.
 ebest , ut amicitia propter indigentiam colantur ,
 ut ij , qui opibus , & copijs , maximeq. uirtute
 præditi , in qua plurimum est præsidij , minime
 alterius indigeant , liberalissimi sint , & benefi-
 centissimi . atque haud scio an ne opus sit quidem ,
 nihil unquam omnino deesse amicis . ubi enim stu-
 dia nostra uiguisent , si nunquam studio , nunquã
 consilio , nunquam opera nostra nec domi , nec
 militia Scipio eguisset ? non igitur utilitatem ami-
 citia , sed utilitas amicitiam secuta est . non ergo
 erunt homines diuitijs affluentes audiendi , si quã-
 de amicitia , quam nec usu , nec ratione habent
 cognitam , disputabunt . nam quis est , pro deum
 dem , atque hominum , qui uelit , ut neque dili-
 gat quenquam , nec ipse ab ullo diligatur , circum-
 uere omnibus copijs , atque in omnium rerum
 undantia uiuere ? hæc enim est tyránnorum ui-
 uimur : in qua nulla fides , nulla caritas , nul-
 stabilis beneuolentiæ potest esse fiducia : omnia
 mper suspecta , atque sollicita , nullus locus est

plus, quàm
 utilitas, de-
 lectat ami-
 ci amor.

non utilita-
 tem amici-
 tia, sed uti-
 litas amici-
 tiam sequi-
 tur.

tyrannoru
 uita .



nemo dili-
git quem
metuit. ex
quo illud
Ennii: Quē
metuūt, o-
derunt, lib.
11. off. 45.

mores for-
tuna mutā-
tur.

amici, opti-
mā uitę su-
pellex.

*amicitiæ. quis enim aut eum diligit, quem mē-
tuit; aut eum, a quo se metui putat? coluntur
tamen simulatione amicitiæ duntaxat ad tempus.
quòd si forte, ut fit plerunque, ceciderint; tum
intelligitur, quàm fuerint inopes amicorum. quod
Tarquinius dixisse ferunt, tum, cum exsul es-
set, se intellexisse, quos fidos amicos habuisset,
quosq. infidos, cum iam neutris gratiam referre
posset. quanquam miror, in illa superbia, & im-
portunitate si quenquam habere potuit. atque ut
huius, quem dixi, mores ueros amicos parare nō
potuere: sic multorum opes præpotentium exclu-
dunt amicitias fideles. non enim solum ipsa fortu-
na cæca est, sed eos etiam plerunque efficit cæcos,
quos complexa est. itaque illi efferuntur fastidio
fere, & contumacia: neque quidquam insipien-
te fortunato intolerabilius fieri potest. Atque
hoc quidem uidere licet, eos, qui antea commo-
dis fuerunt moribus, imperio, potestate, pro-
speris rebus immutari; sperniq. ab ijs ueteres ami-
citas, & indulgeri nouis. quid autem stultius,
quàm, ut plurimum copijs, facultatibus, opi-
bus possint, cetera parare, quæ parant, pe-
cuniam, equos, famulos, uestes egregias, ua-
sa pretiosa; amicos non parare, optimam, &
pulcherrimam uitæ, ut ita dicam, supellectilem?
etenim cetera cum parant, cui parent, nesciunt,
nec cuius causa laborent: eius enim est istorum
quodque, qui uincit uiribus: amicitiarum sua cui-
que*



que permanet stabilis, & certa possessio; ut, etiam si illa maneant, quæ sunt quasi dona fortunæ, tamen uita inculta, & deserta ab amicis, non possit esse iucunda. sed hac hætenus. Constituendi autem sunt, qui sint in amicitia fines, & quasi termini diligendi. de quibus tres uideo ferri sententias, quarum nullam probo; unam, ut eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmet ipsos; alteram, ut nostra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentiæ pariter, æqualiterq. respondeat; tertiam, ut, quanti quisque se ipse facit, tanti fiat ab amicis. harum trium sententiarum nulli prorsus assentior. nec enim illa prima uera est, ut, quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus. quàm multa enim, quæ nostra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum? precari ab indigno, supplicare, tum acerbius in aliquem inueniri, insectariq. uehementius: quæ in nostris rebus non satis honeste, in amicorum fiunt honestissime. multæ quoque res sunt, in quibus de suis commodis uiri boni multa detrahunt, detrabiq. patiuntur, ut ijs amici potius, quàm ipsi, fruantur. Altera sententia est, quæ definit amicitiam partibus officijs, ac uoluntatibus. hoc quidem est nimis exigue, & exiliter ad calculos reuocare amicitiam; ut par sit ratio acceptorum, et datorum. itior mihi, & affluentior uidetur esse uera amicitia, nec obseruare stricte, ne plus reddat, quàm

de amicitie
terminis.

amicorum
causa multa
facimus,
quæ nostra
non facere
mus.

uera amicitia
non obseruat,
ne plus red-



dat, quàm
acceperit.

acceperit. neque enim uerendum est, ne quid ex-
cidat, aut ne aliquid in terram defluat, aut ne
plus æquo quid in amicitia congeratur. Tertius
uero ille finis deterrimus, ut, quanti quisque se
ipse faciat, tanti fiat ab amicis. sæpe enim in qui-
busdam aut animus abiectior est, aut spes ampli-
ficandæ fortunæ fractior. non est igitur amici, ta-
lem esse in eum, qualis ille in se est, sed potius e-
niti, & efficere, ut amici iacentem animum ex-
citet, inducatq. in spem, cogitationemq. melio-
rem. Alius igitur finis ueræ amicitiae constituen-
dus est, si prius, quid maxime reprehendere Sci-
pio solitus sit, edixero. Negabat ullam uocem
inimiciorem amicitiae potuisse reperiri, quàm e-
ius, qui dixisset, ita amare oportere, ut aliquan-
do esset osurus: nec uero se adduci posse, ut hoc,
quemadmodum putaretur, a Biante dictum esse
crederet, qui habitus esset unus e septem; sed im-
puri cuiusdam, aut ambitiosi, aut omnia ad suam
potentiam reuocantis, esse sententiam. quoniam
enim modo quisquam amicus eius esse poterit, cu-
ius se putabit inimicum esse posse? quin etiam ne-
cesse erit cupere, & optare, ut quam sæpissime
peccet amicus, quo plures det sibi tanquam an-
sas ad reprehendendum. Rursum autem recte
factis, commodisq. amicorum necesse erit angi,
dolere, inuidere. Quare hoc quidē præceptum
cuiuscunque est, ad tollendam amicitiam ualet.
Illud potius præcipiendum fuit, ut eam diligen-
tiam

Biantis di-
ctum, ita a-
mare nos o-
portere, ut
aliquando si-
mus osuri.
Val. Max.
l. 7. c. 3.



tiam adhiberemus in amicitijs comparandis, ut
 ne quando amare inciperemus eum, quem ali-
 quando odisse possemus. quin etiam, si minus fe-
 lices in deligendo fuisset; ferendum id Scipio
 potius, quam inimicitiarum tempus cogitandum
 putabat. His igitur finibus utendum arbitror,
 ut, cum emendati mores amicorum sint, tum sit
 inter eos omnium rerum, consiliorum, & uolun-
 tatum sine ulla exceptione communitas; ut etiam
 si qua fortuna acciderit, ut minus iustæ amicorū
 uoluntates sint adiuuandæ, in quibus eorum aut
 de capite agatur, aut de fama, declinandum sit
 de uia, modo ne summa turpitudine sequatur. est
 enim, quatenus amicitie dari uenia possit. Nec
 uero negligenda est fama: nec mediocre telum ad
 res gerendas existimare oportet beneuolentiam
 ciuium; quam blanditijs, & assentationibus col-
 ligere, turpe est. uirtus, quam sequitur caritas,
 minime repudianda est. Sed (sæpe enim redeo
 ad Scipionem, cuius omnis sermo erat de amici-
 tia) querebatur, quod in omnibus rebus homi-
 nes diligentiores essent: capras, & oues quos-
 quisque haberet, dicere posse: amicos quot habe-
 ret, non posse dicere: & in illis quidem parandis
 adhibere quasi signa quædam, & notas, quibus
 eos, qui ad amicitiam essent idonei, iudicarent.
 sunt igitur firmi, & stabiles, & constantes de-
 ligendi: cuius generis est magna penuria: & iu-
 dicare difficile est sane, nisi expertum; experien-

dum

uidendum
 est, quem a-
 mare inci-
 piamus.
 putabat A-
 fricanus a-
 micorū ui-
 tia ferenda

est quate-
 nus amici-
 tie uenia
 dari possit.

constantis
 amicorum
 magna pæ-
 nuria.



ut in transi-
tu fluminis

ambitio sæ-
pe amicitia
peruertit.

imbecilla
natura ad
contemnē-
dam potē-
tiam.

senarius.

contemne-
re, leuita-
tis: desere-
re, infirmi-
tatis:

dum autem est in ipsa amicitia: ita præcurrit ami-
citia iudicium, tollitq. experiendi potestatem. est
igitur prudentis sustinere, ut cursum, sic impetū
beneuolentiæ, quo utamur, quasi aquis tentatis,
sic amicitijs, aliqua parte periclitatis moribus a-
micorum. Quidam sæpe in parua pecunia perspi-
ciuntur, quàm sint leues. quidam autem, quos
parua mouere non potuit, agnoscuntur in ma-
gna. si uero erunt aliqui reperti, qui, pecuniam
præferre amicitia, sordidum existiment: ubi eos
inueniemus, qui honores, magistratus, impe-
ria, potestates, opes amicitia non anteponant; ut,
cum ex altera parte proposita hæc sint, ex altera
uis amicitia, non multo illa malint? imbecilla e-
nim natura est ad contemnendam potentiam: quā
etiam si, neglecta amicitia, consecuti sunt, ex-
cusari se arbitrantur, quia non sine magna causa
sit neglecta amicitia. itaque ueræ amicitia difficil-
lime reperiuntur in ijs, qui in honoribus, req. pu-
blica uersantur. ubi enim inuenias, qui honorem
amici anteponat suo? Quid? (hæc ut omittam)
quàm graues, quàm difficiles plerisque uidentur
calamitatū societates? ad quas, non est facile inuen-
tus, qui descendat. quanquam Ennius recte,

Amicus certus in re incerta cernitur.

tamen hæc duo leuitatis, & infirmitatis pleros-
que conuincunt; aut si in bonis rebus contem-
nunt; aut si in malis deserunt. qui igitur utraque
in re grauem, constantem, stabilemq. se in ami-
citia



amicitia praestiterit, hunc ex maxime raro hominum genere iudicare debemus, & pæne diuino. firmitas autem stabilitatis, constantiaq. eius, quam in amicitia quaerimus, fides est. nihil enim stabile est, quod infidum est. simplicem praeterea, & communem, & consentientem, id est qui rebus iisdem moueatur, eligi par est: quæ omnia pertinent ad fidelitatem. neque enim fidum potest esse multiplex ingenium, & tortuosum. neque uero, qui non iisdem rebus mouetur, & natura consentit, aut fidus, aut stabilis potest esse. Addendum eodem est, ut ne criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat illatis. quæ pertinent omnia ad eam, quam iam dudum tracto, constantiam. ita fit uerum illud, quod initio dixi, amicitiam nisi inter bonos esse non posse. est enim boni uiri, quem eundem sapientem licet dicere, hac duo tenere in amicitia; primum, ne quid fictum sit, ne ue simulatum; (aperte enim uel odisse, magis ingenium est, quam fronte occultare sententiam) deinde non solum ab aliquo oblatas criminationes repellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciosum, semper aliquid existimantem ab amico esse uiolatum. Accedat huc suauitas quadam, oportet, sermonum, atque morum uandquaquam mediocre condimentum amicitiae. tristitia autem, & in omni re seueritas absit. habet illa quidem grauitatem: sed amicitia remissior esse debet, & liberior, & dulcior, & ad

fidum non
potest esse
multiplex
ingenium, &
tortuosum.

bonus uir
duo teneat
in amicitia

absit ab a-
micitia se-
ueritas.



multi modii salis simul edendi, ut expleatur munus amicitiae.

maximum est in amicitia, superiorem parem esse inferiori.

eiusdem Pauli filium, sed a Q. Fabio Max. adoptatum.

ad omnem comitatem, facilitatemque. procliuior. Existit autem hoc loco quaedam quaestio subdifficilis; num quando amici noui, digni amicitia, ueteribus sint anteponendi; ut equis uetulis teneros anteponere solemus. indigna homine dubitatio. non enim amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum, satietates. ueterrimae quaeque (ut ea uina, quae uetustatem ferunt) esse debent suauissimae. uerumque. illud est, quod uulgo dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit. nouitates autem, si spem afferunt, ut tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt illae quidem repudiandae: uetustas tamen suo loco conseruanda est: maxima est enim uis uetustatis, & consuetudinis. atque in ipso equo, cuius modo mentionem feci, si nulla res impediat, nemo est, qui non eo, quo consueuit, libentius utatur, quam intrectato, & nouo. nec modo in hoc, quod est animal, sed in ijs etiam, quae sunt inanimata, consuetudo ualet; cum locis etiam ipsis montosis delectemur, & siluestribus, in quibus diutius commorati sumus. Sed maximum est in amicitia, superiorem parem esse inferiori. saepe enim excellentiae quaedam sunt: qualis erat Scipionis in nostro, ut ita dicam, grege. nunquam se ille Philo, nunquam Rupilio, nunquam Mummio anteposuit, nunquam inferioris ordinis amicis. Quinctum uero Maximum, fratrem, egregium uirum, omnino sibi nequaquam



quam parem , quòd is anteibat ætate , tanquam
superiorem colebat ; suosq. omnes per se esse pos-
se ampliores uolebat . quod faciendum , imitan-
dumq. est omnibus ; ut , si quam præstantiam uir-
tutis , ingenij , fortunæ consecuti sunt , impartiant
eam suis , communicentq. cum proximis ; ut , si
parentibus nati sint humilibus , si propinquos ha-
beant imbecilliores uel animo , uel fortuna , eorū
augeant opes , eisq. honori sint , & dignitati : ut
in fabulis , qui aliquandiu , propter ignorantiam
stirpis , & generis , in famulatu fuerint , cum co-
gniti sunt , & aut deorum , aut regum filij inuen-
ti , retinent tamen caritatem in pastores , quos pa-
tres suos multos annos esse duxerunt . quod quidē
est multo profecto magis in ueris patribus , cer-
tisq. faciendum . fructus enim ingenij , & uirtu-
tis , omnisq. præstantiæ tum maxime capitur ,
cum in proximum quenque confertur . Vt igitur
ij , qui sunt in amicitia , coniunctionisq. necessi-
tudine superiores , exæquare se cum inferioribus
debent : sic inferiores dolere non debent , se a suis
amicis aut ingenio , aut fortuna , aut dignitate
superari . quorum plerique aut queruntur sem-
per aliquid , aut etiam exprobrant , eoq. magis ,
si aliquid habere se putant , quod officiose , aut a-
mice , & cum labore aliquo suo factum queant
dicere . odiosum sane genus hominum officia ex-
probrantium : quæ meminisse debet is , in quem
collata sunt , non commemorare , qui contulit .

quam-

fructus uir-
tutis est ca-
ritas .

inferiores
dolere non
debent , se
ab amicis , a
liqua præ-
stantia , su-
perari .

odiosum
genus ho-
minum of-
ficia expro-
brantium .



quantū ami-
cis tribuen-
dum.

Tusc. 4. &
Pli. lib. 7.
c. 36.

amicitiæ,
corroborati-
onibus, inge-
niis, et a-
tatibus, iudi-
candæ.

disparēs
mores di-
sparia stu-
dia se quun-
tur.

obrem, ut ij, qui superiores sunt, submittere se debent in amicitia; sic quodam modo inferiores extollere. sunt enim quidam, qui molestas amicitias faciunt, cum ipsi se contemni putant. quod non sere contingit nisi ijs, qui etiam contemnendos se arbitrantur: qui hac opinione non modo uerbis, sed etiam opere leuandi sunt. tantum autem cuique tribuendum est, primum, quantum ipse efficere possis; deinde etiam, quantum ille, quem diligas, atque adiuues, possit sustinere. non enim tu possis, quantumuis licet excellas, omnes tuos ad honores amplissimos perducere: ut Scipio P. Rupilius potuit consulem efficere, fratrem eius Lucium nō potuit. quod si etiam possis quiduis deferre ad alterum; uidendum est tamē, quid ille possit sustinere. Omnino amicitia, corroboratis iam, confirmatisq. & ingenijs, & aetatibus, iudicandæ sunt: nec, si qui ineunte ætate uenandi, aut pilæ studiosi fuerint, eos habere necessarios oportet, quos tum eodem studio præditos dilexerunt. isto enim modo nutrices, & pædagogi iure uetustatis plurimum beneuolentiæ postulabunt: qui negligendi quidem non sunt, sed alio quodam modo colendi. aliter enim amicitia stabiles permanere non possunt. disparēs enim mores disparia studia sequuntur. quorum dissimilitudo dissociat amicitias. nec ob aliam causam ullam boni improbi, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quod tanta est inter eos, quanta maxima

xima

xima potest esse, morum, studiorumq. distantia. Recte etiam præcipi potest in amicitijs, ne quis intemperata quadam beneuolentia, quod persæpe fit, impediatur magnas utilitates amicorum. nec enim (ut ad fabulas redeam) Troiam Neoptolemus capere potuisset, si Lycomedem, apud quem erat educatus, multis cum lacrymis iter suum impedientem, audire uoluisset: & sæpe incidunt magnæ res, ut discedendum sit ab amicis: quas qui impedire uult, quod desiderium non facile ferat; & infirmus est, mollisq. natura, & ob eam ipsam causam in amicitia parum iustus. Atque in omni re considerandum est, & quid postules ab amico, & quid patiari a te impetrari. Est etiam quasi quadam calamitas in amicitijs dimittendis non nunquam necessaria. iam enim a sapientium familiaritatibus ad uulgares amicitias ratio nostra delabitur. erumpunt sæpe uitia amicorum tum in ipsos amicos, tum in alienos: quorum tamen ad amicos redundet infamia. tales igitur amicitiae sunt remissione usus eleuandæ, & ut Catonem dicere audiui, dissuendæ magis, quam discindendæ sunt; nisi quadam admodum intolerabilis iniuria exarserit; ut neque rectum, neque honestum sit, neque fieri possit, ut non statim alienatio, disiunctioq. facienda sit. sin autem eorum, aut studiorum commutatio quadam, ut eri solet, facta erit, aut in reip. partibus dissensio intercesserit: (loquor enim, ut paullo ante dixi,

utilitates
amicorum!
impedien-
dæ nō sunt.

consideran-
dū, & quid
postules ab
amico, &
quid patia-
re a te im-
petrari.

dissuendæ
amicitiæ,
non discin-
dendæ.



nihil tur-
pius, quàm
inter quos
fuerit ami-
citia, inimi-
citas exo-
riri.
Macedoni-
co: collega
autem Sci-
pionis, &
Lælii in au-
garatu.

ne nimis
cito dilige-
re incipia-
mus.

omnia præ-
clara rara,
græcū ada-
gium.

dixi, non de sapientum, sed de communibus ami-
citijs) cauendum erit, ne non solum amicitiae de-
positæ, sed inimicitiae etiam susceptæ uideantur.
nihil enim turpius, quàm cum eo bellum gerere,
quicum familiariter uixeris. ab amicitia Q. Pom-
peij meo nomine se remouerat, ut scitis, Scipio:
propter dissensionem autem, quæ erat in rep. alie-
natus est a collega nostro Metello. utrumque egit
grauiter, auctoritate, & offensione animi non
acerba. quamobrem primum danda opera est,
ne qua amicorum dissidia fiant: sin tale aliquid e-
uenerit, ut extinctæ potius amicitiae, quàm op-
pressæ uideantur. Cauendum uero est, ne etiam
in graues inimicitias cōuertant se amicitiae: e quib-
us iurgia, maledicta, contumeliae gignuntur:
quæ tamen si tolerabiles erunt, ferendæ sunt: &
hic honos ueteri amicitiae tribuendus est, ut is in
culpa sit, qui faciat, non qui patiatur iniuriam.
Omnino omnium horum uitiorum, atque incom-
modorum una cautio est, atque una prouisio, ut
ne nimis cito diligere incipiamus, ne ue indignos.
digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest
caussa, cur diligantur. rarum istud genus: &
quidem omnia præclara rara, nec quidquam dif-
ficilius, quàm reperire, quod sit omni ex parte
in suo genere perfectum. sed plerique neque in re-
bus humanis quidquam bonum norunt, nisi quod
fructuosum sit; & amicos, tanquam pecudes,
eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se ma-

ximam



ximum fructum esse capturos : itaque pulcherri-
 ma illa , & maxime naturali carent amicitia , per
 se , et propter se expetenda . nec ipsi sibi exemplo
 sunt , hæc uis amicitiae qualis , et quanta sit . ipse
 enim se quisque diligit , non ut aliquam a se ipso
 mercedem exigat caritatis suae , sed quod per se si-
 bi quisque carus est . quod nisi idem in amicitiam
 transferatur , uerus amicus nunquam reperietur .
 est enim is amicus quidem , qui est tanquam alter
 idem . quod si hoc apparet in bestiis , uolucris ,
 agrestibus , natantibus , cicuribus , feris , primum ,
 ut se ipsæ diligant ; (id enim pariter cum omni ani-
 mante nascitur) deinde , ut requirant , atque ap-
 tant , ad quas se applicent eiusdem generis animan-
 tes ; idq. faciunt cum desiderio , & cum quadam si-
 militudine amoris humani : quanto id magis in ho-
 mine fit natura ? qui & se ipse diligit ; et alterum
 acquirit , cuius animum ita cum suo commisceat ,
 ut efficiat pæne unum ex duobus . Sed plerique per-
 uerſe , ne dicam impudenter , amicum habere tale
 uolunt , quales ipsi esse non possunt : quæq. ipsi nõ
 tribuunt amicis , hæc ab ijs desiderant . par est autẽ ,
 primum , ipsum esse uirum bonum ; tum , alterum
 amilem sui querere . in talibus ea , quam iam du-
 lum tractamus , stabilitas amicitiae confirmari
 potest ; cum homines beneuolentia coniuncti , pri-
 mum cupiditatibus ijs , quibus ceteri seruiunt ,
 imperabunt ; deinde æquitate , iustitiâq. gande-
 bunt ; omniaq. alter pro altero suscipiet ; neque
 R quid-

pulcherri-
 ma est ami-
 citia , quæ
 per se , &
 propter se
 expetitur .

amicus tan-
 quam alter
 idem .

uicium in
 amicitia

in quibus
 amicitie sta-
 bilitas con-
 firmari pos-
 sit .



uerecundia
maximū est
amicitiæ or-
namentū .

nō uitiorū
comes , sed
uirtutū ad-
iutrix ami-
citia est.

cum iudica-
ueris, dilige-
re oportet,
non, cū di-
lexeris, iu-
dicare .

quidquam unquam , nisi honestum , & rectum ,
alter ab altero postulabit ; neque solum colent se
inter se , ac diligunt , sed etiam uerebuntur . nam
māximum ornamentum amicitiae tollit , qui ex
ea tollit uerecundiam . itaque in ijs perniciosus est
error , qui existimant libidinum , peccatorumq.
omnium patere in amicitia licentiam . uirtutum
enim amicitia adiutrix a natura data est , non ui-
tiorum comes : ut , quoniam solitaria non posset
uirtus ad ea , quæ summa sunt , peruenire , con-
iuncta , et consociata cum altera perueniret . quæ
si quos inter societas aut est , aut fuit , aut futura
est ; eorum est habendus ad summum naturæ bo-
num optimus , beatissimusq. comitatus . hæc est ,
inquam , societas , in qua omnia insunt , quæ pu-
tant homines expetenda , honestas , gloria , tran-
quillitas animi , atque iucunditas ; ut , cum hæc
adsint , beata uita sit , & sine his esse non possit .
quod cum optimum , maximumq. sit ; si id uolu-
mus adipisci , uirtuti opera danda est : sine qua
neque amicitiam , neque ullam rem expetendam
consequi possumus . ea uero neglecta , qui se ami-
cos habere arbitrantur , tum se denique errasse
sentiunt , cum eos grauis aliquis casus experiri co-
git . Quo circa , (dicendum est enim sæpius) cū
iudicaueris , diligere oportet , non , cum dilexe-
ris , iudicare . sed , cum multis in rebus negligentia
plectimur , tum maxime in amicis & diligendis ,
& colendis . præposteris enim utimur consilijs ,



Et acta agimus: quod uetamur ueteri prouerbio. nam implicati ultro et citro uel usu diuturno, uel etiam officijs, repente in medio cursu amicitias, exorta aliqua offensione, dirumpimus. quo etiā magis uituperanda est rei maxime necessariæ tanta incuria. una est enim amicitia in rebus humanis, de cuius utilitate omnes uno ore consentiunt: quanquam a multis ipsa uirtus contemnitur, et menditatio quædam, atque ostentatio esse dicitur: multi diuitias despiciunt, quos paruo contentos tenuis uictus, cultusq. delectat: honores uero, quorum cupiditate quidam inflammantur, quàm multi ita contemnunt, ut nihil inanius, nihil esse leuius existiment? itemq. cetera, quæ quibusdam admirabilia uidentur, permulti sunt, qui pro nihilo putet. de amicitia omnes ad unum idem sentiunt, et ij, qui ad remp. se contulerunt; et ij, qui rerum cognitione doctrinaq. delectantur; et ij, qui suum negotium gerunt otiosi; postremo ij, qui se totos tradiderunt uoluptatibus; sine amicitia uitam esse nullam; si modo uelint aliqua ex parte liberaliter uiuere. sèrpit enim nescio quo modo per omnium uitam amicitia; nec ullam ætatis degendæ rationem patitur esse experiem sui. Quin etiam, si quis ea asperitate est, et immanitate naturæ, ut congressus, societatemq. hominum fugiat, atque oderit, qualem uisse Athenis Timonem nescio quæ accepimus, amen is pati non possit, ut nō acquirat aliquem,

uirtus a quibusdam ostentatio dicitur.

sine amicitia uitā esse nullam, omnes consentiunt. sèrpit amicitia per omnium uitam.

R. 2 apud



apud quem euomat uirus accerbitatis suæ . atque hoc maxime iudicaretur , si quid tale posset contingere , ut aliquis nos deus ex hac hominum frequentia tolleretur , & in solitudine uspiam collocaret , atque ibi suppeditans omnium rerum , quas natura desiderat , abundantiam , & copiam , hominis omnino aspiciendi potestatem eriperet : quis tam esset ferreus , qui eam uitam ferre posset ? cuiq. non auferret fructum uoluptatum omnium solitudo ? uerum igitur illud est , quod a Tarentino Archytâ , ut opinor , dici solitum , nostros senes commemorare audiui , ab alijs senibus auditum ; si quis cælum ascēdisset , naturamq. mundi , & pulchritudinem siderum perspexisset , in suauem illam admirationem ei fore , quæ iucundissima fuisset , nisi aliquē , cui narraret , habuisset . sic natūra solitarium nihil amat : semperq. ad aliquod tanquā adminiculum annititur : quod in amicissimo quoque dulcissimum est . sed cum tot signis eadem natura declaret , quid uelit , ac querat , quid desideret : obsurdescimus tamen nescio quo modo , nec ea , quæ ab ea monemur , audimus . est enim uarius , & multiplex usus amicitiae ; multæq. causæ suspicionum , offensionumq. dantur , quas tum cuitare , tum eleuare , tum ferre sapientis est . una illa subleuanda offensio est , ut & utilitas in amicitia , & fides retineatur . nam & monendi amici sæpe sunt , & obiurgandi : & hæc accipienda amice , cum beneuole fiunt .

Archytæ dictum contra solitudinem .

natura solitarium nihil amat .

pro, minueretur , ut alibi .

sed



ed nescio quo modo uerum est, quod in *Andria* familiaris meus Terentius dixit :

Obsequium amicos, ueritas odium parit. molesta ueritas est; siquidem ex ea nascitur odiū, quod est uenenum amicitiae: sed obsequium multo molestius; quod peccatis indulgens praecipitē inimicum ferri sinit. maxima autem culpa in eo est, qui & ueritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur. omnis igitur hac in re habenda ratio, & diligentia est, primum ut monitio perbitate, deinde obiurgatio contumelia careat. obsequio autem (quoniam Terentiano uerbo penter utimur) comitas adsit, assentatio, uitio adiutrix procul amoneatur; quæ non modo amico, sed ne libero quidem digna est. aliter enim in tyranno, aliter cum amico uiuitur. cuius aures clausæ ueritati sunt, ut ab amico uera audire nequeant; huius salus desperanda est. scimus enim illud Cætonis, multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quàm eos amicos, qui dulces uideantur: illos uerum sæpe dicere, hoc nunquā. atque illud absurdum est, quod qui monentur, eam molestiam, quam debent uerere, non capiunt; eam capiunt, qua debent uerere. peccasse enim se, non anguntur; obiurgatione moleste ferunt: quod contra oportebat, de dolore, obiurgatione gaudere. Vt igitur monere, & moneri proprium est ueræ amicitiae; & alterum libere facere, non asperere; alte-

R 3 rum

adeo familiaris, ut a Laelio scripta putentur. quæ Terentii nomine comædiæ circūferuntur. Cic. ad Att. l. 6.

Catonis dictum contra assentatores.

itidem locutus est in extremo de senectute.



pestis in a-
micitia nul-
la maior
est, quàm
assentatio.

sine uerita-
te nomē a-
micitiæ ua-
lere nō po-
test.

pro digni-
tate posuit,
ut in epist.
ad Teren-
tiam, Vide-
te quid aliq
faciant isto
loco femi-
næ.

rum patienter accipere, non repugnanter: sic habendum est, nullam in amicitijs pestem esse maiorem, quàm adulationem, blanditias, assentationem. quamuis enim multis nominibus est hoc uitium notandum, leuium hominum, atque fallacium, ad uoluntatem loquentium omnia, nihil ad ueritatem. cum autem omnium rerum simulatio est uitiosa, (tollit enim iudicium ueri, idq. adulterat) tum amicitie repugnat maxime. delet enim ueritatem, sine qua nomen amicitie ualere non potest. nam cum amicitie uis sit in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus: qui fieri poterit, si nec in uno quidem unus animus erit idem semper, sed uarius, commutabilis, multiplex? quid enim potest esse tam flexibile; tam deuium, quàm animus eius, qui ad alterius non modo sensum, ac uoluntatem, sed etiam uultum, atque nutum conuertitur?

Negat quis, nego: ait, aio. postremo imperari egomet mihi

Omnia assentari:

ut ait idem Terentius: sed ille sub Gnathonis persona: quod amici genus adhibere, omnino leuitatis est. multi autem Gnathonum similes cum sint, loco, fortuna, fama superiores; horum et assentatio molesta, cum ad uanitatem accessit, auctoritas. secerni autem blandus amicus a uero, et internoſci tam potest adhibita diligentia, quàm omnia fucatq. & simulata a sinceris, atque



ueris . concio , quæ ex imperitissimis constat , ta-
 men iudicare solet , quid intersit inter popularē ,
 id est assentatorem , & leuem ciuem , & inter
 constantem , seuerum , & grauem . Quibus blan-
 ditijs C. Papirius consul nuper influebat in aures
 concionis , cum ferret legem de tribunis pl. resi-
 ciendis ? dissuasimus nos . sed nihil de me : de Sci-
 pione dicam libentius . quanta illi , dii immorta-
 les , fuit grauitas , quanta in oratione maieestas ?
 ut facile ducem populi R . non comitem , diceres .
 sed affuistis ; & est in manibus oratio . itaque lex
 popularis suffragijs populi repudiata est . Atque
 (ut ad me redeam) meministis , Q . Maximo ,
 fratre Scipionis , & L . Mancino cos . quàm po-
 pularis lex de sacerdotijs C . Licinij Crassi uide-
 batur . cooptatio enim collegiorum ad populi bē-
 neficium transferebatur . atque is primum insti-
 tuit inforūm uersus agere cum populo . tamen il-
 lius uendibilem orationem religio deorum immor-
 talium , nobis defendentibus , facile uincebat . at-
 que id actum est prætoris me , quinquennio ante ,
 quàm consul sum factus . itaque re magis , quàm
 auctoritate , causa illa defensa est . quòd si in scena ,
 id est in concione , in qua rebus fictis , & adum-
 bratis loci plurimū est , tamē uerum ualet , si mo-
 do id patefactum , et illustratum est : quid in amici-
 tia fieri oportet , quæ tota ueritate perpenditur ?
 in qua nisi , ut dicitur , apertū pectus uideas , tu-
 umq . ostendas ; nihil fidū , nihil exploratū habeas ;

ut populus
 sacerdotes
 crearet , cū
 ea potestas
 antea ipso-
 rum sacer-
 dotum fuis-
 set uide lib.
 nostrum de
 legibus.

R 4 ne



amans sui
virtus est.

ne amare quidem, aut amari possis, cum, id quàm-
uere fiat, ignores. quàmquam ista assentatio, quàm-
uis perniciosa sit, nocere tamen nemini potest, ni-
si ei, qui eam recipit, atque ea delectatur. ita fit,
ut is assentatoribus patefaciat aures suas maxi-
me, qui ipse sibi assentetur, & se maxime ipse de-
lectet. omnino est amans sui uirtus: optime enim
se ipsa nouit; quàmque amabilis sit, intelligit.
ego autem non de uirtute nunc loquor, sed de uir-
tutis opinione. uirtute enim ipsa non tam multi
præditi esse, quàm nideri uolunt. hos delectat
assentatio: his fictus ad eorum uoluntatem ser-
mo cum adhibetur, orationem illam uanam testi-
monium esse laudum suarum putant. Nulla est
igitur hac amicitia, cum alter uerum audire non
uult, alter ad mentiendum paratus est. nec pa-
rasitorum in comædijs assentatio nobis faceta ui-
deretur, nisi essent milites gloriosi.

senarius ex
Eunucho
Terentii.

Magnas uero agere gratias Thais mihi?
satis erat respondere, Magnas: Ingentes, inquit.
semper auget assentatio id, quod is, cuius ad uo-
luntatem dicitur, uult esse magnum. quamob-
rem, quamquam blanda ista uanitas apud eos ua-
let, qui ipsi illam allectant, & inuitant: tamen
etiam grauiiores, constantioresque admonendi sunt,
ut animaduertant, ne callida assentatione capian-
tur. aperte enim adulantem nemo non uidet, nisi
qui admodum est excors: callidus ille, & occul-
tus ne se insinuet, studiosè cauendum est. nec
enim

duplex as-
sentatio, a-
perta, & oc-
cultæ.



enim facillime agnoscitur, quippe qui aduersando saepe assentetur, & litigare se simulans blandiatur, atque ad extremum det manus, uinciq; se patiatur, ut is, qui illusit, plus uicisse uideatur. quid autem turpius, quam illudi? quod ne accidat, magis cauendum est: ut in Epicureo,

Hodie me ante omnes comicos stultos senes

Versaris, atque luseris lautissime:

hac enim in fabulis stultissima persona est, improvidorum, & credulorum senum. Sed nescio quo pacto ab amicitis perfectorum hominum, id est sapientum, (de hac dico sapientia, quae uidetur in hominem cadere posse) ad leues amicitias de-

fluxit oratio. quamobrem ad illa prima redeamus; eaq; ipsa concludamus aliquando. Virtus

inquam, C. Fann, & tu Q. Muci, & conciliat amicitias, & conseruat. in ea est enim conuenientia rerum, in ea constantia: quae cum se extulit,

& ostendit lumen suum, & idem aspexit, agnouitq; in alio, ad id se admonet, uicissimq; accipit

illud, quod in altero est. ex quo eorum exardescit siue amor, siue amicitia. utrunque enim dictum est ab amando: amare autem nihil aliud est,

nisi eum ipsum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quaesita: quae tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minus

secutus sis. hac nos adolescentes beneuolentia

senes illos L. P^ullum, M. Catonem, C. Gal-

lum, P. Nasicam, Ti. Gracchum, Scipionis nostri

legendū puto, Epicle-
ro, Cæciliū
comœdia.
uide Prisc.
lib. 6. & 10.
sunt autē,
qui sequuntur,
Cæciliū
uersus, uide
98: in Cato
ne.

uirtus con-
ciliat, & cō-
seruat ami-
citas.

patrem Sci-
pionis.



Lucii fra-
tre, de quo
in Bruto, &
ad Att. l. 13.

res huma-
ne fragiles,
caducæq.
sunt.

a qua sunt
animi quo-
que bona.
perfectæ a-
micitiæ de-
scriptio.

nostri soccerum, dileximus. hæc etiam magis
elucet inter æquales, ut inter me, & Scipio-
nem, et L. Furium, P. Rupilium, Sp. Mūm-
mum: uicissim autem senes in adolescentium ca-
ritate acquiescimus, ut in uestra, & Q. Tube-
ronis: equidem etiam admodum adolescentis P.
Rutilij, & A. Virginij familiaritate delector.
Quoniamq. ita ratio comparata est uitæ, natu-
ræq. nostræ, ut alia atq. oriatur ex alia: maxi-
me quidem optandum est, ut cum æqualibus pos-
sis, quibuscum tanquam e carceribus emissus sis,
iisdem ad calcem, ut dicitur, peruenire: sed quo-
niam res humana fragiles, caducæq. sunt, semper
aliqui acquirendi sunt, quos diligamus, & a
quibus diligamur. caritate enim, beneuolentiæq.
sublata, omnis est e uita sublata iucunditas. mi-
hi quidem Scipio, quanquam est subito ereptus,
uiuit tamen, semperq. uiuet. uirtutem enim a-
maui illius uiri; quæ extincta non est; nec mihi
soli uersatur ante oculos, qui illam semper in ma-
nibus habui; sed etiam posteris erit clara, & in-
signis. nemo unquam animo, aut spe maiora su-
scipiet, qui sibi non illius memoriam, atque ima-
ginem proponendam putet. Equidem ex omni-
bus rebus, quas mihi aut fortuna, aut natura
tribuit, nihil habeo, quod cum amicitia Scipionis
possim comparare. in hac mihi de rep. consensus,
in hac rerum priuatarum consiliū, in hac requies
plena oblectationis fuit. nunquam illum ne mini-

ma



ma quidem re offendi, quod quidem senserim: nihil audiui ex eo ipse, quod nollem. una domus erat, idem uictus, isq. communis. neque solum militia, sed etiam peregrinationes, rusticationesq. communes. nam quid ego de studiis dicam cognoscendi semper aliquid, atque discendi? in quibus, remoti ab oculis populi, omne otium, tempusq. contriuiimus. quarum rerum recordatio, & memoria si una cum illo occidisset, desiderium coniunctissimi uiri, atque amantissimi ferre nullo modo possem: sed nec illa extincta sunt, alunturq. potius, & augentur cogitatione, & memoria; & si plane illis orbatus essem, magnū tamen afferret mihi atas ipsa solatium. diutius enim iam in hoc desiderio esse non possum: omnia autem breuia tolerabilia esse debent, etiam si magnasunt. Hæc habui, de amicitia quæ dicerem. uos autem hortor, ut ita uirtutem locetis, sinē qua amicitia esse non potest, ut, ea excepta, nihil amicitia præstabilius esse putetis.

quando illa
cū ipso mihi
essent
prorsus ce-
repta.

sine uirtu-
te amicitia
esse non po-
test.

M. TVLLII



M. TVLLII CICERONIS
PARADOXA SEX,
AD M. BRVTVM.

fratrē Ser-
viliæ, Bruti
matris: qui
postea cum
se Vtica
occidisset,
Viticæsis est
appellatus.
nunc autem
vivere vide-
tur, cū hæc
Cicero scri-
bit.

NIMADVERTI, Brute, sæpe Ca-
tōnem, avunculum tuum, cum in se-
natu sententiam diceret, locos graves
ex philosophia tractare, abhorrentes ab hoc usu
forensi, & publico; sed dicendo consequi ta-
men, ut illa etiam populo probabilia viderentur:
quod eo maius est illi, quàm aut tibi, aut nobis;
quia nos ea philosophia plus utimur, quæ pepe-
rit dicendi copiam, & in qua dicuntur, ea quæ
non multum discrepant ab opinione populari;
Cato autem, perfectus, mea sententia, Stoicus,
& ea sentit, quæ non sane probantur in vulgus;
& in ea heresi est, quæ nullum sequitur florem
orationis, neque dilatat argumentum, sed minu-
tis interrogatiunculis, quasi punctis, quod pro-
posuit, efficit. sed nihil est tam incredibile, quod
non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum,
tam incultum, quod non splendescat oratione,
& tanquam excolatur. quod cum ita putarem,
feci etiam audacius, quàm ille ipse, de quo lo-
quor. Cato enim duntaxat de magnitudine ani-
mi, de continentia, de morte, de omni laude
virtutis, de dijs immortalibus, de caritate pa-
triv. Stoice solet, oratorijs ornamentis adhibitis,
dicere.

quod atti-
net ad opi-



dicere . ego uero tibi illa ipsa, quæ uix in gymnasiis, et in otio Stoici probant, ludens cōieci in cōmunibus locos . quæ quia sunt admirabilia , contraq. opinionem omnium , ab ipsis etiam παράδοξα appellantur: tentare uolui , possent ne proferri in lucem , id est in forum , & ita dici , ut probarentur ; an alia quædam esset erudita , alia popularis oratio . cōq. scripsi libentius , quòd mihi ista, παράδοξα quæ appellantur , maxime uidentur esse Sōcratica , longeq. uerissima . Accipies igitur hoc paruum opusculum , lucubratum his iam contradictioribus noctibus : quoniam illud maiorum uigiliarum munus in tuo nomine apparuit . & degustabis genus hoc exercitationum mearū , quibus uti consueui , cum ea , quæ dicuntur in scholis Σειρικᾶς , ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi genus . hoc tamen opus in apertum ut reſeras , nihil postulo . non enim est tale , ut in arce poni possit , quasi illa Minerva Phidias : tale tamen est , ut ex eadem officina exisse uideatur .

niones, uerum adhibitis oratoris ornamentis, dicendo consequitur, ut illa etiam populo probabilia uideantur.

non modo Stoica .

ex ebore: .
Pli . lib. 34.
c. 8.

ὅτι μόνον ἀγαθόν , τὸ καλόν :
quòd solum bonum , honestum .

VERIOR, ne cui uestrum ex Stoicorum hominum disputationibus, non ex meo sensu, deprompta hæc uideatur oratio: dicam tamen, quod sentio; & dicam breuius, quàm res tanta dici possit . Nunquam mehercule ego, neque pécunias



pecunias
M. Crassi,
reſta L. Lu
culi, opes
& imperia
Cn. Pom-
peii.

bona non
recte dicun-
tur, quæ for-
tuna tri-
buit.

niās iſtorum, neque tēſta magnifica, neque ōpes,
neque imperia, neque eas, quibus maxime adſtri-
cti ſunt, uoluptates in bonis rebus eſſe numeran-
das duxi; quippe cum uiderem, homines his re-
bus circumfluentes ea tamen deſiderare maxi-
me, quibus abundarent. neque enim unquam ex-
pletur, nec ſatiatur cupiditatis ſitis: neque ea ſo-
lum, quæ habent, libidine augendi cruciantur,
ſed etiam amittendi metu. in quo equidem conti-
nentiſſimorum hominum maiorum noſtrorum ſæ-
pe requiro prudentiam, qui hæc imbecilla, &
commutabilia, pecuniæ membra ſolo uerbo bō-
na putauerunt appellanda, cum re, ac factis lon-
ge aliter iudicauiſſent. poteſt enim bonum cuiquā
malo eſſe? aut poteſt quiſquam in abundantia bo-
norum ipſe eſſe non bonus? atqui iſta omnia talia
uidemus, ut etiam improbi habeant, & obſint
probis. Quamobrem, licet irrideat, ſi quis
uult: plus apud me tamen uera ratio ualebit,
quàm uulgi opinio. neque ego unquam illum bo-
na perdidiffe dicam, ſi quis pecus, aut ſupellecti-
lem amiſerit. necnon ſæpe laudabo ſapientem il-
lum, Biantem, ut opinor, qui numeratur inter
ſeptem: cuius cum patriam Prienem cepiſſet ho-
ſtis; ceteriq. ita fugerent, ut multa de ſuis rebus
ſecum aſportarent; cum eſſet admonitus a quodā,
ut idem ipſe faceret, ego uero, inquit, facio: nā
omnia mea mecum porto. Ille hæc ludibria for-
tunæ ne ſua quidem putauit, quæ nos appella-
mus



mus etiam bona. Quid est igitur, quæret aliquis, bonum? si quid recte sit, & honeste, & cum uirtute, id bene fieri uere dicitur, & quod rectum, & honestum, & cum uirtute est, id solum opinor bonum. sed hæc uideri possunt obscuriora, cum sine appositione exemplorum lentius disputantur: uita, atque factis illustranda sunt summorum uirorum hæc, quæ uerbis subtilius, quàm satis est, disputari uidentur. Quæro enim a uobis, num ullam cogitationem habuisse uideatur ij, qui hanc remp. tam præclare fundatam nobis relinquerunt, aut auri atque argenti ad auaritiam, aut amœnitatum ad delectationem, aut supellectilis ad delicias, aut epularum ad uoluptates. ponite ante oculos unumquemque regum. uultis, incipiam a Romulo? uultis, post liberam ciuitatem, ab ijs ipsis, qui liberauerunt eam? Quibus tandem Romulus gradibus ascendit in cælum? ijs ne, quæ isti bona appellant; an rebus gestis, atque uirtutibus? Quid autem Numa Pompilius? minus ne gratas dijs immortalibus capides, ac fictiles urnulas fuisse, quàm filicatas aliorum pateras, arbitramur? omitto reliquos. sunt enim omnes pares inter se, præter Superbum. Brutum uero si quis roget, quid egerit in patria liberanda; si quis reliquos item eiusdem consilij socios, quid spectarint, quid secuti sint; num quis existat, cui uoluptas, cui diuitiæ, cui denique, præter officium fortis, & magni uiri, quidquam aliud

bonū quod sit.

exempla rō illustrans.

quia subito extinctus, non apparuit, ascendisse in cælum creditus est.



uide quàm
elegāter cā
dem rē ex-
presserit l.
de senect.
107:

ex are Co-
rinthiopost
ipsam Co-
rinthum a
L. Mūmio
euerfam.

quod sen-
sat Epicu-
rus.

aliud propositum fuisse uideatur? Quæ res ad
necem Porſenæ Q. Mucium impulit, sine ulla
spe salutis suæ? quæ uis Horatium Coclitem con-
tra omnes hostium copias tenuit in ponte solum?
quæ patrem Decium, quæ filium deuouit, ac im-
misit in armatas hostium copias? quid continen-
tia C. Fabricij? quid tenuitas uictus Man. Curij
sequebatur? quid duo propugnacula belli Punici
Cn. & P. Scipiones, qui Carthaginiensium ad-
uentum corporibus suis intercludendum putau-
erunt? quid Africanus maior? quid minor? quid
inter horum ætates interiectus Cato? quid innu-
merabiles alij? nam domesticis exemplis abunda-
mus. an putamus quenquam horum cogitasse
quidquam in uita sibi expetendum, nisi quod lau-
dabile esse, & præclarum uideretur? ueniant igi-
tur irrisores huius orationis, ac sententiæ; &
iam uel ipsi iudicent, utrum se horum alicuius,
qui marmoreis tectis, ebore, & auro fulgenti-
bus, qui signis, qui tabulis, qui cælato auro, &
argento, qui Cōrinthijs operibus abundant; an
C. Fabricij, qui nihil eorum habuit, nihil habe-
re uoluit, similes esse malint. Atque hæc qui-
dem, quæ modo huc, modo illuc transferuntur,
facile adduci solent, ut in rebus bonis esse negent:
illud tamen arte tenent, accurateq. defendunt,
uoluptatem esse summum bonum. quæ quidem
mihi uox pecudum uideatur esse, non hominum.
tu, cum tibi siue deus, siue mater, ut ita dicam,
rerum



rerum omnium natura dederit animum, quo nihil est præstantius, neque diuinius; sic te ipse abijcies, atque prosternes, ut nihil inter te, & quadrupedem aliquem putes interesse? quidquã ne bonum est, quod non eum, qui possidet, meliorem faciat? ut enim quisque est maxime boni particeps, ita & laudabilis maxime: neque est ullum bonum, de quo non is, qui id habeat, possit honeste gloriari. quid autem est horum in uoluptate? meliorem ne efficit, aut laudabiliorem uirum? an quisquam in potiundis uoluptatibus gloria sese, et prædicatione effert? Atqui si uoluptas, quæ plurimorum patrocinijs defenditur, in rebus bonis habenda non est; eaque, quo est maior, eo magis mentem ex sua sede, & statu dimouet: profecto nihil est aliud bene, & beate uiuere, nisi honeste, & recte uiuere.

uoluptas
homini cū
brutis com-
munis est.

uoluptas
quo maior,
eo turpior:

ὅτι αὐταρκὴς ἢ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν:
quòd se ipsa contenta uirtus
ad beate uiuendum.

N E C uero ego M. Regulum ærumnosum, nec infelicem, nec miserum unquam putavi. non enim magnitudo animi eius cruciabatur a Pænis, non grauitas, non fides, non constantia, nõ ulla uirtus, non denique animus ipse; qui, tot uirtutum præsidio munitus, tantoq. comitatu circumseptus, cum corpus eius caperetur, capi certe ipse

lib. 3. de fin.
in extre-
mo.

S se



quas con-
stantissime
pertulit.

beatus qui
sit.

incerta, &
instabilia
fortuna bo-
na.

pro, nedū.
sic locutus
est & in epi-
stola ad Lē-
tulū, lib. 1.
fam. ubi ui-
de nostra
scholia. prae-
terea sic ha-
bet lib. scri-
ptus doctis-
simi uiri,
Caroli Si-
gonii.

se non potuit. Caium uero Marium uidimus: qui mihi secundis in rebus unus ex fortunatis hominibus, in aduersis unus ex summis uiris uidebatur: quo beatius esse mortali nihil potest. Nescis, insane, nescis, quantas uires uirtus habeat. nomen tantum uirtutis usurpas: quid ipsa ualeat, ignoras. nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese, quiq. in se uno sua ponit omnia. cuius autem spes omnis, & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna; huic nihil potest esse certi, nihilque, quod exploratum habeat permansurum sibi ne unum quidem diem. eum tu hominem terreto, si quem eris nactus istiusmodi, mortis, aut exsiliij minis. mihi uero quidquid acciderit in tam ingrata ciuitate, ne recusanti quidem euenerit, non modo repugnanti. quid enim ego laboraui, aut quid egi, aut in quo euigilauerunt curae, & cogitationes meae; siquidem nihil peperit tale, nihil consecutus sum, ut in eo statu essem, quem neque fortunae temeritas, neque inimicorum labefactaret iniuria? Mortem ne mihi minitaris, ut omnino ab hominibus, an exsilium, ut ab improbis demigrandum sit? mors terribilis est ijs, quorum cum uita omnia extinguuntur, non ijs, quorum laus emori non potest: exsilium autem terribile illis, quibus quasi circumscriptus est habitandi locus; non ijs, qui omnem orbem terrarum uenam urbem esse ducunt. te miseriae, te aerumnae premunt omnes, qui te beatum, qui te florentem putas:

putas:



putas: tuæ libidines te torquent: tu dies, noctesq. cruciaris; cui nec satis est, quod est; & id ipsum, quod habes, ne non diuturnum sit futurum, times: te conscientia stimulant maleficiorum tuorum: te metus exanimant iudiciorum, atque legum: quocunque adspexisti, ut furia, sic tuæ tibi occurrunt iniuriæ, quæ te respirare non sinunt.

Quamobrem ut imprôbo, & stulto, & inertine mini bene esse potest: sic bonus uir, & fortis, & sapiens miser esse nemo potest. nec uero, cuius uirtus, moresq. laudandi sunt, eius non laudanda uita est: neque porro fugienda uita, quæ laudanda est: esset autem fugienda, si esset misera. Quamobrem, quidquid est laudabile, idem & beatum, & florens, & expetendum uideri debet.

ubi non sit
felicitas.

ubi non sit
misericordia.

quidquid
laudabile,
idem expe-
tendum.

ὅτι ἴσα τὰ ἀμαρτήματα:
quòd æqualia peccata.

NEC enim peccata rerum euentu, sed uitij hominum metienda sunt. in quo peccatur, id potest aliud alio maius esse, aut minus: ipsum quidem illud, peccare, quoquò te uerteris, unum est. auri nauem euertat gubernator, an paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil interest. lapsa est libido in muliere ignota: dolor ad pauciores pertinet, quàm si petulans fuisset in aliqua generosa, ac nobili uirgine; peccauit uero nihilo minus: siquidem est, peccare, tanquam

peccatur enim semper ex inicitia, uel ex incontinentia.

S' 2 tran-



transire lineas : quod cum feceris, culpa commissa est : quàm longe progrediare, cum semel transieris, ad augendam transeundi culpam nihil pertinet. peccare certe licet nemini. quod autem non licet, id hoc uno tenetur, si arguitur non licere. id si nec maius, nec minus unquam fieri potest : (quoniam in eo est peccatum, si non licuit ; quod semper unum, & idem est) quæ ex eo peccata nascantur, æqualia sint oportet. quod si uirtutes pares sunt inter se : paria esse etiam uitia necesse est. atqui pares esse uirtutes, nec bono uiro meliorem, nec temperante temperantiorem, nec forti fortio rem, nec sapiente sapientio rem posse fieri, facile potest perspicui. An uirum bonum dicēs, qui depositum nullo teste, cum lucrari impune posset, auri pondo decem reddiderit, si idem in decem millibus non idem fecerit ? aut temperantem, qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit ? una uirtus est consentiens cum ratione, & perpetua constantia. nihil huic addi potest, quo magis uirtus sit ; nihil demi, ut uirtutis nomen relinquatur. etenim si bene facta, recte facta sunt, & nihil recto rectius : certe nec bono quidē melius quidquam inueniri potest. sequitur igitur, ut etiam uitia sint paria : siquidem prauitates animi recte uitia dicuntur. atqui, quoniam pares uirtutes sunt : recte etiam facta, quæ a uirtutibus profiscuntur, paria esse debent itemq. peccata, quoniam ex uitijis manant, sint æqualia.

pares inter
se uirtutes.

semel enim
qui peccat,
uir bonus
nō est, qua-
cunque in
re peccet.

prauitates
animi sunt
uitia.

æqualia



æqualia necesse est. A philosophis, inquis; ista sumis. metuebam, ne, a lenonibus, diceres. Socrates disputabat isto modo. bene hercule narras. nam, istum doctum, & sapientem uirum fuisse, memoriæ traditum est. sed tamen quæro ex te, (quādo uerbis inter nos contendimus, non pugnis) utrum potius de bonis est quærendum, quid baiuli, atque operarij, an quid homines doctissimi senserint; præsertim cum hac sententia non modo uerior, sed ne utilior quidem hominum uita reperiri ulla possit. quæ uis enim, quæ magis arceat homines ab improbitate omni, quàm si senserint, nullum in delictis esse discrimen? æque peccare se, si priuatis, ac si magistratibus manus inferant? quamcunque in domum stuprum intulerint, eandem esse labem libidinis? Nihil ne igitur interest (nam hoc dicet aliquis) patrem quis necet, an seruum? Nuda ista si ponas; iudicari, qualia sint, non facile possunt. patrem uita priuare, si per se scelus est; Saguntini, qui parentes suos liberos emori, quàm seruos uiuere, maluerunt, paricide fuerunt. ergo & parenti non nunquam adimi uita sine scelere potest; & seruo sæpe sine iniuria non potest. causa igitur hæc, non natura, distinguit: quæ quando alteri accessit, id fit propensius: si utrique adiuncta sit, varia fiant necesse est. illud tamen interest, quòd in seruo necando, si adsit iniuria, semel peccatur; in patris uita uiolanda, multa peccantur: uiola-

contenda-
mus, licet.
non enim
pugnis in-
ter nos, sed
uerbis res
agitur.

ab Hanniba-
le obfessi.



celus, quod
non oportet:
nefas, quod non
licet.

tur is, qui procreauit; is, qui aluit; is, qui erudit; is, qui in sede, ac domo, atque in rep. collocavit. multitudine peccatorum præstat, eoq. pœna maiore dignus est. sed nos in uita, nō quæ cuique peccato pœna, sed quantum cuique liceat, spectare debemus. quidquid non oportet, scēlus esse; quidquid non licet, nefas putare debemus. etiamne in minimis rebus? etiam: siquidem rerum modum fingere non possumus, animorum tenere possumus. histrio si paullo se mouit extra numerum, aut si uersus pronuntiatus est syllaba una breuior, aut longior, exhibetur, & exploditur: in uita, quæ omni gestu moderatior, omni uersu aptior esse debet, ut in syllaba te peccare dices? poetam non audio in nugis: in uitæ societate audiam ciuē digitis peccata dimetientem sua? quæ si uisa sint breuiora, leuiora qui possunt uideri? cum, quidquid peccatur, perturbatione peccetur rationis, atque ordinis; perturbata autem ratione semel, & ordine, nihil possit addi, quo magis peccari posse uideatur.

ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαινόμενται:
quòd omnes stulti insaniunt.

contra P.
Clodium.

id est proba-
bo. sic etiā
exponit Fe-
stus hoc
uerbum.

E G O uero te non stultum, ut sæpe, non improbum, ut semper, sed dementem, & insanum rebus addicam necessarijs. Sapientis animus magnitudine cōsiliij, tolerantia rerum humanarum,

con-



contemptione fortunæ, uirtutibus denique omnibus, ut mœnibus, septus, uincetur, & expugnabitur? qui nec ciuitate quidem pelli potest. quæ est enim ciuitas? omnis ne conuentus ferorum, et immanium? omnis ne etiam fugitiuorum, ac latronum congregata unum in locum multitudo? certe negabis: nō igitur erat illa tum ciuitas, cū leges in ea nihil ualebant; cum iudicia iacebant; cum mos patrius occiderat; cum, ferro pulsus magistratibus, senatus nomen in rep. non erat. prædonum ille concursus, & te duce latrocinium in foro constitutum, & reliquæ coniurationis, a Catilinæ furijs ad tuum scelus, furoremq. conuersæ, non ciuitas erat. itaque pulsus ego ciuitate non sum, quæ tum nulla erat: accersitus in ciuitatem sum, cum esset in rep. cōsul, qui tum nullus fuerat; esset senatus, qui tum occiderat; esset consensus populi liberi; cum esset iuris, & æquitatis, quæ uincula sunt ciuitatis, repetita memoria. At uide, quàm ista tui latrocinij tela contempserim. iactam, & immissam a te nefariam in me iniuriam semper duxi, peruenisse tamen ad me nunquam putauī. nisi forte, cum pārietes disturbabas, aut cum tectis sceleratas faces inferebas, tunc meorum aliquid ruere, aut deflagrare arbitrabare. nihil neque meum est, neque cuiusquam, quod auferri, quod cripi, quod amitti potest. si mihi eripuisses diuinam animi mei constantiam, meas curas, uigilias, consilia, quibus

imaginem ostendit illius temporis, cum a Clodio tribuno plebis etrus est.

P. Lætulus, auctor, & princeps in reuocando Cicerone.

euerfa enī domus Ciceronis est in Palatio, de quo queritur sæpe in orationibus.



resp. inuidta stat ; si huius æterni beneficij immortalē memoriam deleuisses ; multo etiam magis, si illam mentem , unde hæc consilia manarunt , mihi eripuisses : tum ego accepisse me confiterer iniuriam : sed si hæc nec fecisti , nec facere potuisti , reditum mihi gloriosum tua dedit iniuria , non exitum calamitosum . ergo ego semper ciuis eram , et tum maxime , cum meam salutem senatus exte-

hoc & in oratione pro Sextio .

hæc omnia manifeste in Clodium coniiciuntur .

quod in te potius , quàm in me , conuenit .

exsiliij definitio .

collocauit enim cum sica Clodi-

ris nationibus , ut ciuis optimi , cōmmendabat : tu ne nunc quidem es ciuis . nisi forte idem hostis , & ciuis esse potes . an tu ciuem ab hoste natura , ac loco , non animo , factisq. distinguis ? eadē in foro fecisti : armatis latronibus templa tenuisti : priuatorum domos , ædesq. sacras incendiisti . cur hostis Spartacus , si tu ciuis ? potes autem esse tu ciuis , propter quem aliquando ciuitas non fuit ? Et me exsulem , tuō nomine , appellas ? cum omnes meo discessu exsulasse remp. putēt . nunquam ne , homo amentissime , te circumspecies ? nunquam ne , quid facias , considerabis , nec quid loquare ? nescis , exsiliū scelerum esse pœnam , meum illud iter ob præclarissimas res a me ante gestas esse susceptum ? omnes scelerati , atque impij , quorum tu te ducem esse profiteris , quos leges exsilio affici uolunt , exsules sunt , etiam si solum non mutarunt . an , cum omnes leges te exsulem esse iubeant , non eris tu exsul ? nō appellatur inimicus , qui cum telo fuerit ? antē senatum tua sica deprehensa est : qui hominum occiderit ? tu plurimos occi-



occidisti: qui incēdum fecerit? ædes Nympharum manu tua deslagrarunt: qui templa deorum occupauerit? in foro etiā castra posuisti. Sed quid ego communes leges proferō, quibus omnibus es exsul? familiārissimus tuus de te priuilegium tulit, ut, si in opertum Bonæ deæ accessisses, exsulares. at, te id fecisse, etiam gloriari soles. Quo modo igitur, tot legibus eiectus in exsilium, nomen exsulis non perhorrescis? Romæ sum, inquis: & tu quidem in operto fuisti. non igitur, ubi quisque erit, eius loci ius tenebit, si ibi eum legibus esse non oportebit.

us seruum suum in ue-
stibulo cu-
rix, qui Cn
Pompeium
occideret.
uide Pedia-
nū in orat.
pro Milone
cōsul M. Pi-
so. uide ad
Att. l. i.

Bonæ deæ:
quod proxi-
me dixit.

ὅτι οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι, καὶ οἱ μωροὶ δούλοι:
quod sapientes liberi, & stulti serui.

LAUDETUR uero hic imperator, aut etiam appelletur, aut hoc nomine dignus putetur: quo modo? aut cui tandem hic libero imperabit, qui non potest cupiditatibus suis imperare? refrænet prius libidines, spernat uoluptates, iracundiā teneat, coerceat auaritiā, ceteras animi labe-
repellat: tum incipiat alijs imperare, cum ipse improbissimis dominis, dedecori, ac turpitudini, parere desierit: dum quidem his obedi-
et, non modo imperator, sed liber habendus omnino non erit.
præclare enim est hoc usurpatum a doctissimis; quorum auctoritate non uterer, si mihi apud aliquos agrestes hac habenda esset oratio: cum uero
apud

cōtra L. Lu-
cullum, qui
de Mithri-
date, & Ti-
grane triū-
phauit.



nisi sapiēs,
liber nemo.
libertas in
quo sit.

fui cuique
mores for-
tunam fin-
gunt. Ne-
pos in Atti-
ci uita.

seruitus du-
plex, corpo-
ris, & ani-
mi.

apud prudentissimos loquar, quibus hæc inaudita non sunt; cur ego similem me, si quid in his studiis operæ posuerim, perdidisse? dictum est igitur ab eruditissimis uiris; nisi sapientem, liberum esse neminem. quid est enim libertas? potestas uiuendi, ut uelis. quis igitur uiuit, ut uult, nisi profecto, qui recta sequitur; qui gaudet officio; cui uiuendi uia considerata, atque prouisa est; qui legibus quidem non propter metum paret, sed eas sequitur, atque colit, quia id salutare maxime esse iudicat; qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique, nisi libenter, ac libere; cuius omnia consilia, resque omnes, quas gerit, ab ipso profisciscuntur, eodemque referuntur; nec est ulla res, quæ plus apud eum polleat, quam ipsius uoluntas, atque iudicium? cui quidem etiam, quæ uim habere maximam dicitur, fortuna ipsa cedit: quæ, sicut sapiens poeta dixit, suis cuique fingitur moribus. soli igitur hoc contingit sapienti, ut nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus. quod etsi, ita esse, pluribus uerbis differendum est: illud tamen breui conficiendum est, nisi qui ita sit affectus, esse liberum neminem. Igitur omnes improbi serui: nec hoc tam re est, quam dictu, inopinatum, atque mirabile. non enim ita dicunt eos esse seruos, ut mancipia, quæ sunt minorum facta nexu, aut aliquo iure civili: sed, si seruitus sit, sicut est, obedientia fracti animi, & abiecti, & arbitrio carentis suo; quis neget omnes



omnes leues, omnes cupidos, omnes denique improbos esse seruos? An ille mihi liber uideatur, cui mulier imperat? cui leges imponit, præscribit, iubet, uetat, quod uidetur? qui nihil imperanti negare potest, nihil audet? poscit, dandum est: uocat, ueniendum: eijcit, abeundum: minatur, extimescendum. ego uero istum non modo seruum, sed nequissimum seruum, etiam si in amplissima familia natus sit, appellandum puto. atque, ut in magna familia stultorum, sunt alij lautiores, ut sibi uidentur, serui, sed tamen serui, atrienses, actopiarij, stultitiæ suæ; quos signa, quos tabulae, quos cælatum argentum, quos Corinthia opera, quos ædificia magnifica nimio opere delectant. At sumus, inquiunt, ciuitatis principes. uos uero nec seruorum quidem uestrorum principes estis. sed, ut in familia, qui tractant ista, qui terguunt, qui unguunt, qui uerrunt, qui spargunt, non honestissimum locum seruitutis tenent: sic in ciuitate, qui se istarum rerum cupiditatibus dediderunt, ipsius ciuitatis locum pæne infimum tenent. Magna, inquis, bella gessi: magnis imperijs, & prouincijs præfui. gère igitur 17
 animum laude dignum. Actæonis tabula te stupidum detinet, aut signum aliquod Polycleti. omitto, unde sustuleris, & quo modo habeas. intuentem te, admirantem, clamores tollentem cum uideo, seruum te esse ineptiarum omnium iudico. Non ne igitur sunt illa festiua? sunt: nam

nos

libri scripti
 duo habet,
 Actoris:
 duo, Actio-
 nis. fortasse
 legendum,
 Echionis:
 quem inter
 celebres pi-
 ctore no-



minat Plin.
l. 35. c. 10.
uel potius,
Aetionis,
quem Cice-
ro in Bruto
cum Apelle
coniungit.
Aetionis
uero men-
tio nulla.

non est is,
qui cū Ca-
tilina con-
iurauit, sed
is, de quo
Plutarchus
in Lucullo.

nos quoque oculos eruditos habemus: sed, obse-
cro te, ita uenusta habeantur ista, non ut uincu-
la uirorum sint, sed ut oblectamenta puerorum.
quid enim censes? si L. Mummius aliquem isto-
rum uideret matellionem Corinthium cupidissi-
me tractantem, cum ipse totam Corinthum con-
tempnisset, utrum illum ciuem excellentem, an
atricensem seruum diligentem putaret? reuiu-
scat Man. Curius, aut eorum aliquis, quorum in
uilla, ac domo nihil splendidum, nihil ornatum
fuit, praeter ipsos; & uideat aliquem, summis
populi beneficijs usum, barbatulos mululos exce-
ptantem de piscina, & pertrectantem, & mu-
renarum copia gloriantem: non ne hunc hominē
ita seruum iudicet, ut ne in familia quidem dignū
maiore aliquo negotio putet? An eorum serui-
tus dubia est, qui cupiditate peculij nullam con-
dicionem recusant durissimae seruitutis? heredita-
tis spes quid iniquitatis in seruiendo non suscipit?
quem nutum locupletis orbi senis non obseruat?
loquitur ad uoluntatem: quidquid nuntiatum sit,
facit, assentatur, assidet, miratur. quid horum
est liberi? quid denique non serui inertis? Quid
iam illa cupiditas, quae uidetur esse liberior, ho-
noris, imperij, prouinciarum, quā dura est do-
mina, quā imperiosa, quā uehemens? Ce-
thēgo, homini non probatissimo, seruire coegit
eos, qui sibi esse amplissimi uidebantur, mittere
munera, noctis uenire domum ad eum, precari,
denique



denique supplicare. quæ seruitus est, si hæc libertas existimari potest? Quid? cum cupiditatum dominatus excessit, & alius est dominus exortus, ex conscientia peccatorum, timor; quàm est illa misera, quàm dura seruitus? adolescentibus paullo loquacioribus est seruiendum: omnes, qui aliquid scire uidentur, tanquam domini timeantur: iudex uero quantum habet dominatum? quo timore nocentes afficit? an non est omnis metus seruitus? quid ualet igitur illa, eloquentissimi uiri, L. Crassi copiosa magis, quàm sapiens oratio? Eripite nos ex seruitute. quæ est ista seruitus tam claro homini, tamq. nobili? omnis enim animi debilitati, & humilis, & fracti timiditas, seruitus est. Nolite sinere nos cuiquam seruire. in libertatem uindicari uult? minime: quid enim adiungit? nisi uobis uniuersis. dominum mutare, non liber esse, uult. Quibus & possumus, & debemus. nos uero, siquidem animo excelso, & alto, & uirtutibus exaggerato sumus, nec debemus, nec possumus. tu posse te dicito; quandoquidem potes: debere ne dixeris: quoniam nihil quisquam debet, nisi quod est turpe non reddere. Sed hæc hætenus. Ille uideat, quo modo imperator esse possit, cum, eum ne liberum quidem esse, ratio, & ueritas ipsa conuincat.

ad populū:
cum de Philippi consu-
lis superbo
dominatu
quereretur.
uide proæ-
mum lib.
III. de ora-
tore.



contra M .
Craſſum, o-
mnium Ro-
manorū di-
tiſſimum.

diuitis defi-
nitio.

ſenatorio;
quo ex or-
dine Craſ-
ſus erat.

QVAE eſt iſta in commemoranda pecunia
tua tam inſolens oſtētatio? ſolus ne tu diues? pro
dij immortales , ego ne me audiſſe aliquid, & di-
dicifſe non gaudeam? ſolus ne tu diues? quid , ſi
ne diues quidem? quid , ſi pauper etiam? quem
enim intelligimus diuitem? aut hoc uerbū in quo
homine ponimus? opinor, in eō, cui tanta poſſeſ-
ſio eſt , ut ad liberaliter uiuendum facile conten-
tus ſit; qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet
amplius . animus oportet tuus ſe iudicet diuitem,
non hominum ſermo , neque poſſeſſiones tuæ . qui
ſi ſibi nihil deeſſe putat , nihil curat amplius , ſa-
tiatus eſt , aut contentus etiam pecunia: concedo,
diues eſt . ſin autem propter auaritatem pecuniæ
nullum quæſtum turpem putas , cum iſti ōrdini
ne honeſtus quidem eſſe poſſit ullus; ſi quotidie
fraudas , decipis , poſcis , paciſceris , aufers , eri-
pis; ſi ſocios ſpolias , ærarium expilas : ſi teſta-
menta amicorum exſpectas , aut ne exſpectas qui-
dem , atque ipſe ſupponis : hæc utrum abundan-
tis , an egentis ſigna ſunt? animus hominis diues,
non arca , appellari ſolet . quamuis illa ſit plena;
dum te inanem uidebo, diuitem non putabo . ete-
nim ex eo , quantum cuique ſat eſt , metiuntur ho-
mines diuitiarum modum . filiam quis habet; pe-
cuniæ eſt opus: duas; maiore: plures; etiam ma-

iore.



iore. si, ut aiunt, Danaï quinquāginta sint filia; tot dotes magnam quærunt pecuniam. quantum enim cuique satis est, ad id accommodatur, ut ante dixi, diuitiarum modus. Qui igitur non filias plures, sed innumerabiles cupiditates habet, quæ breui tempore maximas copias exhaurire possint; hunc quo modo ego appellabo diuitem, cum ipse egere se sentiat? multi ex te audierunt, cum diceres, neminem esse diuitem, nisi qui exercitū alere posset suis fructibus: quod populus R. ex tantis uectigalibus iam pridem uix potest. ergo, hoc proposito, nunquam eris diues ante, quàm tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur, ut ex eo tueri sex legiones, & magna equitum, ac peditum auxilia possis. Iam fateris igitur non esse te diuitem, cui tantum desit, ut expleas id, quod exoptas. itaque istam paupertatem, uel potius egestatem, ac mendicitatem tuam nunquā obscure tulisti. nam, ut ijs, qui honeste re quærunt mercaturis faciendis, operis dandis, publicis sumendis, intelligimus opus esse quæsito: sic qui uidet domi tuæ pariter accusatorum, atque iudicum consociatos greges; qui nocentes, & pecuniosos reos eodem te auctore corruptelam iudicij molientes; qui tuas mercedum pactiones in patrocinijs, intercisas pecuniarum in coitionibus candidatorum, dationes libertorum ad fenerandas, diripiendasq. provincias; qui expulsiōnes uicinorum, qui latrocinia in agris, qui

quæ omnes præter Hypermene-
strā, uiros suos occiderunt. Seruius in Virg.

sex legiones.

sic locutus & Varro lib. 1. de rerust.

duo libri ueteres habent, intercisas. puto legendum, intercessiones.

cum



antiquus li-
ber habet,
directum &
dectum. ma-
lim sic, de-
cretum, edi-
tum.

qui cupit,
diues non
est.

cum & ipse
a Paulo ge-
nitus esset,
sed adoptio-
nis iure Q.
Fabio Ma-
ximo tradi-
tus.

cum seruis, cum libertis, cum clientibus societa-
tes, qui possessiones uacuas, qui proscriptiones
locupletum, qui cedes municipiorum, qui illam
Syllani temporis messem recordetur; qui testa-
menta subiecta, qui sublato tot homines, qui de-
nique omnia uenalia, delectum, decretum; alie-
nam, suam sententiam; forum, domum; uocem,
silentium; quis hunc non putet confiteri, sibi qua-
esito opus esse? cui autem quasito opus sit, quis un-
quam hunc uere dixerit diuitem? est enim diuitia-
rum fructus in copia: copiam autem declarat satie-
tas rerum, atque abundantia: quam tu quoniam
nunquam assequere, nunquam omnino es futurus
diues. Meam autem quoniam pecuniam contem-
nis, et recte: est enim ad uulgi opinionem medio-
cris, ad tuam nulla, ad meam modica: de me sile-
bo; de te loquar. Si censenda nobis, atque aesti-
manda res sit; utrum tandem pluris aestimabimus
pecuniam Pyrrhi, quam Fabricio dabat, an con-
tinentiam Fabricij, qui illam pecuniam repudia-
bat? utrum aurum Samnitum, an responsum Man-
Curij? hereditatem L. Paulli, an liberalitatem A-
fricani, qui eius hereditatis Q. Maximo fratri par-
tem suam concessit? haec profecto, quae sunt sum-
marum uirtutum, pluris aestimanda sunt, quam
illa, quae sunt pecuniae. Quis igitur (siquidem,
ut quisque, quod plurimi sit; possideat, ita ditis-
simus habendus sit) dubitet, quin in uirtute di-
uitiae positae sint; quoniam nulla possessio, nulla

uis



his auri, & argenti pluris, quam uirtus, aesti-
 manda est? O dij immortales, non intelligunt ho-
 mines, quam magnū uectigal sit parsimonia. ue-
 nio enim ad sumptuosos, relinquo istum quastuo-
 sum. Capit ille ex suis pradijs sexcena sestertia:
 ego centena ex meis. illi aurata tecta in uillis, et
 sola marmorea facienti, & signa, tabulas, su-
 pellectilem, & uestem infinite concupiscenti,
 non modo ad sumptum ille fructus est, sed etiam
 ad scenus, exiguus: ex meo tenui uectigali, de-
 tractis sumptibus cupiditatis, aliquid etiam re-
 dundabit. uter igitur est ditior, cui deest, an cui
 sup̄erat? qui eget, an qui abundat? cuius posses-
 sio quo est maior, eo plus requirit ad se tuendam;
 an quæ suis se uiribus sustinet? Sed quid ego de
 me loquor, qui, morum, ac temporum uitio, a-
 liquantum etiam ipse fortasse in huius sæculi er-
 rore uerser? M. Manilius patrum nostrorum
 memoria (ne semper Curios, & Lūscinos lo-
 quamur) pauper tandem fuit: habuit enim adi-
 culas in Carinis, & fundum in Labicano. nos
 igitur ditiores, qui plura habemus? utinam qui-
 dem essemus: sed non aestimatione census, ne-
 rum uictu, atque cultu terminatur pecuniæ mo-
 dus. non esse cupidum, pecunia est: non esse e-
 macem, uectigal est: contentum uero suis rebus
 esse, maxima sunt, certissimaq. diuitiæ. ete-
 nim, si isti callidi rerum aestimatores prata, &
 aureas quasdam magni aestimant, quod ei generi

pro, super-
 est. ut alibi
 sæpe.

C. Fabriciū
 Luscinum
 significat,
 quem ter
 in his para-
 doxis iam
 nominauit.

T pos-



pro, fere: ut
in Acad. Sol
mihi quasi
pedalis ui-
detur. &
Ter. in He
aut. Talen-
ta quasi ad
quindecim.

improbi
pauperes.

*possessionum minime quasi noceri potest: quan-
ti est aestimanda uirtus, quæ nec eripi, nec sur-
ripi potest unquam; neque naufragio, neque in-
cendio amittitur; nec tempestatum, nec tempo-
rum permutatione mutatur? quæ qui præditi
sunt, soli sunt diuites; soli enim possident res
& fructuosas, & sempiternas; soli quæ, quod est
proprium diuitiarum, contenti sunt rebus suis;
satis esse putant, quod est; nihil appetunt, nulla
re egent, nihil sibi deesse sentiunt, nihil requi-
runt. improbi autem, & auari, quoniam incer-
tas, atque in casu positas possessiones habent,
& plus semper appetunt, nec eorum quisquam
adhuc inuentus est, cui, quod haberet, esset sa-
tis; non modo non copiosi, ac diuites, sed etiam
inopes, ac pauperes existimandi sunt.*

SOMNIVM



SOMNIUM SCIPIONIS,
EX LIBRO VI. CICERONIS
DE REPUBLICA.

Persona, Scipio,

*U*n in Africam uenissem Mānio Ma-
Cnilio consuli, ad quartam legionem, ut
scitis, tribunus militum; nihil mihi po-
tius fuit, quā ut Massanisam conuenirem, re-
gem familiæ nostræ iustis de causis amicissimum.
ad quem ut uēni, complexus me senex collacry-
mauit; aliquantōq. post suspexit in calum, &
grates, inquit, tibi ago summe Sol, uobisq. re-
liqui cælites, quòd, antequam ex hac uita migro,
conspicio in meo regno, & his tectis P. Corne-
lium Scipionem, cuius ego nomine ipso recreor.
itaque nunquam ex animo meo discedit illius opti-
mi, atque inuictissimi uiri memoria. Deinde ego
illum de suo regno, ille me de nostra rep. percun-
datus est: multisq. uerbis ultro citroq. habitis,
ille nobis consumptus est dies. post autem regio
apparatu accepti, sermonem in multam noctem
produximus; cum senex nihil, nisi de Africano,
loqueretur, omniaq. eius non solum facta, sed e-
tiam dicta meminisset. deinde, ut cubitum di-
cessimus, me, & fessum de uia, & qui ad mul-
tam noctem uigilassem, arctior, quā solebat,
somnia complexus est. hic mihi { credo equidem

Manilio cō-
suli tribu-
num mil.
fuisse Sci-
pionē, Ap-
pianus in
Libyco o-
stendit.

ab ipso Mas-
sanisa acce-
dit. Vale-
rius Max.
lib. 5.

cū quo mi-
litauerat
bello Puni-
co secūdo.



CICERONIS

maiorū e-
ssim imagi-
nes domi
habere, e-
asq. infune
re praeferre
ueteres Ro-
mani sole-
bant.
tributū pē-
dere.

nam in mi-
licia pri-
mus est ho-
noris gra-
dus tribu-
natus mili-
tum.

ad Ptole-
maū Phy-
siconem. Iu-
stinus libro.
xxxviii.

Ti. Grac-
chi, tribu-
ni pl. Cor-
nelia nati,
Africani
maioris fi-
lia.

ex hoc, quod eram locuti: fit enim fere ut cogi-
tationes, sermonesq. nostri pariant aliquid in som-
no tale, quale de Homero scribit Ennius, de quo
videlicet saepissime uigilans solebat cogitare, &
loqui) Africanus se ostendit illa forma, qua mi-
hi ex imāgine eius, quā ex ipso, erat notior.
quem ut agnoui, equidem cohorruī: sed ille, ades,
inquit, animo, & omitte timorem, Scipio, &
quae dicam, trade memoriae. Vides ne illam ur-
bem, quae parēre populo R. coacta per me, re-
nouat pristina bella, nec potest quiescere? (osten-
debat autem Carthaginem de excelsō, & pleno
stellarum, illustri, & claro quodam loco) ad
quam tu oppugnandam nunc uenis pænē miles?
hanc hoc biennio consul euertes: eritq. cognomen
id tibi per te partum, quod habes ex nobis adhuc
hereditarium. cum autem Carthaginem deleue-
ris, triumphum egeris, censorq. fueris, & obie-
ris legātus Aegyptum, Syriam, Asiam, Grae-
ciam; delegere iterum absens consul, bellumq.
maximum conficies, Numantiam excindes. sed
cum eris curru Capitolium inuectus, offendes
remp. perturbatam consilijs nepōtis mei. hic tu
Africane ostendas, oportebit, patriae lumen ami-
mi, ingenij, consilijq. tui. sed eius temporis an-
cipitem uideo quasi fatorum uiam. nam, cum
aetas tua septenos octies solis anfractus, reditusq.
conuerterit; duoq. hi numeri, quorum uterque
plenus, alter altera de causa, habetur, circuitu

natu-



naturali summam tibi fatalem confecerint : in te unum , atque tuum nomen se tota conuertet ciuitas : te senatus , te omnes boni , te socij & Latini intuebuntur : tu eris unus , in quo nitatur ciuitatis salus . ac , ne multa , dictator remp . constituas oportet , si impias propinquorum manus effugeris . Hic cum exclamasset Lælius , ingemissentq . ceteri uehementius ; leniter arridens Scipio , quæso , inquit , ne me e somno excitetis , & pax sit rebus . audite cetera . Sed , quo sis Africane alacrior ad tutandam remp . sic habeto , omnibus , qui patriam conseruauerint , adiuuerint , auxerint , certum esse in cælo , ac definitum locum , ubi beati æuo sempiterno fruantur . nihil est enim illi principi Deo , qui omnem hunc mūdum regit , quod quidem in terris fiat , acceptius , quàm concilia , cõtrũsq . hominum iure sociati , quæ ciuitates appellantur . harum retores , & conseruatores , hinc profecti , huc reuertentur . Hic ego , etsi eram perterritus non tam metu mortis , quàm in sidiarum a meis , quasiui tamen , uiueret ne ipse , & pater Paullus , & alij , quos nos extinctos arbitraremur . Immo uero , inquit , ij uiuunt , qui e corporum uinculis , tanquam e carcere , emolauerunt : uestra uero quæ dicitur uita , mors est . quin tu aspicias ad te uenientem Paullum patrem . . Quem ut uidi , equidem uim lacrymarum profudi . Ille autem me amplexus , atque osculans flere prohibebat . Atque ego , ut primum , fletu

T 3 represso,

uide quæ diximus II ; 1 in Lælio .

nō effugit . mortuus enim in cubiculo intus est ; cum pridie opam me ualisset . creditū est ab uxore Semproniam , Gracchorum sorore , ueneno necatū .

ciuitatis definitio .



CICERONIS

Paulus, nō
Africanus.

uniuerso
mundo.

retinendus
est animus
in custodia
corporis.

Africanus.

iustitia, &
pietas in cē-
lum ducūt.

represso, loqui posse cœpi, quæso, inquam, pater sanctissime, atque optime, quando hac est uita, ut Africanum audio dicere, quid moror in terris? quin huc ad uos uenire propero? Non est ita, inquit illē. nisi enim Deus, is, cuius hoc templum est omne, quod conspicias, istis te corporis custodijs liberauerit; huc tibi aditus patere non potest. homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium uides, quæ dicitur terra: hisq. animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera, & stellas uocatis; quæ globosæ, & rotundæ, diuinis animatæ mentibus, circulos suos, orbesq. conficiunt celeritate mirabili. quare & tibi, Publi, & pijs omnibus retinendus est animus in custodia corporis: nec iniussu eius, a quo ille est nobis datus, ex hominum uita migrandum est: ne munus humanum, assignatum a Deo, defugisse uideamini. sed sic, Scipio, ut animus hic tuus, ut ego, qui te genui, iustitiam cole, & pietatem: quæ cum sit magna in parentibus, & propinquis, tum in patria maxima est: & ea uita uiuā est in cælum, & in hunc cætum eorum, qui iam uixerunt, & corpore laxati, illum incolunt locum, quem uides (erat autem is splendidissimo candore inter flammæ circulus elucens) quem uos, ut a Graijs accepistis, Orbem lacteum nuncupatis: ex quo omnia mihi contemplant, præclara cetera & mirabilia uidebantur. erant autem eæ stel-

la,

SOMNIUM SCIPIONIS.

